Reductio ad arbitrium boni viri, quòd intra decem dies peti debeat.fo.39.nu.3.
Reges Hiſpaniæ, ꝙ potuerũt ea, quę erãt ſua, & non imperij, recuperare.fo.1.nu.5.
Reges & Dñi Hiſpaniæ cũ ſine Imperatoris adiutorio, ſed ſuis expenſis, & proprio ſanguine terrã acquiſierũt, & ob id dñium & iuriſdictionem habuerũt abſq; imperij recognitione, quòd illis ſolis leges condere competat, oſtenditur.fo.1.nu.6.
Reges Hiſpaniæ, ꝙ in ſuo regno integrũ habeant dominium. Et in quibus caſibus leges Imperatoris in deciſionibus cauſarum hîc allegentur.fo...nu.9.
Regnum Romanorum vnde fuerit auctum. fo.1.nu.3.
Remedium.l.2.C.de reſcinden.vendi. quòd nec emptori nec venditori re perempta non competat.fo.45.nu.6.
Remediũ.l.2.C.de reſcind.vend. intra quod tempus intentari debeat tam ab eccleſia, fiſco vel minori, quàm ab alijs tam de iure ciuili, quàm regio.fo.45.nu.7.
Renuntiatio non numeratæ pecuniæ ad hoc quòd præiudicet, ſufficit quòd non ſit in alia charta.fo.39.nu.6.
Repeti quòd poſsit id, quod datum eſt iudici vt rectè pronuntiaret.fo.39.nu.7.
Replicatio quòd ſolùm duplicetur, oſtenditur.fo.39.nu.8.
Reus contumax ſi citetur, & non compareat, quid agendum.fo.4.nu.4.
Reus contumax vt poſsit condẽnari, & pronuntiari pro factore delicti, quę requirantur.fo.4.nu.5.
Reus licèt habeatur pro cõfeſſo, an ſe volens excuſare audiri debeat, oſtenditur.fo.5. nume.13.
Reus & actor quòd eodem tempore probare debeant.fo.39.nu.9.
Reus contumax cùm ſit, quòd ad receptionẽ teſtium, etiam lite non conteſtata, procedatur.fo.39.nu.10.
Reus, contra quem actor ſuam intentionem vult intentare, qui non poſsidet bona, ſi non ſatiſdet, quòd mitti debeat in carcerem, etiam ſi propter inopiam non pręſtiterit fideiuſſorem.fo.39.nu.11.
Reus, qui vult à domicilio abſentiã facere, vel eundo ad nundinas, vel ad aliũ locũ, ſi timeat ne ab actore impediatur, q̃d fiat de iure regio, oſtenditur.fo.39.nu.12.
Reus ſi cõueniatur ab aliquo cũ aliqua re ſubtracta, ſiue res ſit mobilis, vel ſe mouens, ad quem iudicem remitti debeat palã fit. fo.39.num.13.
Reus extra domicilium, in quo loco conueniri debeat.fo.40.nu.14.
Reus ſi conuincatur ex ſua ſola confeſsione, ſiue det libellũ de debito, ſiue nõ, quòd in vtroq; caſu iudex eũ cõdẽnare debeat, vt intra decem dies ſoluat.fo.40.nu.15.
Reus bonæ fidei poſſeſſor rei, de qua contenditur in iudicio, & ſibi mandatur vt exhibeat, ſi habet iuſtã cauſam litigandi, ꝙ nõ teneatur exhibere, ſi autẽ nõ habuit iuſtã cauſam, quòd teneatur.fo.40.nu.16.
Rei duo debendi ſi obligetur in ſolidũ, ſi ambo ſint præſentes in loco, ꝙ vnus pro toto conueniri non poſsit.fo.40.nu.17.
Rex Hiſpaniæ ꝙ non recognoſcat ſuperiorẽ in temporalibus, oſtenditur.fo.1.nu.1.
Rex Hiſpaniæ, quòd ſit Imperator in ſuo regno.fo.1.nu.4.
Rex cùm in ſuo regno Imperator ſit, quod ſtatutum eſt per Regem, per Imperatorẽ ſtatutum eſſe dicitur.fo.2.nu.13.

S.

SAlariũ integrũ, quòd ſolis hæredibus poteſtatis regij, vel officialis, ſi ante finitum tempus moriatur, debeatur.fo.40.nu.1.
Salarium aduocati qualiter ſolui debeat.fo. 40.nume.2.
Sentẽtia ꝙ nõ corruat, etiã ſi ordo iudicij in proceſſu non obſeruetur.fo.40.nu.3.
Sentẽtiam interlocutoriã quòd intra triduũ iudex reuocare poſsit, ſi ab eo non fuerit appellatum, quouſq; appellatio ad iudicẽ ad quem deueniat.fo.40.nu.4.
Sententia cõdẽnatoria in plus, quàm de iure erat, quòd tantùm valeat in eo, in quo iuri

eſt conformis.fo.40.nu.5.
Sentẽtia arbitrorum ꝙ de iure regio habeat executionem paratam.fo41.nu.6.
Sententia prolata ex falſis teſtibus, vel inſtrumento, quòd intra viginti annos peti poſſit vt reformetur.fo.41.nu.7.
Sententiæ executio ſi petatur in factum ſine iudicis officio, quòd peti poſsit coram iudice ſuo ſine requiſitione iudicis proferẽtis.fo.41.nu.8.
Sentẽtia, in qua fuit error ex parte iudicis in calculo. vt ſi dicat, Condẽno Titiũ in centũ quod debet ex tali cauſa, & in quinquagĩnta ex tali, quæ ſunt ducẽta, ſi ſententia trãſiuit in rem iudicatã, ꝙ illa in quinquaginta retractari debeat.fo.41.nu.9.
Sepultura quòd pro debito ex inſtrumento paratam executionem habente non denegetur.fo.41.nu.10.
Seruus ſi ſit ſub ſeruitio domini, & dicit ſe eſſe liberũ, quòd dñs titulũ ſeruitutis probare & oſtendere teneatur.fo.41.nu 12.
Seruus, an efficiatur liber, ſi hæres inſtituatur tãtùm pro parte, an verò requiratur, quòd in ſolidum inſtituatur.fo.41.nu.13.
Sigillum in priuilegio Regis, quòd ſit de ſubſtantia.fo.41.nu.15.
Signari & bullari ꝙ poſsit bigamus ex duabus vxoribus viuis.fo.41.nu.14.
Socius litis, quòd ſiue ante, ſiue poſt litem cõteſtatam admittatur.fo 41.nu.16.
Sodomię crimen committens, qua pœna plectatur, oſtenditur.fo.41.nu.17.
Soluens ſimpliciter, qui aſtrictus eſt pluribus debitis, an pro antiquiori ſoluere pręſumatur? Et quid dicendum de iure regio, oſtenditur.fo.41.nu. 19.
Soluens poſt ſententiã ductus errore facti, ꝙ ſolutum non repetat.fo.41.nu.20.
Solutio ſi ſit facienda de vna re pro alia, an pręſtanda ſit melior quam habet debitor, quòd arbitrio iudicis ſit relinquendum. fo.41.nu.18.
Sportulæ quòd iudicibus nõ præſtẽtur. Et ꝙ iudices præter ſalarium taxatum nõ percipiant. Et quòd Correctores regale Aranzel non excedant. &c.fo.41.nu.11.
Statuta an poſsint condere populi carentes iuriſdictione cum ſuperioris authoritate? Et quid de iure regio.fo.41.nu.21.
Stipulatio an alteri per alterum acquiratur. fo.5.nu.18.
Stipulatio ſi fiat duobus alternatiuè, an, & quando valeat de iure regio? fo.5.nu.20.
Stipulatio ſine cauſa, an ſit inefficax. fo. 5. nume.25.
Stipulatio an obliget, ſi incontinenti non reſpondeat? fo. 6.nu.29.
Stipulatio an valeat inter abſentes? fo.6.n.30
Stuprũ volũtariũ vtrũ tam in maſculũ quàm in fœminam puniatur.fo.42.nu.22.
Stuprum qualiter puniatur, oſtenditur. fol. 42.nume.23.
Subſcriptio partis in inſtrumento publico, ꝙ ſit neceſſaria, aliàs nõ valet.fo.42.nu.24.
Subſcriptio notarij in inſtrumento publico, quòd ſit neceſſaria.fo.42.nu.25.
Subſtitutio facta à milite per verbũ directũ, quòd matre exiſtente in medio poſt pupillarem ætatem obliquet.fo.42.nu.26.
Subſtitutio pupillaris, quòd poſthumi natiuitate euaneſcat.fo.42.nu.27.
Subſtitutio pupillaris vt valeat, quòd non requiritur, vt pater ſibi hæredem faciat, fo. 42.nu.28.
Suorũ appellatione in materia delictorũ, ꝙ de iure regio cõprehendãtur trãſuerſales vſq; ad quartum gradum.fo.42.nu.29.

T.

Teſtamentum minùs ſolenne factum inter liberos, quòd de iure regio non valeat.fo.42.nu.1.
Teſtamentum ſine hæredis inſtitutione de iure regio valet. Et quòd valeant legata. Et quòd venientes ab inteſtato illa adimplere compellantur.fo.42.nu.2.
Teſtamentũ nuncupatiuũ ad hoc vt valeat, quòd teſtes tam de iure ciuili quàm regiõ requirantur, oſtenditur.fo.42.nu.3.
Teſtamentum ad hoc, vt valeat, requiritur quòd teſtes ſint vicini.fo.43.nu.4.
Teſtamentum ſolenne, an, & quando à teſtatore reuocari poſsit? fo.43.nu.5.
Teſtamentum primum ſi fiat, in quo ſit

clauſula

clauſula ſpecialis, quã teſtator nõ vult derogare, niſi de ea fiat mentio ſpecialis, ꝙ requiritur, quòd in ſecundo dicatur, quòd verba illius teſtamenti nõ inducant damnum iſto ſecundo. fo. 43. nu. 7.

Teſtamento ſi filius ſit ignorãter prçteritus, an in eo legata debeantur, oſtenditur. fol. 43. nume. 6.

Teſtis contra quem eſt probatũ crimen, etiã ſi non ſit condemnatus, quòd repellatur à teſtimonio. fo. 43. nu. 8.

Teſtis vnus ad hoc quòd ſit ſufficiens indicium ad torturam, quòd requiritur, vt reus ſit vilis, vel malæ famæ. fo. 43. nu. 14.

Teſtes ſuper eiſdem articulis, vel directò cõtrarijs in cauſa appellationis an recipi poſſint. fo. 43. nu. 9.

Teſtes deponẽtes de facto proprio ad hoc ꝙ probent, quid requiratur. fo. 43. nu. 10.

Teſtes quòd de iure regio admittãtur etiam poſt renuntiationem in cauſa, quibuſdam ſeruatis. fo. 43. nu. 11.

Torquẽs aliquẽ odio, vel pretio, ꝙ pœna talionis de iure regio puniatur. fo. 44. n. 16.

Torqueri vt poſſit quis, an requirat̃, ꝙ ſit infamatus de illo delicto, de quo eſt accuſatus, an verò ſufficiat, quòd infamia ſit ex alio delicto, quàm de illo, de quo accuſatur? fo. 43. nu. 15.

Tortus, cõtra quem eſt legitimè probatum, ſi durauerit in negatione, an abſolui debeat? fo. 43. nu. 12.

Tortus ex legitimis indicijs, ſi perſeuerauerit in negatione, ꝙ de iure regio diffinitiuè abſolui debeat. fo. 43. nu. 13.

Trãſuerſales vſq; ad quem gradum aduerſus conſanguineos dicere teſtimonium non cogantur. fo. 44. nu. 17.

Tutor vt quis eſſe poſſit, ꝙ de iure regio viginti anni ſufficiant. fo. 44. nu. 18.

Tutor, ꝙ de iure regio omnia bona mobilia minoris alienare poſſit. fo. 44. nu. 19.

Tutor, quòd pro vtilitate minoris bona immobilia authoritate iudicis alienare poſſit. fo. 44. nu. 20.

Tutor & curator, an, & quando rẽ pupilli ſui adulti emere poſſit? fo. 44. nu. 21.

V.

VAſſallus ꝙ nõ teneatur iuuare dñm, contra quem iuſte bellatur. fo. 44. nu. 1.

Vendens gregem viginti ouium, ſi vna, vel plures euincantur, ſi remaneant decẽ, quæ faciũt gregem, an teneatur de euictione? fo. 45. nu. 10.

Venditã rem, ꝙ cõſanguineus retrahere & euincere poſſit ab emptore. fo. 45. nu. 11.

Vẽditio, an, & quãdo ſit perfecta, etiam ſi de ea ſcriptura non fiat? fo. 45. nu. 2.

Venditio ſi fiat de re tributaria, vel aſtricta ſeruituti, non facta mentione de tributo, vel ſeruitute, quòd emptor à venditione, ſi velit, recedere poſſit, vel petere intereſſe. fo. 45. nu. 3.

Venditio ſi re ſoluatur ex cauſa voluntaria, quæ erat in poteſtate emptoris non reſoluere, ſi interim emptor pignori dederit, ꝙ non valeat pignus, & ab habente pignus reuocari poſſit. fo. 45. nu. 4.

Venditio ſi fiat de animali vitioſo, ſi venditor neſcit vitium, quã actione teneatur. fo. 45. nu. 5.

Venditio rei, quòd à ſocio retrahi poſſit. fo. 45. nume. 12.

Venditor, qui in venditione arrham recepit, ſi à venditione vult diſcedere, ad quid teneatur. fo. 45. nu. 8.

Venditor, ſi emptor tempore emptionis ſciuit rem alienã, ꝙ nec ad pretiũ, nec ad dãna vel intereſſe teneatur. fo. 45. nu. 9.

Vidua luxurioſè viuens, quòd ſolùm lucra durante matrimonio acquiſita perdat. fo. 45. nume. 13.

Vxor quòd non impediat, quin filius naturalis ſuccedat patri ab inteſtato in duabus vnc ijs. fo. 21. nu. 26.

Vxor, quòd ſine licentia viri in iudicio eſſe non poſſit. fo. 45. nu. 14.

Vxor, quòd ſine licentia mariti contrahere non poſſit. fo. 45. nu. 16.

Vxori eſtò licẽtia ſit præſtãda per maritũ ad cõtrahẽdũ, nõ tamẽ requiritur neceſſariò, ꝙ licẽtia ipſa ꝑcedat cõtractũ, ſed ſufficit ꝙ ſequat̃, vel ipſe ratũ habeat. fo. 46. n. 17.

FINIS.

# ANTINOMIA IVRIS REGNI HISPANIARVM, ac ciuilis, in qua practica forenſium cauſarum verſatur. Per Ioannem Baptiſtam à Villalobos, Hiſpanum, ac Toletanum.

DOMINI noſtri Ieſu Chriſti ſuffultus præſidio, ac intemeratæ virginis Mariæ auxilio pręmunitus, In nomine indiuiduæ Trinitatis, patris, filij, ac ſpiritus ſancti, Opus longè impar viribus meis de Antinomia iuris regni ac ciuilis ad meã inſtructionẽ, necnon ad iuuamẽ verſantium in cauſis forenſibus ordine alphabetico, vt faciliùs inueniatur, & memoriæ commendetur (ſeriem cuiuſdã Michaelis Malacitæ, qui opus alieno labore partũ ſibi arroganter attribuit, miſſam faciens, ac pro introductione opuſculi quædam præmittens, quæ licèt ſint cõmunia, non ita exactè ad vnguem ſunt tradita) aggredi conatus ſum.

*SVMMARIVM.*

1 *Rex Hiſpaniæ quòd non recognoſcat ſuperiorem in tẽporalibus, oſtenditur.*

2 *Regni Hiſpaniarum principiũ, quòd à Tubale filio Iaphet ortum habuerit.*

3 *Regnum Romanorum vnde fuerit auctum.*

4 *Rex Hiſpaniæ quòd ſit imperator in ſuo regno.*

5 *Reges Hiſpaniæ, quòd potuerunt ea quæ erant ſua, & non imperij, recuperare.*

6 *Reges, & Domini Hiſpaniæ cùm ſine imperatoris adiutorio, ſed ſuis expenſis, & proprio ſanguine terram acquiſierunt; & ob id dominium & iuriſdictionẽ habuerunt abſq; imperij recognitione, quòd illis ſolis leges condere competat, oſtenditur.*

7 *Populi quòd in regno Hiſpaniæ cõtra legem regni ſtatuere non poßint.*

8 *Conſuetudo, quòd in regno Hiſpaniæ niſi de conſenſu regis introduci non poßit.*

9 *Reges Hiſpaniæ, quòd in ſuo regno integrũ habeant dominium. Et in quibus caſibus leges imperatoris in deciſionibus cauſarum hic allegentur.*

10 *Ius cõmune, ꝙ in hoc regno ſit ius regiũ oſtenditur.*

11 *Ius ciuile quod dicatur.*

12 *Cõſtitutio quòd lex ciuilis dicatur. Et quæ dicatur conſtitutio.*

13 *Rex cùm in ſuo regno Imperator ſit, quod ſtatutum eſt per Regem, per Imperatorẽ ſtatutum eſſe dicitur.*

14 *Iure Canonico deficiente, quòd ad ius regium, & non ad Romanum ſit recurrendum.*

15 *Iure regni deficiente, quòd ad ſtatuta canonica, non autem ad ius commune ſit recurrendum.*

1 PRIMO, Rex † Hiſpanię in tẽporalibus non recognoſcit ſuperiorẽ, nã ipſe eſt ſupremus in ſuo regno: ipſe enim à faucibus inimicorum totam Hiſpaniam ſuo ſanguine debellauit & redemit, vt notat gloſ. in c. Adrianus. el. 2. 63. diſtin. quã ad hoc refert Iaſ. in. l. 1. C. de ſumma Tri. n. 11. in pri. lectu. & Nicola. de Vbal. de ſucceſ. ab inteſta. in prima par. nu. 82. ver. Vltimus modus legitimandi. & Io. de Terra rubea, de rebellibꝰ. art. 1. tract. 2. & Caſſa. in cata. de glo. mũdi. in. 5. par. con. 28. vbi plenè inuehit cõtra Barto.

 & Ita-

& Italos, dicẽtes impatores ſubiectas habuiſſe oẽs nationes, ac omnia regna eſſe ſub imperio. Vbi idẽ Caſſa. demõſtrat † regnũ Hiſpaniæ præceſsiſſe imperio, cũ principiũ regni Hiſpaniarũ ortũ habuit à Tubal filio Iaphet. vt p Iſidorũ, vt refert Philippus Vergomẽſis in ſupplemento chronicarũ. li. 2. Et cõſtat † regnũ Romanũ actũ ex rapina vxorũ, ac filiarũ Albanorũ, nec imperator præſcriptione ſe iuuat, cũ ſemper malã fidẽ habuerit, tam ipſe, q̃ ſucceſſores, cùm de violẽtia cõſtet. l. hæc ignorãtia. ff. de iuris & facti ignoran. & cùm ſit ignorãtia iuris, illos non excuſat. l. vnquam. ff. de vſuca. l. iuris ignorantia. ff. de iu. & fa. igno. & licuit ſpoliatis recuperare & vti iure ſuo. Sed vndecunq; ſit, vel ex donatione facta Gothis per Imperatorẽ Honorium, vt refert Do. de Pala. Rub e. de obtẽtione regni Nauarrę, par. 2. §. 4. in fi. ex Anto. Archi. Florẽ. in 2. par. hiſto. ti. 11. c. 6. vel ex eo, ꝙ à faucibus inimicorũ fidei totũ regnũ ſine imperij auxilio fuerit recuperatũ per reges Hiſpaniæ, ex gl. in d. c. Adrianus. vel ꝙ ipſi reges Hiſpaniæ vtentes iure ſuo expoliatorem euerterũt, vt per d. Caſſa. Rex † Hiſpaniæ non recognoſcit ſuperiorẽ, & eſt imperator in ſuo regno. Et de iure hęc eſt cõmunis opinio, vt per Caro. Molin. in conſue. Pariſ. in princi. n. 20. iuxta glo. in c. & ſi neceſſe. de dona. inter vi. & vxo. & Panor. in c. venerabilẽ. de electi. & Iaſ. in l. apud hoſtes. ff. de leg. 1. Et hãc merã veritatẽ per plura defendit Petrus Belluga in ſpecu. prin. rubr. 14. § veniamus. Vbi notãter dicit. Multò ergo magis Hiſpaniæ † reges potuerunt recuperare ſua, quæ vel nunquã fuerunt imperij, vel habita pro derelicta & obliuione dominio perdito ab ipſo populo & imperatore, vt notatur in l. peregrè. ff. de acqui. poſſe. & l. 1. ff. pro dere. & illorũ poſſeſsione perdita, quia iuſtè ſuſpicabatur populus, vel imperator ſe minimè admitti. vt in l. clã poſsidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. poſſe. & domini † Hiſpaniæ reges ſine adiutorio imparatoris proprio ſanguine, & cum multis expẽſis & periculis terrã acquiſierũt. vt notat in c. Adrianus. el. 2. diſt. 63. & ſic dñium & iuriſdictionẽ habuerũt ſine eo, ꝙ recognoſcãt imperiũ, & illis ſolis cõpetit leges in ſuo regno cõdere. l. fi. C. de leg. & l. 12. tit. 1. par. 1. Et † in hoc regno populi nõ poſſunt ſtatuere cõtra legẽ regni, licèt de iure ciuili ex. l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iu. permittebat populis legẽ cõdere, quæ pmiſsio in legibus partitarũ nõ inuenitur. imò ꝙ licèt cõſuetudo poſsit introduci contra legẽ, per l. de quibus. ff. de leg. tamẽ † in hoc regno, nec talis conſuetudo poteſt introduci niſi de conſenſu regis. vt in l. 5. ti. 2. par. 1. præcipuè cùm per l. 2. Taur. ſit ſublata cõtra legem. Et ſic reges † Hiſpaniæ habent integrũ dominium in ſuo regno, & leges imperatoris nõ allegantur in deciſionibus cauſarum, niſi quo ad rationem legis, vt aliàs dicit Oldra. con. 69. quẽ refert Petrus Bellu. in d. rub. 14. in ver. videmus, & Caſſa. in d. conſi. 28. Et d. l. 2. Taur. clarè hoc inſinuat, cùm in deciſionibus cauſarum, legi ciuili non tribuit locum, ſed

ſolùm

Margin numbers: 2 (ſtrat † regnũ), 3 (cõſtat † regnũ), 4 (euerterũt ... Rex † Hiſpa), 5 (Multò ergo ... Hiſpaniæ † reges), 6 (acqui. poſſe. & domini †), 7 (& l. 12. ... Et † in hoc regno), 8 (l. de quibus ... tamẽ † in hoc regno), 9 (ſublata ... reges † Hiſpaniæ)

ſolùm permittit, ꝙ in ſcholis legatur
ad inſtructionem regnicolarũ. Ex qui
10 bus ſatis eſt notũ † in hoc regno ius cõ
mune eſſe ius regiũ, vt aliàs notat Bal.
in.c.cũ veniſſent.de eo ꝙ mitti. in poſ
ſe. vbi dicit, ius cuiuſcũq; regni eſſe ius
cõe, & pro hoc do.de Palac. Rubr.in
rubr.de dona.inter vi.& vxo.nu.15.in
prin.adducit.c.ad noſtrã.de proba. Et
ad hoc eſt etiã gl.in.c.cũ deuotiſsimã.
12.q.2.vbi dicit tex.leges & gl.exponit
11 Lõbardę. Et ſic † ius ciuile eſt, quod eſt
propriè cuiuſcũq; ciuitatis. l.oẽs popu
li.ff.de iuſti.& iu. Et ad hoc accedit, ꝙ
12 † cõſtitutio dicitur lex ciuilis.3.diſt.in
ſũma.in prin.& cõſtitutio illa eſt, quæ
per regẽ vel imperatorẽ cõſtituta eſt.
13 c.cõſtitutio.diſt.2.& qđ † ſtatutũ eſt ꝑ
regẽ, dicitur ſtatutũ per imperatorem
cùm ipſe in ſuo regno imperator ſit.
Bal.in.l.exẽplo.C. de prob.& in auth.
hoc amplius. §. quæro an filij regis.C.
de fideicõ.& in proœ.ff.ver.item nota
col.3.& ideo quod dicitur de impera-
tore in.l.pe.C.de dona.inter vi.&vxo.
locũ habet in rege, vt per Bal.ibi.& Ol
dral.cõ.231. Itẽ Bal.in.l.Imperialẽ. §.fi.
nu.24.de prohi.ali.feu.per Fede. dicit
ꝙ illud, qđ in illa lege dicitur de im-
peratore: habet locum in rege. ac quia
hæc trita, & communia, & omnibus
notum regem Hiſpaniarum non re-
cognoſcere ſuperiorẽ, ac leges regni
in regno ius ciuile eſſe & cõmune, vt
ex dictis apparet, ex quibus etiã quæ-
dam eliciuntur.
14 ¶ Primùm, quòd † deficiente iure ca-
nonico, recurrendũ ſit ad ius regium,
& non ad Romanũ, quod per plura te
net do. de Pala. Rube. in repe. rub.de
don.inter vi.& vxo. n.15.ex do.de Vi-
lladiego in.c.conſtitutus.de cõſti. Pro
quo inſurgit talis conſideratio. Per ius
canonicum ſtat deciſum, quòd defi-
ciente lege canonica, deueniatur ad
ius ciuile. vt in.c. ſi in adiutorium.10.
diſti.&.ca.1.de no. ope.enũ. ſed ſtante
ſtatuto, conſuetudine, vel lege regia,
lex imperialis vel cõmunis eſt inutilis,
cùm ſtatutum, conſuetudo, vel lex re-
gia vincat legem ciuilẽ. vt in.l. de qui-
bus.ff. de leg.& in.l. omnes populi.ff.
de iuſti. & iu. meritò ad legẽ regiam,
& non ad communem eſt recurrẽdũ,
præcipuè, cùm per ſuperius dicta con
ſtitutio regis ius cõmune ac ciuile di-
catur. Itẽ, ſubrogatũ debet ſapere na-
turam ſui ſubrogati. cap. eccleſiæ ſan-
ctæ Mariæ. vt lite penden.l. ſicut. §. in
iuriarum. ff. ſi quis cauti. ſed ius regiũ
quo ad noſtrum regnum eſt ſubroga
tũ loco iuris cõmunis, cùm per illud,
& non per ius cõmune ſit iudicandũ,
vt ſatis dictum eſt, ergo ad ius regium
& non ad commune recurrẽdum. Et
hanc illationẽ. Io. Lucus epiſcopus Ca
lagur. in practi. crimi.c.60. tenet, licèt
in caſu de quo ibi per eum, aliter ſit
dicendum, prout tenet Boer. cõſi. pri.
poſt conſuetu. Aure. vbi conclu. cle-
rico non poſſe imponi emenda hono
raria, per tex. in. c. in capite quadrage-
ſimæ.50. diſtinct. epiſcopus autem di-
cebat contrarium per.l. lib.8.or-
di. quæ loquitur de improperante ali-
quẽ, præcipuè, cùm in praxi iã ſit rece-
ptũ, ꝙ nobilis, etſi improperet aliquẽ,
non debet ſe retractare, ſed in pœnam

quingentorum ſolidorum eſt condẽnandus. vt in.l.85.ſtili. Et licèt illa lex à meritiſsimo Petro Auendaño de exequen.man.reg.c.20.nu.4.aliter intelligatur, in praxi eſt receptum contrarium. Sed cùm clericus eo ipſo quòd ordines recepit nobilitatur, vt notat Io. An.in.c.libentiùs.de ſer.non ordi. & clericus prefertur militi,quia eſt miles celeſtis,vt notat Panor.in.c.Nicholao.de appella.& præferri debeat militi ſæculari, vt notat Turris Crema. in c.epiſcopus.17.diſtin.& ſic ille eſt miles imperatoris, & iſte Chriſti. c. quoniam omnia.40.diſtin.nimirum cùm ille non retractetur,nec iſte, ſed vt dixi in nobili, ſic eſt receptum. Licèt de iure verior ſit opinio Petri.ex.l.8.tit.3. part.7.&.l.3.titu.5.part.ea. vbi non eſt alienum à nobili retractatio. & opinionem Petri tenet Otalora de nobili. Hiſpan. part. 2. c.4. nume. 12.In clerico tamen Dida.Perez in.l.9.tit.1.lib.1. ordi.col.58.tenet opinionem, quam hic ſequor,quòd clericus nõ debet retractare,ex eo,quòd de iure canonico per text.in. c. clericus maledicus. 46. diſtin.in ver.veniam.clericus maledicus compellitur veniam petere.Quod & idem Dida.Perez.in.l.1.titu.3. lib.1. ordi.col.113. affirmat, & cùm ſit ſtatutum de iure canonico, illi eſt ſtãdum. Quod nota. Sed redeundo à quo digreſsi ſumus,dictus epiſcopus illic tenet,in defectum iuris canonici ad regale eſſe recurrendum, quod clarè patet ex dictis. Quæ etiam concluſio eſt tenenda ex regula tradita ab Imol. in c.continebatur.de his quæ fi.à præl.ſine conſen.cap.& Iaſ.in.l.quotiens.C. de rei vendi.nu.24.ex Hoſti.& Io.An. in. c. vlti. de ſolu. quòd lex imperialis ac principis iura imperij habentis, quæ generalis eſt, & non infert damnum ſpeciale clericis,eſt etiam in foro eccleſiaſtico ſeruanda.ex.d.c.1.de no. ope.enun. Ex qua regula Couar.in.q. practi.c. 8. nume. 5. concludit legem Toleti de inſtrumentorum executione in his regnis habere locum contra clericos in ſuo foro, cùm ſit lex regis Hiſpaniæ non recognoſcentis ſuperiorem,licèt contrariam dicit opinionem communem Felin.in.c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. de conſti. nume. 81. & idem tenet Pau.de Caſt.in. l. cauſam C.de epiſcopis & cleri. Coua.autem, vt dixi, tenet oppoſitum, per dictam regulam. Quod mihi planum eſt in executione bonorum cericorum.Sed quòd in ea obſeruetur praxis laicorũ, quòd clericus incarceretur quouſque nominet bona, & præſtet fideiuſſorẽ, qui vulgo dicitur de ſaneamiẽto, hoc mihi non placet,cùm clericus nõ poſſit incarcerari pro debito pecuniario, vt tenet Io.An.in. c.clericus.de ſentẽ. excõmu.in 6.quod reaſſumit Matthe. ſin. 60. Panor.tñ in.c.1.de poſtu.diſtinguit, quòd ſi clericus habet bona, & non vult ſatisfacere, vel timetur de fuga, dicit clericum poſſe incarcerari: ſi tamen non habet bona, quòd procedat opinio Io. Andre. Et ſic ſaltim ad hoc,quòd clericus poſsit incarcerari ſi habet bona pro debito, requiritur, ꝙ præcedat mandatũ de ſoluẽdo,& cõſtituatur in mora,& incarceratur,non

ex debito, ſed ex contumacia, & iuſta eſt detentio, aliâs aut mandabitur executioni inſtrumentum abſque apprehenſione perſonæ clerici in bonis clerici. Et nota, quòd ſi clericus habet alia bona, in fructib⁹ ſui beneficij pro debito non eſt facienda executio. vt notat Bal. in. l. ſtipēdia. C. de execu. rei iudi. Et hanc dicit communem opinionem Maran. in ſpecu. aure. part. 6. de executione ſententię. nu. 44. quod etiã habetur ex. l. 23. ti. 6. part. 1. Si tamē non habet alia bona, fructus beneficij capiuntur pro debito, & iuxta legē regiam mandabitur inſtrumentum executioni per dictam regulã. Et ex hac etiã regula do. de Pala. Rube. in. l. 70. Tau. n. 15. tenet, quòd lex. 13. ti. 3. de las vētas. for. ll. &. l. 6. ti. lib. 5. ordi. quę loquitur de retractu, cōprehendit clericum retrahentē, vel ementem, licèt Molta à vero deuians dicat contrariũ in. d. l. 13. in verb. Camiar. Qui aũt ſint caſus, in quibus ius canonicum differat à ciuili, vi. per Hierony. Zareti. in repe. c. 1. đ accuſa. vbi ponit. 277. caſus.

15 Item ſecundò elicitur, quòd † in defectũ iuris regni recurrendũ ſit ad ſtatuta Canonica, non autē ad ius cōmune. vt per do. de Pala. Rub. in. d. Rub. nu. 15. quia in dubio potiùs eſt ſeruandum ius canonicũ, quàm ciuile, quia ius canonicũ inhæret iuri diuino: ſed ſub lege diuina ſunt oēs populi ac nationes, & ius imperatoris non viget vbiq; locorũ, maximè in hoc regno, vbi ius ciuile nō allegatur pro authoritate, ſed ſolùm pro ratione, vt dixit Bal. in. cap. 1. §. iniuria. de pace iura. firmã. Ex quibus cōuincitur Petrus Frãc. in alleg. conſue. poſt alpha. aureũ minùs rectè dixiſſe, cùm tenuerit opinionem contrariã in verb. deficiēte. Alia autem, quę hîc accōmodari poterãt, Dida. Perez in pręludijs ordi. quē poſt quã hæc ſcripſi inueni, ponit. Et cùm ex ſupradictis manifeſtè conſtet in deciſionibus cauſarum potiùs ad ius regiũ quàm ad ciuile eſſe recurrēdũ, iã ad deſtinatum propoſitum venire neceſſe eſt, ſcientes, ꝙ licèt in hoc regno leges Romanæ nō ſortiantur effectũ, leges tamen partitarum inquantum poſſunt, continuò illas imitantur, & ideo euitãda eſt earum contradictio, quæ Grego. Lopez in. l. 10. ti. 13. part. 6. per illam legem aduertit.

## SVMMARIVM.

1 *Abſens, an, & quãdo in maioribus & minoribus criminibus de iure ciuili & regio puniatur.*

2 *Citatio quæ requiratur quando proceditur contra abſentem ad condemnationem.*

3 *Citationes quot requirantur aduerſus abſentē exiſtentem in prouincia. Et quid ſi ſit extra regnum.*

4 *Reus contumax ſi citetur, & nō cōpareat, quid agēdũ.*

5 *Reus contumax vt poſſit condēnari & pronuntiari pro fractore delicti, quæ requirantur.*

6 *Contumacia rei an ſufficiat, vt contra eũ procedi poſſit ad condēnationem mortis. Et quid dicēdum de fuga, vtrum ſit ſufficiens indiciũ ad torturã, &c.*

7 *Mulier, aut minor, ſi cōmiſerint delictum, in quo caſu ſi fuerint contumaces, non reſtituantur.*

8 *Iudicis in abſolutione aut condēnatione abſentis diligentia commendatur,*

9 *Habitus pro confeſſo an ſicut delictũ, ita etiã qualitates delictũ aggrauantes fateri videatur.*

10 *Abſentiæ cauſas ſi amicus, vel coniũcta perſona in iudicio appareat allegãdo, an iudex audire teneatur.*

11 *Bonorũ annotationis loco in pœnam cōtumaciæ, quid hodie ſurrogetur, oſtenditur.*

12 *Habitus pro confeſſo eo quòd non cōparuerit in termino, ſi ſe ſponte pſentet, ꝙ purget morã, & audiatur.*

# Antinomia iuris ciuilis

13 Reus licèt habeatur pro confeſſo, an ſe volens excuſare audiri debeat, oſtenditur.

14 Annotationis bonorum loco, quæ propter contumaciam & fugam delinquentis fit, quæ pœna hodiè veniat.

15 Actio an ex pacto nudo oriatur.

16 Actio an ex pollicitatione oriatur.

17 Obligatio an ex ſtipulatione inducatur. Et quid de iure regio, oſtenditur.

18 Stipulatio an alteri per alterum acquiratur.

19 Mutus & ſurdus an & quando poſsint ſtipulari.

20 Stipulatio ſi fiat duobus alternatiuè, an & quando valeat de iure regio.

21 Obligationis verba quando concipiuntur in perſonam procuratoris, & verba executionis in perſonam domini, an quæratur domino actio ſine ceſsione procuratoris.

22 Fideiuſſor an obligetur ſine ſtipulatione.

23 Fideiuſſor, qui ſe in plus obligauit quàm principalis, ad quid teneatur.

24 Confeſsio debiti ſine expreſsione cauſæ an ſit nulla.

25 Stipulatio ſine cauſa, an ſit inefficax.

26 Modus appoſitus in donatione in fauorē tertij, cuius contemplatione eſt appoſitus, an reuocari poſsit.

27 Permutatio ſi fiat ſolis verbis, vtrum quilibet ex contrahentibus pœnitere & à contractu diſcedere poſsit.

28 Inquilinus an poſsit excipere de pacto inito cū emptore rei locatæ inter eum & venditorem.

29 Stipulatio an obliget ſi incontinenti non reſpondeat.

30 Stipulatio an valeat inter abſentes,

31 Actio de dote ſoluto matrimonio cui competat, patrine, an filiæ?

32 Dos, quo caſu conſtante matrimonio non repetatur ab vxore, ſi vir eius vergat ad inopiam.

33 Actio hypothecaria tam in debitore, quàm in alio tertio retinente rem hypothecatam, quanto tempore præſcribitur.

34 Actor ſi petit plus debito, qua pœna puniatur. Et quid de actore contumace, ſi ex actis de iniuſtitia rei appareat.

35 Accuſatio ſi fiat, an in ea nomen Imperatoris apponi debeat.

36 Damnatus ex contractu, ex quo grauatur infamia, an repellatur ab accuſando.

37 Damnatus in metallum, vel deportatus, an poſsit extraneum accuſare. Et quid dicendum de condemnato ad mortem.

38 Accuſatus de crimine, an, & quando repellatur à teſtimonio,

39 Accuſatus de crimine quando non poſsit eſſe procurator.

40 Accuſatus ſi ſeipſum occidat, quid requiratur ad hoc, vt eius bona confiſcari poſsint.

41 Adamaſia quo caſu puniatur. Et quid dicendum de concubina clerici, religioſi, vel vxorati.

42 Adulterium quis accuſare poſsit, oſtenditur.

43 Adulterij pœna quæ ſit, recenſetur.

44 Adulterium quando dicatur quis committere.

45 Aduocatus qui ſe obligauit cauſam defendere, ad quid teneatur.

46 Aduocatus conſulens clientulo vt producat in cauſa falſa inſtrumenta, qua pœna puniatur.

47 Aduocatus quòd non teneatur iurare ſe foturum iuſtam cauſam, ſed quid facere debeat, oſtenditur.

48 Aduocati ſalarium qualiter quis ſoluere debeat.

49 Affinitas quòd habeat gradus palam fit.

50 Affinitas quòd etiam ſine matrimonio contrahatur.

51 Agenti interdicto recuperandæ poſſeſsionis quando exceptio dominij obſtet.

52 Amicus quod poſsit eſſe teſtis etiā in cauſa ſocietatis.

53 Alienari an poſsint etiam donata à Principe.

54 Alienata in quibus caſibus reuocari poſsint etiam ante ſententiam.

55 Alienatione rei iudicij mutandi cauſa facta per detentatorem vel poſſeſſorē rei & ſi de iure ciuili dominus propoſita actione contra alienantem, & ab eo æſtimatione recepta poterat nihilominus vendicare rem à poſſeſſore, quòd tamen de iure regio cōſecuta æſtimatione nihil amplius petere poſsit, oſtēditur.

56 Leges. C. Ne liceat potentioribus. & ſi locum habeāt tam in actore quā in reo, quòd tamen de iure regni in actore ſolùm locum habeant manifeſtum fit.

57 Annui reditus redimibiles qualiter conſtitui poſsint.

58 Appellatio à diffinitiua vſque ad quot dies interponi poſsit.

59 Apoſtoli intra quot dies ſint præſtandi, & à quo tempore currere incipiant.

60 Appellatio extranei an ſuſpendat ſententiam ſanguinis contra aliquem latam, illo renitente, & ſententiam conſentiente.

61 Apellationes in iudicio, ſeu articulo poſſeſſorio quot admittontur.

62 Appellatio quādo fieri poſſit nō gradatim, ſed omiſſo medio. Et quid dicendum in ſententia Comitris.

63 Appel-

63 *Appellatio ſi fiat ad æqualē iudicē qui iudicauit, ad quē iudicē remittendus ſit appellãs, oſtenditur.*

64 *Apellationis iudex ſi ſententiã confirmet, quòd remittenda ſit executio iudici à quo.*

65 *Aqua ſi naſcatur in meo ſolō, & decurrat ad partem inferiorem ad prata inferiora ſine facto domini inferioris &c. vtrū eã diuertere poſſim ad meã vtilitatem. Et quanto tēpore dominus inferior ſeruitutem illius aquæ acquirere poſſit.*

66 *Arbiter ſi efficiatur monachus, & ingrediatur monaſterium, an etiam de licentia abbatis ſententiam proferre poſſit.*

67 *Arbiter electus ſuper diuerſas cauſas, an teneatur ſuper oēs, & nō in vna re ſola ſentētiam proferre.*

68 *Arbitri quando per iudicem ordinarium tertium eligere compellantur.*

69 *Auus in ſucceſſione neptis, quòd etiã fratres vtrinq; coniunctos excludat.*

70 *Authoritas Principis in confirmatione maioratus, qualiter interuenire debeat, oſtenditur.*

71 *Arma quæ deferri liceat, tam die quam nocte. Et ꝙ vltra certã horã nocte nō liceat, niſi portetur lumē.*

72 *Armorum prohibitio ſi fiat, quòd tam de offenſibilibus, quàm de defenſibilibus intelligatur.*

## A.

1 ABſens † de iure ciuili nō punit, nec cōtra eū ſentētia diffinitiua ꝓfertur in criminibus maioribus, in qbus pœna maior relegatione eſt imponēda. l. in abſētē. ff. đ pœn. l. abſentē. C. đ accuſa. quę reaſſūpta eſt in. l. 8. ti. 8. part. 3. exceptis tribus caſib⁹. Prim⁹, in faciēte aliquē ſpadonē. l. Corneliã. §. cōſtitutū. ff. ad leg. Cor. de ſica. Secūdus, in reperto in venali pfidia apparitorū. l. nec diu. C. đ pœn. Terti⁹, in crimē lęſę maieſtatis cōmittēte per cōſti. Hērri. quos refert Hippo. in. d. §. cōſtitutū. n. 7. & Cepo. in cō. crimi. cō. 40. De iure aūt nr̄o regio de quocūq; crimine maiori vel minori cōtra abſētē ꝓceditur. l. 2. ti. 2. li. 3. ordi. & l. 2. ti. 17. lib. 8. ord. ac pragma. Cōplutē. fin. Et đ hoc vi. plura per me in Ærario cōi, in verb. Abſens. n. 3. vbi poſui tres differētias inter ius regiū ac cōe, quę reſultāt ex di. ll. ac prag. Petrus ab Auē. in reſpō. 15. poſt tractatū đ exequēdis māda. reg. ponit quatuorđcim cōtrarietates, quæ ex di. ll. & prag. reſultāt cōtra ius cōe, quæ trāſcribere libuit, ne tot libris oneremus lectores, cùm propria ſit noſtra materia, aliqua addēdo, & prima eſt iam prælibata.

2 Secūda † de iure ciuili in caſibus trib⁹, in quib⁹ ꝓcedit cōtra abſentē, ſufficit citatio legitima per nūtiū, vel p literas, & ꝓcedit, & fit cōdēnatio in abſentē p d. ll. ne diu. đ pœn. & §. cōſtitutū. & cōſti. Hērri. De iure aūt regio p. d. prag. de Alcala nō ſufficit citatio per nūtiū, ſed per edicta, & cōſtito, ꝙ reus fuerit pquiſit⁹, & nō inuētus, vt caperet. ibi, ſi no pudiere ſer hallado para lo prēder.

3 Tertia de † iure ciuili ſufficit vna citatio p edictū, & tēpus moderat arbitrio iudicis, vt notat. gl. in extra. quomo. in crimine lęſ. maieſ. ꝓce. in ver. p edictū De iure regio requirūtur tres citatiōes, ſi reus eſt in ꝓuincia nouē dierū, ſi aūt ſit extra regnū, quodlibet edictū & ꝓclama debet habere viginti dies, vt in d. pragma. ibi, ſagalo emplazar.

4 Quarta de † iure cōi, quādo reus cōtumax citat, ſi nō cōparet in termino, eſt diſtinctio ad hoc, ſi requiratur ꝙ cōtumacia incuſet in termino, an ꝓceditur p inquiſitionē, an ad petitionē accuſatoris ex Bar. in. l. inter. ff. de pub. iu. De iure regio nulla facta diſtinctione in cauſa criminali, ſi reus nō cōparet, debet cōtumacia accuſari. vt in. d. prag. ibi, Siēdo acuſada la rebeldia. iūcto ibi, a pedimiento de parte o de officio.

5 Quinta de † iure cōi ponitur reus in

banno,etiã ſi iudex minimè pronūciet
reū cõtumacē,& ꝓceſſus valet.vt ꝑ Bal.
in.l.ſancimus.C.ad Tertul.vbi eſt gl.De
iure regio debet cõſtare in ꝓceſſu, qua-
liter reus fuerit ꝑquiſitus vt caperetur,
nec capi potuit,& reus ꝓnūciatur ꝑ fa-
ctore delicti,& ſequit᷑ cõdēnatio ex pro
ceſſu.præcedēte fuga & cõtumacia rei,
& oĩa hæc ſunt ꝑ forma dictę prag.& il
la omiſſa,cõdēnatio eſt ipſo iure nulla.
vt notat Anto.in.c.cū dilecti.de dol.&
cõtu.& Hip.in pract.§.poſtquã.verſ.37.

6 Sexta correctio,de † iure ciuili ſtatutū,
vel.l.particularis, quę diſponebat ex ſo
la cũtumacia poſſe ꝓcedi ad cõdēnatio
nē vt inferatur mors,valet ex Bal.in.c.1.
§.iniuria.verſ.quęro.vtrū valeat ſtatutū.
in vſi.feudo. De iure aūt regio ꝑ
dictã prag.ſola fuga nõ eſt ſufficiēs indi
ciū ad cõdēnationē mortis. ibi. Demas
dela fuga.& ſic requiritur plena proba-
tio delicti,vel ſaltim ad torturã.Tñ licèt
hęc ſint vera, nõ reſultat cõtrarietas ex
his,imo videtur,ꝙ diſpoſitio.d.prag.ſit
cõformis iuri cõi:nã de iure ex ſola cõtu
macia nõ punitur reus ad mortē.vt not.
gl.in ſūma.4.q.1.& Bal.in rub.C.cõmu.
vel epiſ.& notat Feli.in.c.quæ in.eccle-
ſiarū. de cõſti. vbi vi. Deci. plura accu-
mulãtē.n.41.Quod nõ ſolùm ꝓcedit in
morte,ſed nec etiam ex ſola cõtumacia
poteſt quis puniri in miſsiõe totius cau
ſæ.vt notat gl. in. l.1.§. hoc indiciū.ff.ſi
quis ius dicē.nõ obtēpe. vbi etiã Alex.
cõcludit, ꝙ ex cõtumacia nõ debet ali-
cui ꝑpetuò denegari audiētia.Qd nota.

7 Septima, de † iure cõi mulier,aut mi-
nor ſi habētur ꝑ cõfeſsis ex diſpoſitiõe le
gis vel ſtatuti tanquã ſint cõtumaces,iu
uãtur aduerſus huiuſmodi præſumptū
dolū bñeficio reſtitutiõis, vt notat Pau.
in.l.vbi.ff.de eden.& Hippo. in practi.
in verb.poſtquã.n.60.De iure autem re
gio per. d.prag. minor non reſtituitur
cùm cõmiſerit delictū in faciendo.vt in
l.1.& ibi Pau.C.ſi aduer.deli.

8 Octaua,vltra † tres caſus ſupradictos,
in quibus de iure ciuili ꝓcedit᷑ cõtra ab-
ſētes,ſi reus abſoluebatur de iure ciuili,
valebat ſentētia, tñ ſi cõdēnetur nõ. vt
notat Anto.in.c.veniēs.de accuſ.& De
ci.in.l.fauorabiliores.ff.de reg.iu.De iu
re regio ſiue cõdēnetur reus,ſiue abſol-
uatur,valet.Et ſic in.d.legibus præcipi-
tur iudici,vt diligēter inquirat de inno-
cētia abſentis,& ſi inuenit abſoluēdū ab
ſoluat,ſola eñ contumacia,vt dictū eſt,
non eſt ſufficiens ad condemnationē.

9 Nona,de † iure ciuili ac cõi habitus pro
cõfeſſo,videt᷑ fateri delictū, nõ tñ quali
tates delicti. vt per doctores cõiter in.l.
ſicui.§.1.ff.de.leg.1.& Alex.in.l.ſi duo.§.
ſiquis iurauerit.ff.de iur.iura.& Ancha.
in con.144.quos refert Auguſti.in addi.
ad Ang.de male.in verb.ꝗ iudex vidēs.
De iure regio per dictã pragma. nõ ſo-
lū de delicto, ſed de qualitatibus aggra
uãtibus delictū habet᷑ pro confeſſo.ibi,
quede por hechor del delicto de que
fue accuſado.

10 Decima,de † iure ciuili ſi amicus vel
cõiūcta perſona appareat in iudicio alle
gãdo cauſas abſentiæ, tenetur iudex au-
dire,vt per Bar.& docto.cõiter in.l.ſer-
uū quoq;.§ publicè.ff.de procu.& ſi ex-
cuſator nõ auditur,nõ valet proceſſus.
vt ꝑ Bar.in extra.ad reprimēdū.in verb.
neglexerit.&eſt cõmunis opinio,vt per
Tho.gramã.in voto.37.&Carre.in.l.ob
ſeruare.in prin.n.76.quo.appe.non re-
cipio. De iure regni diſtinguit᷑,vel ſi cõ
paret excuſator ante pręconia,& nõ au
ditur,

ditur, niſi appareat ipſe reus in perſona. ibi. Y ſi el por ſi no viniere de ſu grado poſt præconia tñ audit, cũ agitur de annotatiõe bonorũ, vt ipſe Pe. Nuni. diſtinguit. Sed tñ huic diſtin. clarè obſtat. l.3. ti.5. par.5. cũ ſine diſtinctiõe dicit admittẽdũ excuſatorẽ, qui de cauſis abſentiæ in facto cõſiſtẽtibus abſentẽ reuelet, & iudex cõſtito ꝙ infirmitate, vel impedimẽto legitimo, ſi ꝓcedit, ſentẽtia erit nulla. vt in.l.2. §. ſi quis in iudicio. & ibi. Bar. ff. ſi quis cauti. & in.l. liberto. §. litem. ff. de neg. geſt. Et ſic nulla differẽtia in hoc inter ius canonicũ & Regiũ eſt ponenda.

11 Vndecima, de † iure ciuili annotatio bonorũ erat punitiua cõtumaciæ, vt in toto ti. de req. re. ff. in tãtũ, ꝙ facta annotatiõe cũ cognitione cauſæ, nõ dabatur abſenti in integrũ reſtitutio. vt not. Faber in.l. quicũq;. C. de requi. re. De iure regio loco annotationis bonorũ per.l. fori poſitã poſt dictã prag. ſurrogãtur ſexaginta morabetina, & ſic viget in practi.

12 Duodecima, de † iure cõi habitus pro confeſſo ex eo ꝙ nõ cõparuit in termino, nõ purgat morã. vt notat Ang. in.l. etſi poſt tres. n.13. ff. ſi quis cauti. De iure regio ſi ſpõte ſe præſentat purgat morã, & auditur. vt in. d. pragma.

13 Decimatertia, ſi † ex forma ſtatuti de iure ciuili ex cõtumacia habetur quis ꝓ cõfeſſo, nõ auditur volẽs purgare innocẽtiã. vt not. Iaſ. in.l.2. C. qui teſt. fac. po. n.6. ſi tñ ex forma legis habet pro cõfeſſo, auditur, probãdo ꝙ nõ fuit delictum quod cõmiſit, vel ꝙ ad ſuã defenſionẽ hoc fecerit. vt p Iaſ. ibi. De iure regio licèt habeat reus ꝓ cõfeſſo, tñ audit volẽs ſe excuſare. Et q̃tũ ad pœnas criminales practicat opinio Iaſ. nõ tñ quoad ciuiles

14 Decimaquarta, de † iure cõi annotatio bonorũ ꝓpter cõtumaciã & fugã delinquẽtiũ non habet locũ niſi in caſibus in quibus de iure venit imponẽda. vt notat Ang. in.l.1. C. de requi. re. licèt de cõſuetudine vt per Caſſa. in cõſue. Bur. in rub. 2. §.1. n.11. & Mõtal. in. l.4. ti.2. lib.2. fo. ll. in gl. O ſobre coſa. in quocũq; crimine fit annotatio bonorũ. De iure regio ꝑ ſuperius dicta loco annotatiõis bonorũ venit pœna ꝺl deſprez, quę nõ trãſcẽdit ſexaginta morabetina. Et de materia. d. pragma. vi. Caſſa. de cõſue. Bur. rub.1. §.7. in prin. n.10. & Ludo. Carre. in practi. crim. in pri. ã. n.59. vſq; ad.78. & Iſer. & Matth. de Affli. in cõſti. Neapo. Grãdis. ti.1. lib.2

15 Actio † ex pacto nudo de iure ciuili nõ oritur, ex Iaſ. in.l. ius gẽtiũ. §. cũ nulla. C. de pactis. vbi dicit cõmunẽ, & Bapti. de ſan. Blaſi. in rub. decre. q.25. & gl. in.l. petẽs. C. de pa. & l. lecta. ff. ſi cer. petã. & l. ſi vnus. ff. de pa. De iure regio oritur per.l. 3. ti.8. lib.3. ordi. quę cõcordat cũ iure canonico in. c.1. de pactis in.6.

16 Itẽ † ex pollicitatiõe nõ oritur actio, etiã de iure canonico. vt notat Fortu. Gar. in c. de pa. n.12. in.6. & Alci. in rub. de verb. obli. ff. n.8. De iure regio ſic per. d. l.3. vt per Grego. Lop. in l.4. ti.4. par.5. & Anto. Gomez de cõtra. c.8. n.4. in fi. Et vi. in meo Aerario cõi in verb. Actio. nu.3.

17 Itẽ † de iure ciuili obligatio inducit ex ſtipulatione. l.1. ff. de ver. obli. & §. itẽ verborũ. Inſti. de inuti ſtipula. cũ quibus cõcordat. l.1. tit.11. par.3. De iure regio ſublata eſt ſolẽnitas ſtipulationis per. d. l.3. ibi. pareſciendo que vno ſe quiſo obligar.

18 Itẽ † de iure ciuili alteri per alterũ ſtipulari nõ poteſt. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig. & §. ſi quis alij. & §. alteri.

de inuti.ſtipu.Inſti.cũ quib^9 cõcordat l.7.ti.11.par.5.De iure regni acquirit̃ alteri,& appbatur p.d.l.3.opinio canoniſtarũ ex gl.in.c.quotiẽs cordi oculus.1.q.7.De quo p Cou.in.c.quãuis pactũ.de pact.in.6.par.2.§.4.per totũ,pręcipuè in verb.decimo.

19 Itẽ† de iure ciuili mutus & ſurdus nõ poſſunt ſtipulari.l.1.in prin.ff.de verb.obli.De iure regio per.d.l.3.efficaciter obligãtur,ſi ſunt perfectę cognitiõis,& appareat ſe velle obligari,cũ ęqparentur maioribus viginti quinq; annorũ,vt p Alci.in.d.l.1.nu.58.& in.n.60.vbi dicit cõmunẽ opinionẽ.& vi.Bar.in.d.l.1.§.ſi quis ita.

20 Itẽ† de iure ciuili ratiõe incertitudinis nõ valet pmiſsio,vt ſtipulatio fiat duobus alternatiuè.l.1.§.ſi fructuarius.ff.đ ſti.ſer.l.q res.§.ſi ſeruus.ff.đ ſolu.& glo.ibi.De iure regio p.d.l.3.quærit̃ vtriq; p dimidia,niſi cõſtaret,q tertius fuerit appoſitus nõ obligationi,ſed ſolutiõi,cũ cõſtaret debitũ tãtùm ſtipulãti,quia nõ pręſumitur donatio.vt dicit gl.&ibi Bar.in.l.Iulianus.§.1.ff.de ver.obli.vt p Greg.in.l.7.par.5.in ver.A otro tercero.

21 Itẽ† de iure cõi qñ verba obligatiõis cõcipiũtur in perſonã procuratoris,& verba executionis in perſonã dñi,non quęritur dño actio ſine ceſsione procuratoris,vt per Paul.in.l.dãni infecti.§.1.ff.de dam.infe.De iure regio per.d.l.3.dño acquiritur ſine ceſsiõe,vt per Grego.Lopez in.l.8.tit.11.part.5.vbi ponuntur caſus,vbi neceſſaria eſt ceſsio.

22 Itẽ† de iure ciuili fideiuſſor nõ obligatur niſi mediãte ſtipulatiõe.l.5.§.ſatiſacceptio.ff de verb.obli.quę cõcordat cũ l.6.ti.12.par.5.De iure regio.p.d.l.3.fideiuſſor obligatur ſine ſtipulatiõe,approbata opinione canoniſtarũ,quę p plura cõprobat Zare.in.c.1.đ accuſ.Dida.aũt Perez videtur innuere cõtrariũ in.d.l.3.col.1064.licèt dicat non eſſe ſine ſcrupulo.& vi.Dueñas in reg.332.

23 Itẽ† de iure ciuili fideiuſſor,qui ſe obligauit in plus quã principalis,in nullo tenetur.vt p Imol.in l.gręce.§.illud.ff.de fideiu.quę cõis eſt.vt p Grego.Lopez in.l.7.ti.12.par.5.quę diſponit,q in illo,in quo principalis erat obligatus,valet fideiuſsio,nõ in pl^9.Sed attẽta generalitate.d.l.3.cũ ex pacto nudo oriat̃ actio,fideiuſſor in illo,in quo principalis erat obligatus,habet̃ loco fideiuſſoris & in eo,in quo plus obligat̃,habet̃ loco principalis.vt in ſimili dicit Cou.de fideiuſſore iurãte ſciẽter tẽpore obligatiõis in plus obligari in.c quãuis pactũ par.2.§.6.col.14.in fin.& vi.Hippo.in rub.de fideiu.q.38.

24 Itẽ† cõfeſsio debiti ſine expreſsione cauſæ,de iure ciuili eſt nulla.l.cũ indebito.§.ſi.ff.de prob.&.c.ſi cautio.đ fid.inſtru.De iure regio p.d.l.3.etiã ſi non ſit cauſa,obligat,vt per Dueñas reg.118.

25 Itẽ† ſtipulatio de iure ciuili eſt ineffi cax ſine cauſa.l.2.§.circa.ff.de doli.exceptio.De iure regio p.d.l.3.etiã ſi nõ adſit cauſa,valet obligatio ex nudo pacto.vt per Cou.in.c.quãuis pactũ par.2.§.4.n.14.in fi.quę cõcordat cũ iure canonico.vt per Zare.in.c.1.de accuſã.differẽ.57.cùm habeat donationẽ pręſumptã,nec cõcurrũt duę ſpecialitates cõtra.l.1.de do.pmiſ.Immo ſola vna,cũ ex iure canonico & regio iam ex pacto nudo oriatur actio,& non curatur de eius veſtimento vt obliget,verũ tamẽ eſt

eſt,quòd ſi credẽs eſſe debitorẽ, & ad eſſe cauſam,quę non aderat,nec ſtipulatione de iure ciuili, nec ex nudo pacto de iure canonico & regio oritur actio. & ſic eſt intelligendus Bald. in l.petens.C. de pact. Et circa hoc vidi. Zare.in.d.diſt.57.

26 Item † de iure ciuili ex Barto. in.l. qui Romæ.§. Flauius.verſ.vlteriùs habetis.ff.de verb. obli. poteſt reuocari modus appoſitus in donatione in fauorem tertij, cuius contemplatione eſt appoſitus,& Bar.approbat Nauar. doctor inſignis in. c. ſi quando.de reſ. in.6. & Iaſ.in. l.2. numer.13. C. de iure emphy.& Dida.Perez in.dict.l.3. col. 1050. communem dicit.De iure regni per.d.l.3 non poteſt reuocari approbata cõmuni opinione cõtra Bar. prout dicit communem Rode.Xuarez in.l. quoniam in prioribus.q.8.C.de inoffi. teſt.de quibus per Coua.in roſolu.lib. 1.c.14.nu.7.vbi adducit has duas communes.Et nota,ꝙ per.d.l.3. non tollitur acceptatio,quę eſt neceſſaria in donatione abſenti facta.vt.no.gl.in. l.4. tit.4.par.5. in verb. no lo pueda hazer. & vi.in meo Aerario cõmuni in verb. Donatio.n.176.& Dueñas in reg. 216. vbi dicit hãc vltimã magis communẽ

27 Item † de iure ciuili per.l.ex placito C.de rerum permu. ſi permutatio fiat ſolis verbis,quilibet ex contrahẽtibus poteſt pœnitere,& diſcedere à contractu.& cum.d.l.ex placito.concor. l.3. tit.7.par.5. ſed per.d.l.3. eſt tenendum contrarium,vt tenet Grego. Lopez in d.l.2.in verb.qualquier de las partes.

Item de iure ciuili ſi permutatio incœpta eſt ab vna parte adimplere, & alia velit diſcedere , poteſt pœnitere. vi.in.l.dedi.§. ſed ſi tibi. ff. de. condi. ob cauſam.& tenet Albe.in.d.l.ex placito.per gl.ibi. De iure regio per. d.l.3. nõ poteſt pœnitere, nec diſcedere.Itẽ nota , quòd Didacus Perez in.dict.l.3. ex Fortu. Garci.in dict.cap.1. de pact. in 6.n.3. cõcludit in col. 1051. quòd per d.l.3. ſint immutati contractus innominati,ſed Grego.Lopez. in.l.1.titu.11. part.5. in verb. Gran prouecho, dicit contrarium:cùm per ius canonicũ circa eos nihil eſt immutatum , vt notãt docto.in cap.cùm inter.2.de elect. & Bal.in.l.ſiue apud acta.C.de tranſa.ſed primam tene per fundamenta quę ponit Anto.Gomez.in.2. tomo de contracti.c.8. n.4. vſque in fi. Et ex his reſultat,quòd hodie per.di.l. in contractu innominato non habebit locum repetitio ex capite pœnitentię,vel cauſæ non ſecutæ, ſed pars poteſt agere contra aliam non parẽtem, vel ad obſeruantiam contractus, vel intereſſe, vt in contractu nominato.arg.tex.cũ communi in. l.ea. conditi one. C. de reſcin.vendi.

28 Item † ex hac. l.3. approbatur opinio Bal. quæ approbat opinionem ſecundam gloſſæ.in. l.emptorem. C.de colla.contra Sali. ibi. quòd inquilinus poteſt excipere de pacto inito cũ emptore rei locatæ inter eum & venditorem.quæ etiam probat.l. 19.tit.8.par. 5. & Grego.in verbo. Fizo pleyto.cuius contrarium innuebat. d. gl.in princi. & Sali.ibi.

29 Itẽ † ſtipulatio de iure ciuili nõ obligat

gat niſi incontinenti reſpondeat.l.cõtinuò. &.l.1.§. qui præſens.ff. de verb. obli. De iure regio per.d.l.3. obligat & ſi ex interuallo reſpondeat.

30 Item † de iure ciuili ſtipulatio non valet inter abſentes.§. Item verbo.Inſti.de inuti.ſtipu. De iure regio per.d.l.3.valet.

31 Actio † de dote de iure ciuili ſoluto matrimonio licèt competat filiæ & nõ patri, pater tñ habebit adminiſtrationẽ iuxta cõmunẽ opinionẽ, vt per Cur.Iuni. con.152.n.1. &.2. De iure regio cùm filia ſit libera à patria poteſtate patris per matrimoniũ. vt in. l. 47. in ordi.Tau. filia habebit vſumfructũ & adminiſtrationẽ dotis, vt per Rode. Xua.in.l.9.tit.11.lib.1.fo.ll.in.fi.

32 Actio † dotis de iure ciuili competit vxori durãte matrimonio cõtra virũ vergentẽ ad inopiã, etiã ſi non ſua culpa, ſed caſu acciderit paupertas, ex generalitate.l. ſi cõſtãte.ff.ſolu.matri. &.l.vbi adhuc. C.de iu.doti. Et hãc dicit cõmunẽ opinionẽ Io.Lupus in.ca. per vr̃as.de dona.inter vi.& vxo.§.24. in prin. De iure regio contra virũ, qui caſu, & nõ ſua culpa incidit in paupertatẽ, nõ repetitur dos. vt in.l.29.titu.11. part.4.& vi.in meo ærario cõmuni in verb. actio dotis.

Nota, ꝙ in caſu, in quo mulier conſtante matrimonio repetit dotẽ à viro de iure ciuili minimè eſt habẽda ratio deducto ne egeat. Petrus Nuni.de Auenda.de exequẽ.manda.reg.c.8.n.8. cõmunẽ dicit ex gl.in. d.l. vbi ad hoc C.de iure doti.in verb. ad ſuſtentationẽ. De iure regni.per.l.1.ti.15.par.5. maritus gaudet hoc priuilegio.

33 Actio † hypothecaria de iure ciuili præſcribitur per quadraginta annos, p.l.1.& ibi Bal.C.de anna.præſ. De iure regio ꝑ triginta annos.l.63.in ordi. Tauri. Quã intellige in debitore præſcribente: tñ ſi alius tertius retineat rẽ hypothecatã, præſcibi hypothecariã actionẽ per decẽniũ cũ bona fide, creditore cõſentiente alienationi, vel ſaltim ſciẽte & nõ contradicẽte. vt in.l.2. C.de remiſſi.pigno. Et ſic eſt intelligẽdus Bart.in.l.1. C. ſi aduerſus credi. & Bal.ibi.& glo.& Bar.in. l.1.§. cùm prædiũ.ff.de pigno.&.l.27.ti.29.par.3.

34 Actor † ſi petit plus debito, de iure ciuili punitur in triplo, ex.§.tripli.&.§ ſed hęc quidẽ.Inſti.de acti. De iure aũt regio ſolùm quando petitur plus loco & cauſa, debetur triplũ de dãnis & expenſis factis per reũ.ex.l.45. tit.2.par.3. in alijs ſi plus petatur, nõ debetur niſi ſimplum.l.43.eo.tit.& par.

35 Actore † cõtumace, ſi ex actis appa ret de iuſtitia rei, de iure ciuili in totũ cõdemnatur ex gl.in.l.properandũ.& ibi docto.C. de iudi. Quã cõmunẽ dicit Grego.Lopez.in.l.9.tit.22. par.3.in verb.de la demãda. De iure aũt regio per.d.l.9.de re principali ſunt detrahẽdæ expenſæ quas reus fecerit in proſecutione cauſæ, approbata opinione Placentini in.d.l.properandum.

36 Nota, ꝙ † in accuſatione de iure ciuili requiritur, ꝙ apponatur nomẽ imperatoris.l.libellorũ.ff.de accuſ.& Sali.in.l.in cauſis.C.de accuſ. De iure autẽ regni nõ requiritur, vt in.l.14.titu.1. par.7.licèt de cõſuetudine apponitur.

Nota

36 Nota, quòd † damnatus ex contractu ex quo grauatur infamia, de iure ciuili nõ repellitur ab accuſando. Bal. in.l.in re mandata. C.manda. De iure regio ex generalitate.l.3.tit.1.par.7.repellitur. vt per Grego. Lopez ibi.

37 Item † de iure ciuili damnatus in metallum, vel deportatus, non poteſt extraneum accuſare.l. is qui reus.ff.de pu. iudi. De iure regni extenditur ad condemnatũ ad mortem. l.4.tit.1.par. 7.& ſuppletur per.d.l.is qui reus.

38 Accuſatus † de crimine famoſo, niſi ſit conuictus, & condemnatus, non repellitur à teſtimonio.l.qui accuſare. ff. de accuſa.& cum ea concor.l.3.ti.1. par.7.de iure canonico ſi ſit cõuictus, vel poſſit conuinci, repellitur. c. cùm dilectus.de accuſ.ca.ſuper eo. de teſti. c.1.de excepti. De iure regio. d.l.3.concordat cum iure Canonico in eo, qui falſum depoſuit, quia repellitur, ſi probetur contra eum, licèt non ſit conuictus.Et.d.l.3.concordat cum iure ciuili in infamato infamia iuris, quia requirit, ꝙ ſit conuictus, iuxta.l.cum criminis. C. qui accuſ. non poſ. licèt ſecus ſit de iure canonico. cap. quærendum.2.q.7.

39 Accuſatus † de quocunq; crimine de iure ciuili accuſatione durante nõ poteſt eſſe procurator pro alio. Iaſ. in.l. reum criminis. C.de procura. De iure regio per.l.5.titul.5.part.3. approbatur opinio Bart. & Alberi. dicentium.d.l. reum. ſolùm habere locum in accuſato de capitali crimine, in. d.l.reum.

40 Accuſatus † ſi ſe ipſum occidat, de iure ciuili ad hoc ꝙ bona eius confiſcentur; ſufficit ꝙ ſit propoſita accuſatio, & ipſe citatus, & non requiritur litis cõteſtatio.l.2. C. de cuſto.reorum. l.1.cum gloſ.C.vbi ſena.vel clari. De iure regni per.l.24.tit.1.par.7.requiritur quòd lis ſit conteſtata.

41 Adamaſia †, ſi eſt ſoluta, & minimè coniugata, non punitur de iure ciuili.gloſſ.& ibi Bald.in.l.1.C.de adul. De iure regio ſi eſt concubina publica clerici, vel religioſi, vel vxorati, punitur per.l.42.capit.21.in pragma.Et quæ dicatur publica concubina. vi. per docto.de Pala.Rub.in cap.per veſtras.§.21.num.15. cum ſequen. de donat.inter vi.& vxo. ſi cõmuni opiniõe vicinorũ habeatur pro tali, & adminiſtrat ei neceſſaria: quæ conducunt ad prag.95.&.96.&.97.in volu.pragma.

42 Adulterium † de iure ciuili poteſt accuſari à quolibet de populo.l.2.§.fi. ff.de adul.l.ſi maritus.§.lege Iulia.eo. tit. De iure regio ſolus maritus accuſat adulterium.l.3.tit.7.lib.4.fo.ll.& illa.l. approbatur per.l.95.cum ſequẽ. pragma. vbi prohibetur, quòd contra vxoratum ſine conſenſu viri non procedatur ex concubinatu, per quam videtur ſublata.l.2.titu.17.par.7.Fratribus conceditur poteſtas accuſandi, & data negligentia mariti, quibuſcunq; alijs. quod hodie non procedit per dict. prag. in hærede mariti poſt eius mortem, an poſſit accuſare vxorem adulteram in vita mariti. vi. in meo ærario in verb.hæres.nu.22.

43 Adulterij † pœna de iure ciuili in muliere eſt verberatio, & detruſio in monaſterium. Auth.ſed hodie.C.ad.l.Iuli.

li. de adul. correcta. l. quāuis. la. 2. ff. de adul. iuxta communem opinionem: de qua per Nice. in cōcor. gl. concor.

8. De iure regio adultera cum adultero mittitur in poteſtatem mariti, ſiue ad mortem, ſiue ad vitam l.1. tit.7. lib.4. fo. quæ approbatur per. l.81. in ordi. Taur.

44 Adulterium † committitur de iure ciuili indiſtinctè, ſi cognoſcat vxor alterius: vt per totum titu. ff. & C. de adul. De iure regio cognoſcens vxorem alterius credēs eſſe ſuam, non cōmittit adulterium l.5. tit.17. part.7.

45 Aduocatus, † qui ſe obligauit defendere cauſam, nō tenetur defendere in inſtantia appellationis, ſed ſolùm in prima vſque ad diffinitiuam. Secùs tamen in appellatione ab interlocutoria de iure ciuili, vt per Iaſ. in l. ita demum. n.8. C. de procu. vbi dicit communem opinionem. De iure regio, ſiue ſit appellatio ab interloquutoria, ſiue à diffinitiua, ſi appellatio eſt ventilanda in eodem loco, tenetur aduocare, ſecùs tamen. l. 11. in ordi. Aduoca.

46 Aduocatus † conſulens clientulo de iure ciuili vt producat in cauſa falſa inſtrumēta, punitur pœna falſi. l. in falſi. ff. ad leg. Cor. de fal. Specul. in tit. de aduocato §. fi. De iure regni imponitur pœna mortis. l. fi. tit.6. part.3.

47 Aduocatus † de iure ciuili non tenetur iurare fouere iuſtam cauſam, quia iuramentum aboleuit ab vſu. Iaſ. in l. rem nouam. nu.2. C. de iudi. vbi dicit communem. De iure regio diſponitur contrarium per. l.1. & 2. in ordi. aduoca. & plus dicit. l.18. in eadem ordi. quòd aduocatus in ſcriptis tenetur recipere relationē cauſæ, vt poſsit dare rationem de iuſtitia partis. & vi. in meo ęrario in verb. Aduocatus. n.99.

48 Nota, ꝙ † de iure ciuili aduocatus nō petit ſalariū niſi in fine cauſæ, & poſt litem ſolutam. vt per Iaſ. in l. diem functo. nume.11. de offi. aſſeſſo. vbi dicit communem. De iure regio per. d. l. 11. in ordin. aduoca. quarta pars eſt ſoluēda in principio, & quarta in publicatione, & quarta lata ſententia, & alia in fine cauſæ.

49 Affinitas † de iure ciuili non habet gradus l. non facile. ff de gradi. De iure regio cùm ſequatur ius canonicū, habet gradus, per. l.1. titu.6. part.4. & l.5. eod. titul. in nota. l.1. titu.18. part.7. & l.7. titu. fina. lib.8. ordi. & l.5. titu.15. eo. titu.

50 Item affinitas † ſine matrimonio de iure communi non cōtrahitur per. d. l. non facile. De iure regni per. l.5. titu.6. part.7. quę ſequitur ius canonicum. vt in. c. diſcretioni. De eo qui cogno. conſ. vxo. contrahitur. & vi. Petrū Nuni. in Alpha. Hiſpa. in verb. Inceſto.

51 Agenti † interdicto recuperandæ poſſeſsionis de iure ciuili nō obſtat exceptio dominij, licèt velit incontinenti probare: vt notant docto. in l. ſi de vi. ff. de vi. licèt gl. teneat ibi contrariū. De quo per Alex. in l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acqui. poſſe. De iure regni obſtat exceptio, ſi incontinenti probetur. l.27. titu.2. par.3.

52 Amicus † poteſt eſſe teſtis extra cauſam ſocietatis, niſi ſint ſocij omnium bonorum, vel ſi ex ſocietate orta ſit

maxi

maxima amicitia. Aufre. de repro. te-
ſti. n. 89. vbi dicit eſſe cōmunē opinio-
nem de iure ciuili. & hanc diſtinctio-
nem recepit Bal. in. l. eos. C. de teſti. &
Thomas Gramma. vo. 22. & Feli. in. c.
quotiens. de teſti. & Lanfran. in capit.
quoniam contra. in verb. teſtium de-
poſitiones, num. 147. de proba. De iu
re Regio non admittitur hæc diſtin-
ctio per. l. 12. titu. 16. part. 3. & l. 5. titu. 3.
part. 7. nam per dictas leges minimè
minuitur fides propter amicitiam ſeu
ſocietatem, vt per Petrum Nuni. in
Alpha. Hiſpano, in verb. Amigo.

53 Alienari † non poſſunt de iure ci-
uili donata à principe. auth. Hoc ius
porrectum. C. de ſacroſanct. eccle.
De iure regni ſic. l. 9. titu. 9. lib. 5. ordi.

54 Alienatio † facta de iure ciuili poſt
delictum propoſitum reuocatur, vt
notat Bart. poſt Odofre. in. l. poſt con
tractum. de dona. & Ang. in. l. ſi poſt
hac. C. de bon. dam. vbi dicit, quòd cō
muniter hoc ſequuntur aduocati ac
aſſeſſores. De iure regni in crimine læ
ſæ maieſtatis contra principem, vel
eius conſiliarios, & in crimine hære-
ſeos poſt propoſitum crimen aliena-
ta reuocantur, in alijs autem crimini-
bus regulariter vſque ad ſententiam
alienata non reuocantur, poſt ſenten-
tiam tamen ſic. per. l. 2. tit. 4. par. 5. ap-
probata opinione Bal. & Dini. in. l.
poſt cōtractū. & ſic Michael Malaci-
ta malè impoſuit Bartolo. Et pro hac
noſtra lege contra Odofre. eſt. l. in. l.
ſi poſt hac. C. de bon. dam. vt per An-
ge. ibi.

55 Alienatione † rei iudicij mutandi
cauſa facta per detentatorē, vel poſſeſ-
ſorem rei, de iure ciuili dominus pro-
poſita actione contra alienantem, &
ab eo æſtimatione recepta, poterit ni-
hilominus vendicare rem à poſſeſſo-
re, in quem res fuit alienata. l. Stichū
§. dolo. ff. de ſolu. l. etiam. §. item ſi quis
ff. de peti. here. De iure regio per. l. 30.
titu. 2. part. 3. poſtea quam conſecu-
tus eſt æſtimationem, ampliùs mini-
mè petit rem.

56 Nota, quòd † de iure ciuili leges
Cod. ne liceat potentioribus. habet lo
cum non ſolùm in actore, ſed etiam
in reo. vt per Bar. Albe. & Paul. in. l. 1.
ff. de alie. iudi. mutan. cau. fa. quam di-
cit communem Gregori. Lopez in. l.
16. titu. 7. part. 7. De iure regni per. d.
l. 16. non habent locum in reo, ſed in
actore, appobata gl. in. d. l. 1.

57 Annui † reditus de iure ciuili poſ-
ſunt conſtitui redimibiles in perpe-
tuum. vt notant docto. præcipuè Io.
de Ana. in. c. in ciuitate. de vſu. dum-
modo obſeruetur æqualitas. De iure
regio. per. l. 27. in curijs de Madrid. de
anno. 1534. & Toleti. de anno. 1529. l. 10.
prohibetur emere iſtos annuos redi-
tus, vt in frugibus ſoluantur, ſed ſunt
reducendi ad amilleriarium pro qua-
tuordecim milliaria ſoluendum in pe
cunia. De quo per Gou. in reſo. l. 1. c. 15.
nume. 11. vbi tractat de diuiſione fru-
ctuum anni in quo redimitur, ad quē
competant.

58 Appellatio † à diffinitiua de iure ci
uili interponitur vſq; ad decem dies.
Auth. hodie. C. de appel. De iure re-
gio vſq; ad quinq;. l. 1. tit. 16. lib. 3. ordi:

Nota,

59 Nota, quòd † de iure ciuili intra tri-
ginta dies dantur apoſtoli.l.iudicibus
C.de appel.& in.c.ab eo.de appel.lib.
6.qui currebant à tempore appellatio
nis interponendæ.vt notat glo.in cle.
* quanuis. de appel. De iure regio ex.l.
26.titu.23.part.3.intra tres dies ſunt
apoſtoli præſtandi,& currũt à tempo
re appellationis interpoſitę.

60 Appellatio † extranei ſuſpẽdit ſen
tentiam ſanguinis latam cõtra aliquẽ,
etiam illo renitente,& ſententiam cõ
ſentiente de iure ciuili.l. non tantùm.
ff.de appel.& Feli.in.c. cùm ſuper. de
re iudi.& communiter docto.in.d.l.
* nõ tantùm.De iure regni per.l.6.ti.23.
part.3.ſolùm conſanguinei audiũtur
etiam eo renitente, extranei autẽ nõ,
approbata opinione Azo.in ſumma.
C. de appel.

61 Apellatio † de iure ciuili licèt in
iudicio poſſeſſorio non admittitur,de
iure canonico ſic, iuxta cõmunẽ opi-
nionẽ, de qua per Cur.Iuni.conſi.168.
nu.39.non tamen vt executio differa-
tur,vt tenet Io. Cora. in.l. naturaliter
§.nihil cõmune.n.8.ff.de acqui.poſſe.
* De iure regio ſi duæ ſententiæ ſint cõ
formes in articulo poſſeſſorio, tertiò
nõ prouocatur.l.18.in ordi.de Madrid

62 Appellatio † de iure ciuili debet
eſſe gradatim,non omiſſo medio,nec
poteſt ad imperatorẽ appellari omiſ-
ſo medio.l.1.§.ſiquis in appellatiõe.&
* l.imperatores.ff.de appella.De iure re
gio appellatur omiſſo medio ad regẽ,
quia eſt ordinarius in toto regno.l.18.
tit.23.part.3.& concor.cum iure cano
nico. c.ad Romanã.2.q.6.&.c.ſi duo
bus.de appel. Quod procedit regula-
riter.Fallit tamen.d.l.18.in ſentẽtia Co
mitris, à qua appellatur ad Admiral-
dum,& non ad Regẽ.l.4.tit.24.par.2.

63 Appellatio † ſi proponatur ad ęqua
lem iudicem illius,qui ſententiã pro-
tulit,nõ valet appellatio:ſi tamen pro
poſita ſit appellatio ad æqualem iudi-
cem,qui iudicaturus eſt, valet appel-
latio de iure ciuili ex gl.in.l.1.§.ſi quis.
de appe.ff.in verb. parem. & in verb.
* minorem.De iure regio per.l.18.ti.23.
part.3.diſponitur totũ contrariũ: im-
mo quòd ſi appellatur ad æqualem iu
dicem, qui iudicauit, remittendus eſt
appellans ad iudicem maiorẽ,ad quẽ
appellatio eſſet interponenda. Itẽ gl.
in verb.minorẽ.in.d.§.ſi quis.quę cõ-
muniter approbatur in eo quod vult,
ꝙ ſi appelletur ad iudicẽ minorẽ iudi
cis ad quem appellandũ erat,quòd te
net appellatio,licèt nõ valeat, ſi appel
letur ad minorem iudicis,qui iudica-
uit:approbatur.per.d.l.18.

64 Appellationis † iudex confirmans,
de iure ciuili debet exequi ſentẽtiam.
vt notat Bar.in.l.à diuo Pio.ff.de re.iu
* di. De iure regio remittenda eſt exe-
quutio iudici à quo ex.l.9.titu.16.titu.
13.ordinam.

65 Aqua † ſi naſcitur in meo ſolo, &
decurrat ad partem inferiorem ad pra
ta inferiora ſine facto domini inferio-
ris,vel ſub terram, poſſum diuertere
aquam ad meam vtilitatem, & ſi im-
pediatur lucrum domini inferioris, ſi
ſeruitus non ſit conſtituta.ex iure ciui
li.l.ſi in meo.ff.de aqua plu.arcen.l.flu
minum.§. nũc videamus. ff. de dam.

infe-

infe. & has.ll. ſic intelligit Cepol. de ſerui.ruſti.prædi.c.4.de aquæ ductu,à nu.51. vſq; ad.57. De iure regni per.l. 15.tit.31.par.3. contrarium diſponitur, quòd etiam ſine facto domini, ex ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes acquiritur.

66 Arbiter † de iure ciuili ſi efficiatur monachus, & ingrediatur monaſterium, poteſt de licentia abbatis proferre ſentẽtiam, vt per Albe.in.l.non diſtinguamus.§.ſacer.ff.de ar. De iure regni cum per.l.28.ti.4.par.3.expiret cõpromiſſum nec ſentẽtia poteſt proferri, etiam de facultate abbatis.

67 Arbitri † electi à partibus de iure ciuili ſuper diuerſas cauſas, ſuper oẽs tenentur proferre ſententiam, & non in vna re ſola. vt notat Azo. in ſumma de arbi.& Hoſti. in ſumma.eo.ti.in.§. qualiter. & Iaco.de Raue. Albe.in.l. quid tamen.ff.eo.& Bal. ibi quam dicit cõmunẽ Grego. Lopez.in.l.22.tit. 4.par.3.in verb.Sobre cada vna dellas. De iure regni per illam.l.32. diſponitur cõtrarium, ꝙ ſuper vna re ſola poteſt arbiter pronunciare, & valet pronunciatio.

68 Arbitri † de iure ciuili compelluntur eligere tertiũ. vt notat Deci. in ca. cum ſpeciali.n.7.de appel. vbi dicit eſſe communem, per.l.29.tit.4.par.3.De iure regio tam partes quàm arbitri cõpelluntur per iudicem ordinariũ eligere tertium, ſi non ſit data poteſtas eligendi tertiũ. Si tamen poteſtas fuit data, ad petitionem cuiuſcunque partis compelluntur. vt in.l.26.eo.titu.

69 Auus † de iure ciuili excludit in ſucceſeione neptis fratres non vtrinque coniunctos. vt per Bello.conſi.24.vbi dicit communẽ opini. De iure regio indiſtinctè etiã vtrinque coniunctos excludit. vt in.l.7.Tau.

70 Authoritas, † quæ debet præcedere actui de iure ciuili, ſi actus fiat, & princeps de certa ſcientia concedat facultatem ad actum peragendum, operatur, ac ſi actus eſſet celebratus ante præſtitam facultatẽ. Bal.in.l.fi.§.ſi aũt. C.de bon. quæ libe. De iure regio in

71 confirmatione maioratus non ſufficit quòd de certa ſcientia concedat facultatem conſtituẽdi maioratum, ſed requiritur quòd expreſſè confirmet maioratum.l.42.Tau.

72 Arma † deferre de iure ciuili regulariter ꝓhibitũ eſt, vt in rubro & nigro.C.vt armo.vſus inſcio principe interdictus ſit. & in.c. quid culpatur. 23. q.1.De iure regio vnicuiq; licitum eſt portare enſem. vt in. l. 55. in curijs de Madrid de anno 1523. & etiam pugionem vel ſicam cum enſe.l.7.Tole.de 1525. vſque ad certam horam noctis, & poſtea in.l.72. de Madrid de año.1534. quòd ſi portetur lumen, etiam vltra illam horam, enſis & ſic aportantur. & vi. Dueñas in reg.55.

73 Armorum † vſus de iure ciuili non intelligitur ꝓhibitus de defenſibilib⁹, ſed ſolũ de offẽſibilibus. Iaſ. in.§.ex maleficijs.nu.82. Inſti.de acti. De iure regni tã de offenſibilib⁹ quàm de defenſibilibus intelligitur prohibitio per.l. 33.14. libro ſecundo ordinamen. vt per Auẽdanum in Alpha.Hiſpa.in verb. Armaduras.

*SVMMARIVM.*

1 *Baccalaureus quòd nõ excuſetur à muneribus & tributis oſtenditur.*

2 *Baſtardus an, & quando ſuccedat matri.*

3 *Baſtardus, quòd ex teſtamentò ſit hæres patris, nõ autem abinteſtato.*

4 *Baſtardus quòd gaudeat nobilitate patris palam fit.*

5 *Baſtardus ſi legitimetur, quòd non gaudeat nobilitate patris, quam hidalguiã ducimus, ſed tantũ honoribus filijs legitimis debitis.*

6 *Bannitus, an quando poßit occidi.*

7 *Bigamus ex duabus mulieribus viuis, qua pœna puniatur.*

8 *Bigamus quòd poßit in fronte bullari oſtenditur.*

9 *Bona iudicis qui fecit barateriam, ſi habeat conſanguineos, an confiſcentur.*

10 *Bona decedentis abſque conſanguineis, ad quos de iure deuoluatur ſucceßio.*

11 *Bonis cedere, an & quando debitor poßit.*

## B

1 BAccalaureus † de iure ciuili eſt exemptus ab omni munere præter aduocandi & iudicandi. l. Sancimus. l. ad uocati. C. de aduo. diuer. iudi. De iure regni non excuſatur à muneribus ac tributis. l. 20. tit. 4. lib. 4. ordi.

2 Baſtardus † de iure ciuili nõ ſuccedit matri illuſtri. l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfici. & dicitur illuſtris ſi ſit nobilis ex genere. De iure regio filius naturalis, vel ſpurius, dummodò non ſit ex damnabili coitu procreatus, ſuccedit matri iudiſtinctè, vel ex teſtamento, vel abinteſtato. l. 9. Taur. de qua in verb. Filius. nu.

3 Baſtardus † de iure ciuili non ſuccedit patri, vt notat Bar. in l. tutelas. ff. de capi. dimul pronunciatio. de verbo. ſigni. ff. De iure regni per. l. 1. tit. 11. par. 6. ex teſtamento eſt hæres patris, non autem abinteſtato.

4 Baſtardus † de iure ciuili non dicitur nobilis, etiã ſi ſit filius naturalis ſolùm nec nobilitas patris in eò deſcendit, vt notat Bart. in. l. 1. nu. 50. C. de digni. & Bal. in. l. cùm legitimæ. ff. de ſta. homi. De iure regio per. l. 1. tit. 11. part. 7. gaudet nobilitate patris. & per. l. 22. libr. 4. fo. ll. ſi ſit naturalis.

5 Baſtardus † de iure ciuili ſi legitimetur, nõ gaudet nobilitate patris. vt notat Tiraque. de nobili. c. 15. n. 10. & Anto. de Roſe. in tracta. legi. & docto. in c. tãta. & c. per venerabilẽ. qui filij ſint leg. & in. l. Gallus. §. quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. De iure regio per. l. 9. in fi. titu. 15. part. 4. & leg. 12. Tau. videtur diſpoſitum contrarium. Sed tamen. d. ll. ſunt intelligendæ quo ad honores, & alia debita filijs legitimis, nõ autẽ vt gaudeant nobilitate, quam hidalguiã dicimus, vt per inuictiſsimũ Cæſarẽ Carolum quintũ regẽ Hiſpaniarũ in anno. 1542. per quandam cedulam eſt diſpoſitũ. De qua meminit Otalora de nobili. Hiſpan. in. 2. part. 3. par. ver. De legitimis verò.

6 Bãnitus † de iure ciuili non poteſt occidi. l. transfugas. ff. de ſicar. De iure regio ſi eſt datus inimicus per iudicem, & dãnatus ſit per legitimas probationes, poſt tres mẽſes, ad minus poſt ſententiam poteſt occidi. l. 76. Tau. & vi. Dueñas reg. 68.

7 Bigamus † ex duabus mulieribus viuis de iure ciuili condemnatur pœna mortis. l. eum qui duas. C. de adul. De iure regio bullatur in fronte, & imprimitur

mitur

mitur in ea ſignū. q.l.6.tit.15.lib.8.ordi. & perdit medietatem bonorū. l.9. tit.18.eo.tit. & relegatur ad ſeruiēdum regi in triremibus per quinqueniū ſeu galeris. vt per pragma. 105. Valliſoleti de año.1548. approbata per illam legē 16.tit.17. part.7. quæ correcta erat p.ll. ordi. & mutata, quia inquantū per illam. l.16. in quinquenniū relegabatur per. d. pragma. ad triremes ſeu galeras mittitur.

8 Item † ex illa. l. ordi. aſsignatur alia differentia ad ius ciuile, quia de iure non poteſt quis bullari in facie.l.ſiquis in metallum.C.de pœ. & per.d. l.8.ordi. bullatur de iure regio.

9 Bona † iudicis, qui fecit barateriam de iure ciuili & ſi habeat conſanguineos confiſcantur.ex gloſ.in auth. nouo iure.C.de pœn.iudi. qui malè iudi. ad inſtar criminis læſæ maieſtatis. vt p
* Bal.& Sali.ibi. De iure regio per.l.15. tit.22.part.3.non annotantur, ſi habeat conſanguineos intra quartum gradū.

10 Bona † decedentis abſque conſanguineis, ad quos de iure deuoluitur ſucceſsio, de iure ciuili pertinet ad vxorē, Auth. p̄terea.C.vnde vir et vxo. et ſi nō habet vxorē, ſuccedit fiſc'.l. vacātia.C. de bo. vacā. lib.10. Et ſi fuerit nauicularius qui decedit ſine teſtamēto, & liberis bona pertinēt ad corpus nauiculario-
* rū.l.1.C.de hęre.decuri. De iure regio. ex.l.32.in ordi. Tau. dicunt quidā eſſe cōtrariū deciſ.ex eo, cùm per.d.l.ſi detur facultas cōmiſſario teſtamentū cōdendi, ſi nō adſunt veniētes ab inteſtato dimiſſa vxore & fiſco omnia bona ſunt diſtribuēda in opus pium pro anima. Sed tñ ne det legū correctio, præcipuè.l.23.ti.11.par. 4. quæ diſponit idē q̄d ius cōe, & cū ea trāſit Coua. in epi. ſucceſsi.ab inteſta.conclu. vndecima. & Grego.Lopez in.d.l. 23.in verb. viuo. ſine aliqua diſtinctiōe erit dicēdū, q̄.d.l.32. procedit in caſu, in quo loquitur cùm dederit poteſtatē cōmiſſario, quia ex hoc colligitur nolle decedere inteſtatus, ſecus tñ quando decedit ſine teſtamēto. vt in. d.l.23. Sed cogita.

12 Bonis † cedere non poteſt debitor de iure ciuili, qui recepit dilationē ad ſoluendū.gl.in.l.fi.ff.de his qui bo. cede. poſſunt. quā dicit cōmunē Grego. Lopez in.l.5.ti.15 par.5.in verb. Les pidieſſe. De iure regio ex generalitate. l.
* 5.tit.13.lib.5. ordi. ac pragma.78. diſponitur contrariū, niſi dicamus, q̄ cōmunis de iure ciuili procedat, dilatiōe durante, ſecus tamen ea finita.

SVMMARIVM.

1 *Carcer quòd non ſolum ad cuſtodiam ſed ad pœnam ſit inuentus, multis Regni legibus oſtenditur.*
2 *Ceſſio debiti, an, & in quo caſu fieri poſſit à patre filio exiſtenti in ſtudio.*
3 *Citatio quæ requiratur quando proceditur ad miſſionem in poſſeſsionem. Et an ſufficit quòd fiat ad domum, vel an perſonalis citatio requiratur.*
4 *Concubina alterius ſi quis carnaliter cognoſcat, an puniatur.*
5 *Concluſio in cauſa, an, & quando ſit neceſſaria.*
6 *Compenſatio in depoſito de expenſis facta in ipſo depoſito an admittatur.*
7 *Compenſatio an admittatur in alio contractu præter depoſitum, ſi de facili liquidari poſſit.*
8 *Compenſatio liquidanda intra decem dies quòd admittatur, oſtenditur.*
9 *Commodās rem alicui, ſi furata ſit res, quid agere debeat, oſtenditur.*
10 *Cognati vſque ad quem gradum pro conſanguineo in iudicio admittantur.*

11 Concubina quæ dicatur, oſtenditur.
12 Condemnatus ad mortem, an ſeruus efficiatur.
13 Condemnatus ad mortem, an, & de quibus bonis teſtari poſſit, & de quibus non.
14 Condemnati ad mortem teſtamentum, quòd de bonis confiſcatis non valeat.
15 Condemnatus de hæreſi an teſtari poſſit.
16 Condemnari an poſſit teſtis, contra quem eſt probatū in modum exceptionis, ſi delictū quod obijcitur, nō tangat delictū principale de quo agitur. Et plura ibi de lenocinio aduerſus maritum adducuntur.
17 Condemnatis ad ſoluendum, quot dies dentur poſtquā ſententia tranſiuit in rem iudicatam.
18 Condemnatus per ſententiam ad aliquam quantitatem præſtandam, ſi creditori datur pignus, quot dies dentur ad luendum pignus.
19 Conditio impoſſibilis, affirmatiuè concepta, an vitiet ſtipulationem.
20 Commodatarius: an & quando de culpa teneatur, & quando non.
21 Cōmodatarij duo ſi ambo ſint in culpa, vel dolo vt res commodata perdatur, ad quid teneantur.
22 Confeſſio in tormentis facta, quando confitens ratificari teneatur. Et quomodo huiuſmodi ratificatio ad arbitrium iudicis fieri non debeat.
23 Confeſſio an ſit probatio.
24 Confeſſio extraiudicialis, an, & quando probet.
25 Confeſſio iudicialis ad hoc vt præiudicet, quæ requirantur, recenſentur.
26 Confeſſio procuratoris, an præiudicet domino.
27 Confeſſio facta in tormentis, etiam ſi ſit perſeuerata, vtrum ex iuſta cauſa retractari poſſit. Et quid ſi tortus perſeuerans in ſua confeſſione, poſtea dicat erraſſe, an ſit audiendus.
28 Condemnatus ex confeſſione perſeuerata in tormentis facta, ſi conſtat de innocentia rei, an iudex eum liberare poſſit, aut quid facere debeat, oſtenditur.
29 Confinia (quæ vulgo Mojones dicuntur) amouens, qua pœna puniatur.
30 Conſanguinei vſque ad quem gradum conſanguineo ſuccedant, oſtenditur.
31 Agnatorum vel cognatorum quo ad frēs & eorum filios aſſignatur differentia. Et qualiter computatio, & iuxta quam computationem ciuilem ne an canonicam fieri debeat, oſtenditur.
32 Conatus, licet non ſequatur effectus, quando puniatur.
33 Conſulens alias nō facturo, an, & quando teneatur.
34 Conteſtatio litis ſi non fiat intra tempus aſſignatum an habeatur pro confeſſo.
35 Conteſtari litem intra quod tempus reus debeat, oſtēditur.
36 Cōtractus quo caſu reſcindi poſſit, & quo non.
37 Contractus ſi fiat, & pro eius validitate detur arrha in pecunia, vtrum arrha illa præſumatur in partē pretij data, an ſolum pro arrha.
38 Contractus ad hoc vt dicatur in ſcriptis factus, quid ſufficiat.
39 Clericus quo caſu coram iudice ſeculari conueniri poſſit.
40 Clericus hæres laici coram quo iudice conuenitur.
41 Clericus ſi inſtituatur hæres poſt litem cum laico inchoatam, an ſtatim cum clerico hærede coram ſuo iudice ſit lis inchoanda.
42 Creditor occupās rem debitoris etiam hypothecatæ propria authoritate, qua pœna plectatur.
43 Creditores ſi conueniant ad dandam dilationem debitori qui non eſt ſoluendo, ſi per maiorem partem creditorum concedatur dilatio, vtrum minor pro maiori parte ſtare debeat.
44 Creditores ſi conueniant ad faciendam remiſſionem aliquam de quota debiti, quòd remiſſio facta à maiori parte, etiam ipſo debitore viuo, valeat.
45 Crimen læſæ maieſtatis ſicut committitur contra Principem, ita etiam contra eius conſiliarios committatur.
46 Criminalis cauſa, quòd non dicatur illa, nec de mero imperio, in qua venit pœna pecuniaria imponenda fiſco applicanda.
47 Crimina, vt ſunt, robaria, furta, vel alia, ſi cōmittantur in diſtrictu alicuius iuriſdictionis, iudex quid facere debeat, aut quis damnum reſarcire teneatur.

## C.

1 Carcer † de iure ciuili non eſt inuentus ad pœnam, ſed ad cuſtodiam. l. aut dāna. §. ſolet. ff. de pœn. natu. & l. 1. ff. de cuſto. reorum. Sed de iure regio non ſolùm ad cuſtodiā, ſed ad pœnā eſt inuentus. vt in l. 3. & 5. tit. 12. lib. 8. ord. de his qui eximunt delinquentē de manu iudicis. & prag. 1. & 4 de blaſphemis. & l. 4. ti. 10. lib. 8. cōtra luſores. & l. 2. & 3. titu. 9. eo. lib. de iniurijs.

iniurijs. & l. 2. lib. 4. tit. 4. ordi. vbi imponitur pœna carceris perpetui cõtra illum pauperem, qui nõ habet in bonis mille morapetina, qui tertiò puniatur ex eo quia dicit eſſe liberum à tributis, cùm non ſit, cùm aliàs de iure ciuili perpetui carceris pœna non ſit imponenda in aliquo caſu, vt in l. in credibile. C. de pœ. & Roma. cõſ. 303.

2 Ceſſio † debiti de iure ciuili non poteſt fieri à patre filio exiſtenti in ſtudio, iuxta magis communẽ, vt per Ripam in l. 1. nu. 14. ff. ſolu. matri. De iure regio per pragma. 25. in pragma. pater poteſt facere hanc ceſſionem cũ iuramento ibi cõfecto, quòd non facit in fraudem, vt per Dueñas in reg. 87. vbi ponit regulam & limita.

3 Citatio † perſonalis ad hoc quòd procedatur ad miſſionẽ in poſſeſſionem ex primo decreto, requiritur de iure communi, nec ſufficit ſi fiat ad domũ. Inno. & Abbas in c. fi. de eo qui mittitur in poſ. cau. rei ſer. De iure regio per l. 1. tit. 9. lib. 3. ordi. ex Grego. Lopez in l. 2. tit. 8. par. 3. ſufficit ſi fiat ad domum. & idem dicit Dida. Perez in d. l. 1. col. 1122. vbi dicit primã communẽ de iure ciuili ex Panor. in l. cauſa mq. de dolo & contu. dicentes, ꝙ in eo, in quo d. l. 1. concordat cũ iure ciuili, eſt quãdo proceditur ad receptionẽ teſtiũ, data contumacia, vnde ueniatur ad ſententiã diffinitiuã: ſecus aũt vt procedatur ad miſſionẽ in poſſeſſionẽ, ꝙ ſufficiat citatio ad domũ. Quam reſtrictionẽ euidẽter eſt contra illã l. quæ generaliter cõprehẽdit oẽs caſus contentos in ea, & ſic in totũ cõcordat cũ cõmuni.

Et hunc ſenſum approbat Pet. Nun. in Alpha. Hiſpano in verb. Almoneda, & Dida. ſibi contrarius in col. 1132. vbi dicit requiri citatio perſonalis in miſſione in poſſeſſionem.

4 Concubinam † alterius cognoſcens carnali copula, de iure ciuili non punitur, vt notat Barq. in l. ſi vxor. C. de adul. De iure regio ſic in caſu l. 1. tit. 15. lib. 8. ordi.

5 Concluſio † in cauſa de iure cõi ac ciuili nõ eſt neceſſaria. Card. in cle. ſæpe. §. & quia nu. 20. q. 19. de ver. ſigni. & Feli. in c. cùm i. & a. de re iud. De iure regio ſic per l. 1. tit. 4. lib. 3. ordi. & l. 42. tit. 20. in pragma. Quam intellige, ſi à partibus petatur (vt dicitur) in publicatione, vt notat Dida. Perez in l. 6. tit. 1. lib. 3. ordi. col. 1167.

6 Cõpenſatio † admittitur de iure ciuili in depoſito de expenſis factis in ipſo depoſito. gl. cõiter approbata in l. ſi plures. ff. depoſ. & per Fulg. ibi. De iure regio nõ admittit. l. 10. tit. 3. par. 5.

7 Compenſatio † de iure ciuili admittitur in alio contractu præter depoſitum, ſi de facili poteſt liquidari, quod relinquitur arbitrio iudicis, vt notat Iaſ. in §. in bonæ fidei. nu. 172. Inſti. de acti. vbi dicit cõmunẽ. De iure regio ſublatũ eſt arbitrium, & taxatum eſt tempus decem dierum ad liquidandum. l. 20. tit. 14. part. 5.

8 Nota, quòd † de iure ciuili non admittitur compenſatio, quando condẽnatus eſt aliquis ſine præfinitione temporis. Bar. in l. aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iure fiſci. quã communem dicit Grego. Lopez in l. 20. ti. 14.

* part.4. De iure autẽ regio per. d.l. 20. admittitur compenſatio liquidanda intra decem dies.

9 Commodans † rem alicui, ſi furata ſit res, poteſt agere vel ad rem recuperandam, vel contra cõmodatariũ, vel contra furem l. fi. C. de fur. Et ſi elegit commodatarium putans eſſe ſoluendo, de iure ciuili poteſt redire ad furẽ. vt notat Ci. poſt Iaco. de Raue. in. l. manifeſtiſsimi. §. 1. C. eo. quia certanti de damno euitando, non præiudicat ignorantia ſupina, etiam cum alterius damno. l. ſed & ſi putem. ff. de condi. inde. & l. fi. ff. de eo. per quem fa. erit. & idem tenet Io. Faber. in. §. itẽ ſi fullo.

* Inſti. de oblig. quæ ex deli. naſ. De iure regio per. l. 11. tit. 14. part. 7. diſponitur contrarium, quòd non poteſt redire ad furẽ, approbata opinione Sali. in d. §. 1. vt per Grego. Lopez in. d. l. 11.

10 Cognati † de iure ciuili in iudicio pro conſanguineo cum cautione de rato admittuntur vſque ad decimũ gradum, liberi tamen ac parentes vſque in infinitum. gloſ. & docto. in. l. ſed hæc. ff. de procu.

* De iure regio per l. 10. tit. 4. part. 3. ſolùm vſque ad quartum gradum admittuntur. vbi Gregori. Lopez dicit communem priorẽ de iure ciuili.

11 Nota, quòd † de iure ciuili illa dicitur concubina, in qua concurrebãt conditiones concubinatus, quòd ſit ſolutus cum ſoluta, vnica retenta in domo, cum proteſtatione, quòd tenet eam in concubinam. vt in. l. in cõcubinatu. ff. de concubi. & ibi Bar. & in. l. eam quam. C. de fidecommiſ. & in auth. licet patri. C. de natu. libe. quas conditiones repetit. l. 2. titu. 14. part. 4.

* De iure autem regio per. l. 11. in ordi. Tau. ſolùm requiritur, quòd inter eos poſsit eſſe matrimonium. approbata gloſ. in. c. innotuit. in verb. coniugata. de electi. & in. c. qualis. 30. q. 5. quod. l. 8. titu. 13. part. 6. videbatur diſponere, licèt obſcurè.

12 Condemnatus † ad mortem de iure ciuili efficitur ſeruus. l. qui vltimo. ff. de pœ.

* De iure regio nõ, per. l. 4. Tau.

13 Item † de iure ciuili condemnatus ad mortem non poteſt teſtari. l. eius qui. §. 1. & l. qui à latronibus. §. ſi quis capitali. ff. de teſta.

* De iure regio per d. l. 4. Tau. poteſt teſtari, niſi de bonis confiſcatis, vel quæ veniunt confiſcanda ex illo delicto.

14 Item † ex illa. l. 4. euacuatur communis opinio, de qua per Bal. in. l. fin. C. ſi à non compe. iudi. vbi dicebat, quòd damnati ad mortem, ſi faciunt teſtamentum, ſi ſententia fuerit executa, nõ valet quod agunt. Sed per. d. l. 4. indiſtinctè valet teſtamentum in bonis non confiſcatis.

15 Item † condemnatus de hæreſi, de iure ciuili non poteſt teſtari, auth. Gazaros. C. de hære. l. his qui. §. 1. C. de teſta. quæ eſt conformis diſpoſitioni iuris canonici. vt in. c. vergentis. de hære. & c. filij. & in. c. quicunque. §. hæretici. de hære. in. 6.

* De iure regio per. l. 4. titu. 26. part. 7. poſſunt teſtari inter liberos. & hoc idem dicit. l. 7. titu. 7. par. 6. vbi Grego. Lopez dicit conſuetudine eſſe receptam diſpoſitionem canonicam, quòd non poſsit teſtari,

cùm

cùm priuatur ſuis bonis hæreticus.vt in cap. cùm ſecundùm leges. De hære.in.6. quod videtur comprobare.d. l.4.cùm iam ſint confiſcata bona,& de eis non poſsint diſponere hæretici. & vi.Ioan. Lupum in.c.per veſtras de dona. inter vir. & vxor. colum.340.§. vbi tractat,an filij ſint alimentandi & filiæ dotandæ de bonis patris hæretici.

16 Condemnari † non poteſt teſtis cōtra quem eſt probatum in modum exceptionis,ſi delictum,quod obijcitur, non tangat delictū principale de quo agitur de iure communi,& hanc dicit communem opinionem Deci.in.c.2. de excepti. nu.4.&.7. de qua per Sali. in.l.vbi.C. de fal.vbi ponit tres opiniones, tandem cōcludit cum hac,quam dicit comprobari ex.l.2.§. publico. ff. de adul. De iure autem regio ex generalitate.l.fi.tit.1.par.7.diſponitur contrariū, immo, ꝙ nulla pœna eſt ei imponenda ex illa inſtātia. In actore vel reo,contra quem obijcitur delictum, ſatis ex dict.l. fin.&.§. ſi publico. comprobatur communis opinio in caſu,in quo loquitur,quādo de lenocinio objjcitur à muliere contra maritum. In alijs autem criminibus idem dicendum affimat Abbas in capit. cùm dilectus. de ordi. cogni. Et hæc eſt communis opinio, cùm ex confeſsione cōſtet delictum. vt per Grego. Lopez in dict.l.fi.in verb.en tal caſo. Vnum etiā nota ex dict.l. fi. quòd exceptione lenocinij probata cōtra maritum, vxor eſt abſoluenda. quod videbatur contra d.§.ſi publico. in principi. Ibi. ſi publico iudicio maritus ſuam vxorē reā faciat. An lenocinij allegatio repellet maritum ab accuſatione? Et putē non repellere. Qui.§. eſt intelligēdus,ſi exceptio lenocinij proponatur poſt litē cōteſtatam,ſecus tamen, vt in.l.ſi maritus.§.præſcriptiones.ff.eo.ti. de adul. quæ concordat cum.l.7. tit.17.part.7. quam.l. Grego.Lopez in verb. Se podria aprouechar, dicit,ꝙ ſtante.l. fori. 3.titu.7.lib.4.de qua in verb.adul.nu. in qua cauetur, quòd maritus ſolus poteſt accuſare vxorem de adulterio, ꝙ probato lenocinio,ſiue exceptio ſit propoſita ante vel poſt litem conteſtatam, vxor liberatur à pœna adulterij, ne maritus ex ſua culpa & dolo conſequatur præmium, præcipuè cùm ex l.fi.ti.17.ea. par. ipſe conſequatur dotē & arrhas,quod nota.

17 Condemnatis † de iure.ff.dabantur duo menſes ad ſoluendum.l. debitoribus ff.de re iudi.De iure codicis quatuor menſes.l.1. &.2. C. de vſu. rei iudic. De iure regio ſolùm dantur decem dies poſtquam ſententia tranſiuit in rem iudicatam.l.5.titulo.27.partita tertia.

18 Item condemnatus † per ſententiā ad aliquam quātitatem præſtandam, etſi creditori ſit datum pignus, de iure ciuili aſsignantur duo menſes ad pignus luēdum, aliàs ſi pignus non luatur intra iſtud tempus, res vēditur pro debito.l. debitoribus.ff. de re iudi. De iure regio ſolùm dantur viginti dies.l. 6.tit.27.par.3.

19 Conditio † impoſsibilis affirmatiuè concepta vitiat ſtipulationem. l. impoſ-

impoſsibilis.ff. de verbo. obliga. &.§. impoſsibilis. Inſtitu. de inuti. ſtipula. De iure regio vt per Michaelē in diffe.58.in contracti.per.l.19.titu.11.par.5. qui fal.impoſuit. d.l.19. & voluit allegare.l.17.eo.titu.quæ etiam non probat, quia loquitur in conditione impoſsibili negatiuè concepta, quia valet ſtipulatio, & eſt conformis diſpoſitioni ciuili.vt in.l. in illa.reſpon.ſecundo.ff.de verb.ſigni.quæ concordat cū d.l.17.vt per Grego.Lopez ibi.

20 Commodatarius † de iure ciuili tenetur de leuiſsima culpa, etiam ſi gratia vtriuſque ſit commodatum.l. ſi vt certo. §. nunc videndum. &.l.in rebus. in princi. ff.commoda.De iure regio per.l.2.titu.2.part.5.ſufficit quòd faciat in rem commodatam diligentiam, quam facit in cuſtodiendis ſuis, dummodo nō ſit ita negligens, quòd cadat in latam culpam. Gregor. Lopez in.d.l.2.

21 Commodatarij † duo, ſi ambo ſint in culpa, vel dolo, de iure ciuili vt res commodata perdatur, quilibet in ſolidum tenetur. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commo. De iure regio per. l.5. titulo.2.partita.5.teuentur ſolùm pro rata.

22 Confeſsio † facta in tormentis debet ratificari ſecundùm ius ciuile ad arbitrium iudicis.vt notat Bar.in.l.1.§. diuus Seuerus.ff.de quæſti. De iure regio ſublatum eſt arbitrium, vt non ratificetur in illum diem, ſed in ſequentem.l.4.tit.30.par.7.

23 Confeſsio † de iure ciuili non eſt probatio.Feli.in rub.de proba.num.2. dicit communem opinionem. De iure regio dicitur probatio. l.8. titul.14. part.3.ex qua.l.Petrus Nunius reſpon. 18.nume.8. tenet contra Rode. Xuarez in.l. poſt rem. verſic.ſed pulchrum ff.de re iudi.numer. dicens, quòd poſt decem dies qui dantur ad probationem oppoſitionis executionis factæ, pars non ſit compellenda iurare, cùm ſit probatio, ſed opinio Roderici Xuarez obſeruatur in practica, & cōpellitur pars iurare.

24 Confeſsio † extraiudicialis non probat de iure ciuili.Feli.in cap.at ſi clerici.de iudi. vbi communem dicit. De iure regio parte præſente, vel eius procuratore, cauſa expreſſa probat. l.17. titul.13.part.3.

25 Confeſsio † iudicialis de iure ciuili præiudicat iudice pro tribunali ſedēte.Maranta.in Speculo aureo, parte.6. numer.30. de confeſsione communē dicit. De iure regio requiruntur ſex ad hoc, quòd præiudicet, ætas maior in confitente, ſpontanea voluntas, & non vi nec per metum extorta, contra confitentem, parte vel procuratore præſente ſuper re certa, & non contra naturam ac leges. vt in.l.4. titu.13. partita.3.

26 Confeſsio † procuratoris de iure ciuili non præiudicat domino.l. proinde.§. ſi procurator. ff. ſi quis in ius voca.l.ſi procuratorem. ff.de leg.3.Bart. in.l.1.ff. quando appel. ſit. De iure regio ſic.l.1.titu.3.lib.3. ordi.

27 Confeſsio † facta in tormentis poteſt retractari, etiam ſi ſit perſeuerata ex iuſta cauſa. vt notat Sali.in.2. C.de

cuſto.

* cuſto.reo. De iure regio per.l.5.titu.30. part.7. non poteſt, vt dicit Michael differentia.55. in delictis, quæ lex non probat, ſed totum contrarium. argumento à maioritate rationis ſumpto ex illa.l.5. quod validiſsimum eſt in iure. Et per illam legem cauetur, quòd ſi iudex poſt ſententiam cognouerit de innocentia rei condemnati ex confeſſione perſeuerata in tormentis, debet illum abſoluere. quæ concordat cum l.1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſti. Et ſi iſte ſubuenitur, contra quem eſt lata ſententia, quantò magis ſubueniendus eſt docens de errore confeſsionis ante ſententiam: quia non dicitur confiteri crimen qui errauit. l. non fatetur ff. de confeſſ. & talis error non conſueuit obeſſe ante ſententiam.l. error.C. de iuris & fa. igno. Et hanc maioritatem rationis adducit Gandi. in pract. crimina. de quæſt. fol. mihi.22. in verſ. Sed quid erit de quæſtione de facto quod quotidie contingit. vbi concludit, quòd ſi tortus perſeuerans in ſua confeſsione poſtea dicat erraſſe, quòd debet audiri. De quo per Hippo. in.l. 1. §. cùm quis latrones. nume. 89. ff. de quæſti.

28 Item † ex.d.l.5. titul. 30. elicitur alia differentia. Nam de iure ciuili ad hoc quòd condemnatus ex confeſsione perſeuerata in tormentis facta, ſi conſtat de innocentia rei, iudex debet reſcribere principi, vt reus liberetur. vt notat Bar. in. d. §. ſi quis vltro, ſed per d.l.5. iudex ſine eo, quod reſcribat principi, poteſt reum liberare. Quod eſt intelligendum, quando ex notorietate facti conſtaret ſententiam eſſe iniuſtam. vt notat Panor. in cap. ſuborta. colum. fina. de re iudi. Si tamen conſtaret ex probationibus, nō tamen ex notorietate facti princeps eſt reſcribēdus, iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis, nam aliàs daretur materia iudicibus liberandi reos condemnatos. vt per Abba. ibi & Grego. in. d. l.5. in ver. De ue lo quitar.

29 Confinia, † quæ vulgo mojones dicuntur, amouens, de iure ciuili pœnā extraordinariā, & aliquando mortis incurrebat. vt in. l. Agraria. ff. de termi. amo. & in.l.1. ff. eo. tit. & in.l.1.C. * de accuſa. De iure regio per. l. fi. titu. 14. parti. 7. punitur in quinquaginta morabetinos aureos, qui iuxta communem reſolutionem ſunt cincuenta caſtellanos, & amittit ius quod habet ad illum fundum, etſi nullum ius habet, reddit cum duplo. Et vide Grego. Lopez ibi. in verb. cincuenta marauedis.

30 Conſanguinei † de iure ciuili non habita differentia de agnatis vel cognatis ſuccedunt conſanguineo vſque ad decimum gradum. Couar. in Epito. de ſucceſsi. ab inteſtato. conclu. 10. * communem dicit. De iure regio vſque ad duodecimum. l. ſexta. titul.13. partita.6.

31 Item † ex illa. l. 6. aſsignatur differentia inter agnatos vel cognatos quo ad fratres & eorum filios, & ſic reſtringitur diſpoſitio ciuilis. Et nota, quòd iſta computatio debet fieri iuxta computationem ciuilem, & non Canonicam. vt notat Greg. in arbore

 con-

conſanguinitatis.nume.49.

32 Conatus † de iure ciuili licèt non ſequatur effectus, punitur. l.1. §. diuus ff.de ſica.l. ſi is qui cum telo. C. eo. tit. cum qua cōcordat.l.2.tit.31. part.7. De iure autem ordinamenti requiritur, ꝙ ſequatur effectus, vel ſaltim vulneratio ad hoc ꝙ incidat in pœnam.l.2.tit. 13.lib.8. ordi. vt ſentit Grego.Lopez in d.l.2.par.7.& Dueñas in reg.35. Et nota, quòd ad hoc quòd pœna, d.l. 2. tit. 13.lib.8.ordi.poſſit imponi contra vulnerātem per inſidias, requiritur quòd remaneat liuor. vt.in.l.43. ſtili. Et nota, quòd iudex poteſt moderare pœnam mortis, quæ per illam legē impo nitur, vt notat Grego. Lopez poſt Sali.in.d.l.is qui cum telo.

Falsò allegat gregorium nā nō dt hoc gregorius sed totum contrarium

33 Conſulens † aliàs non facturo de iure ciuili tenetur. l. ſi remunerandi. §.ſi tibi.ff.mand.vbi gl.& docto.& Bar.in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff.de iure iuran.De iure regio ſiue aliàs facturo, ſiue non, per.l.23.tit.12. par.5.non tenetur, dummodo fraudulentū non fuerit conſilium. Et vi. Aerarium cōmune.in verb.Conſulens, nu.250.

34 Conteſtatio † litis ſi non fiat intra tempus aſsignatum, non habetur pro confeſſo de iure ciuili. vt in authen. offeratur.C. de lit. conteſta. De iure regio ſic, vt in.l.1.tit.3.lib.3.ordi. & vi. in meo Aerario in verb. Abſens.nu.3.de intellectu.d.l.1.

35 Item † de iure ciuili non eſt taxatum tempus, intra quod reus debeat conteſtare litem, ſed relinquitur arbitrio iudicis. glo1. in. l. ſi eum qui iniuriarum. ff. ſi quis cauti. De iure regio per.d.l. 1. eſt taxatum tempus nouem dierum.& vi. Grego. Lopez in.l.25.titu.par.3.in verb. Por demanda.

36 Contractus † perfectè factus vna parte inuita non reſcinditur de iure ciuili.Ioā.Faber. in.§.1.Inſti. de empt. & vendi.& Ang.& Bal.C.de fi.inſtru.& Bar.in.l. ſi emptione. §.1. ff. de contra. empti.& hanc dicit communem opinionem Grego.Lopez in.l.7.titulo.9. part.5.in verbo.Deſpues.De iure regio in caſu, in quo interuenit arrha, ſi arrha non fuerit data pro parte pretij, poteſt pars diſcedere à contractu, per dictam.l.7.

37 Item † ex.l.7.reprobatur opinio Bar. & aliorum, qui dicebant, quòd quando arrha dabatur in pecunia, ꝙ præſumitur data in partem pretij in.l.ſi fundus. ff. de leg. commiſ. ſed per. d. l. 7. etiam ſi arrha ſit in pecunia, requiritur quòd exprimatur expreſſè, quòd datur pro arrha & pretio, aliàs non præſumitur niſi pro arrha data.

38 Contractus † ille dicitur in ſcriptis factus, quando per partes eſt conuentum, vt de illo celebretur ſcriptura, & quod aliàs non valeat de iure ciuili.l. contractus.§.in ſcriptis.C.de fi.inſtru. & Deci.con.340. & hanc dicit cōmunem Grego.Lopez in.l.6. titu.5. par.5. De iure regio ſufficit, quòd inter partes ſit conuētum, quòd de illo fiat ſcriptura, etiam ſi non ſit additum, quòd aliàs non valeat.vt in.d.l. 6. approbata opinione, de qua per Soci.in conſi. 120.nu.17.co.4.& Boe.deci.82.num.18 De quo in meo Aerario communi in verb.Venditio.nu.26.

Clericus

39 Clericus † de iure ciuili & communi non poteſt conueniri coram iudice ſeculari. Alci.in.c.cùm ab homine, de iudi.communem dicit.num.2. De iure regio clericus depoſitarius poteſt conueniri coram iudice ſeculari. per l.3.ti.3.par.5. approbata opinióe Imol. in.c.1.de depoſi.

40 Item † clericus hæres laici de iure ciuili non conuenitur niſi coram iudi ce eccleſiaſtico, & nó laico. vt per Bar. in.l.hæres abſens.in princi.ff.de iudi. De iure regio per.l.57.titu.6.parti.7. ſic. quam legem Roderi. Xuarez in l.poſt rem iudicatam.ff. de re iudic. in explanatione.l.Toleti.in.1.extenſione.num.4.reaſſumit ad hoc, quòd inſtrumentum habens executionem paratam contra laicum, habebit executionem contra clericum ſuum hæredem. Contra Ci.in auth.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.

41 Itē ex.d.l.57. euacuatur communis opinio, de qua per Maran.in ſpecu.aure.in.5.par.in princi.n.13.vbi dicit, ꝙ ſi lis eſt inchoata cum laico, ꝙ ſi clericus inſtituatur hæres, ſtatim eſt inchoāda cum clerico hęrede coram ſuo iudice. Quā dicit magis cōmunē Petrus Nuni.de exequen.man.reg.in.c.1.n.29.& d.l.part.cōprobauit concluſionē Pergamorum, vt per Albe.in.d.l. hæres abſens. Sed nouiſsimè Coua.in.q. practi.c.7.ponit tres literas dictæ.l.57.tandem ſe videtur inclinare, ꝙ.d.l.57.ſolùm habeat locum, quando lis erat inchoata cū laico defuncto, inſequendo literam Grego.Lopez. Et iſtā opinionē tenet Petrus ab Auedaño in.d.c.1. & Dida.Perez in.l.3.ti.13.lib.3.ordina. col.1087.tandē D.Couar.cōcludit cōſulendū principem, precipuè cùm nō ſit maior ratio quando negociū ſit cœptū, vel quando non. & d.l.57.generaliter loquatur. & vi. in meo Ærario.in verb. Clericus.n.103.

42 Creditor † occupans rem debitoris, etiam hypothecatam, propria authoritate, de iure ciuili ſolùm perdit ius quod habet ad illam rem. gl.in.l.extat.ff.quod metus cau. quæ cōmunis eſt. De iure regio nō ſolùm perdit ius, ſed etiam totum debitum.l.11.titu.13. part.5.&.l.1.&.2.titu.14.lib.3.ordi.&.l. 14.titu.10.parti.7.&.l.14.titu.14.part.5. Sed iſtas leges vſus non recipit. vt per Coua.in.c.16.lib.3.reſolu.et vi.in verb. Poſſeſsio.in meo Ærario.n.275.

43 Creditores † ſi conueniāt ad dandū dilationē debitori qui nō eſt ſoluēdo, ſi per maiorē partē creditorū cōcedatur dilatio, minor pars tenetur approbare. Quod de iure communi procedit, ſi dilatio non excedit quinqueniū. l.fin.C.qui bo.ce.poſ. De iure regio ex generalitate.l.5.ti.15.par.5.etiā ſi minor ſit dilatio, minor tenetur ſtare.

44 Item † ſi creditores cōueniāt ad faciendam remiſsionē aliquā de quota debiti, quod maior pars facit, minor tenetur approbare, ſi hęredi debitoris fit remiſsio, non tamen ſi ipſi debitori viuo de iure ciuili per.l.& ſuum hęredē. §.fi. iuncta cōmuni opinione. ff.de pactis. De iure regio, & ſi ſit cum ipſo debitore viuo, valet remiſsio facta à maiori parte.per.l.6.titu.15.part.5.in prin. ibi, rogando el deudor.

45 Crimen † læſæ maieſtatis non ſolùm committitur de iure ciuili contra principem, ſed etiam contra eius conſiliarios, l. quiſquis. in prin. C. ad leg. Iul. mai. De iure regio videtur contrarium, cùm alia pœna imponatur. l. 4. titu. 7. lib. 8. ordinamē. & l. 1. & 2. titu. 2. lib. eo. Sed contra iſtas l. inſtat, l. 11. quod q. 2. part. 7. in verb. La octaua. vbi dicit, quòd occidens Adelantatum maiorem, vel conſiliarios honorabiles regis, incidit in crimen læſæ maieſtatis. Sed tamen dict. l. quiſquis. & l. 2. intellige, facta conſpiratione cum hoſtibus regis, vt intelligit Iſernia in cap. I. quæ ſint regalia. vel ſi contigerit mors propter bonum conſilium datum regi, vel propter adminiſtrandam iuſtitiam, vt intelligit Grego. Lopez in l. 11. titu. 16. part. 2. in verb. Mas al rey. Secus tamen, ſi odio particulari: & vide dicto. præcipuè Barb. in rub. de offic. de leg. pro quibus vi. l. 2. titu. 12. lib. 8. ordina. in fi. & dict. l. 2. in fi. vbi dicitur, ꝙ traditio ſolùm committitur contra regem, vel ſuum regnum, vel cōtra bonum reipublicæ: in alijs autem non dicitur traditio, ſed aleuoſia. Et eſt ratio. l. 4. tit. 7. lib. 8. ordina. vbi imponitur pœna medietatis bonorum occidenti conſiliarios, quia eſt criminalis aleuoſiæ: vt per d. l. 2. tit. 18. lib. 8. ordi.

46 Nota † quòd de iure ciuili illa dicitur cauſa criminalis, in qua venit imponenda pœna pecuniaria applicanda fiſco. Iaſ. in rub. de iudi. C. communem dicit & Alexan. in addi. ad Bart. in l. prætor ait. ff. de ſepul. viol. De iure regio per l. 18. ti. 4. par. 3. non dicitur criminalis, nec de mero imperio: vt per Auendaño in alpha. Hiſpa. in verb. Criminal. ex l. 19. & 24. ti. 4. par. 3. & l. 9. titu. 16. eti. part. & vi. Dida. Perez in rub. 3. lib. ordi. col. 726.

47 Crimina, vt ſunt roboraria, ac furta, vel alia ſi cōmittantur in diſtrictu alicuius iuriſdictionis, iudex tenetur iuxta delicta pœnas infligere, non tamen de ſuo aliquid tenetur impendere de iure ciuili: vt in auth. vt nulli iudicum, §. quia verò col. 9. De iure regio ſi mercatores derobentur in via, & non ſint bona delinquentium pro ſatisfactione damni, dominus loci, vel concilium loci tenetur damnum reſarcire. l. 4. tit. 7. par. 5. Verùm quòd per l. ne quid. ff. de incē. rui. naufra. furata à patientibus naufragium recuperantur à dominis poſſeſsionum, ſed, pro vt dicit Ange. illud eſt à ſciente, & patiente, & valente impedire delictum. Quod nota.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor an pro debito peccuniario creditori ſeruire cōpellatur?*

2 *Homo liber, an pro cauſa priuata obſes dari poſſit.*

3 *Debitor vtrùm creditoris tradi poſsit, vt illi ſeruiat?*

4 *Debitori ſi per creditorem deferatur iuramentum in litem deciſorium, & iurauerit negando debitum, an per hoc liberetur à debito.*

5 *Delegatus an, & quando ſubdelegare poſsit.*

5 *Delegari quæ cauſæ poſsint, & quæ non, oſtenditur: Et an iudices ordinarij, locum tenentes ponere poſſint. Et eſto ꝙ poſsint, de quibus cauſis liceat eis cognoſcere: Et an Correctores locum tenentes ponere poſsint.*

6 *Depoſitarius an rem apud ſe depoſitam pro expenſis in ea re factis, donec ſit ei ſatisfactum, retinere poſsit.*

7 *Depoſi-*

7 Depoſitarius an teneatur de re apud eum depoſita, ſi apud eum res perit, vel moriatur.

8 Depoſitarius qui recipit pecuniam pro cuſtodia, qua culpa teneatur, leuine, an leuiſſima?

9 Depones ſeruum latronem, qui depoſitario aliqua ſub traxit, an, & quando teneatur de damno: & quo caſu deponens liberetur, oſtenditur.

10 Dies termini, an computentur in termino.

11 Dieta quòd à fine diœceſis computetur.

12 Doctores, & Licentiati in Vniuerſitatibus Salamantina, Valliſoletana, Complutenſi vel Bononieſi graduati, quòd gaudeant nobilitate.

13 Dominus per quod tempus titulum & bonam fidem quo ad poſſeſſionem præſumatur acquiſiuiſſe.

14 Donatio omnium bonorum ſtantibus aſcendentibus & deſcendentibus an fieri poſſit. Et qualiter fieri poſſit, oſtenditur.

15 Donatio quæ fit filiæ pro ea maritanda ſi ſit inofficioſa; quòd etiam durante matrimonio reuocari poſſit.

16 Donatio facta filio emancipato, an imputetur in legitima.

17 Donatio facta filio exiſtenti ſub patria poteſtate, ſi ſequatur rei donatæ traditio, an reuocari poſſit.

18 Donatio per matrem facta filio, cum illa non habeat in poteſtatem filium, an reuocari poſſit.

19 Donatio facta filio pro militia vel ſtudio, an ſit conferenda.

20 Donatio per patrem re & conſilio inofficioſa, quòd in diſtincte vſque ad legitimam reuocari poſſit.

21 Donatio facta per patrem filio naturali, ſi ſint filij legitimi, quoa tantum vſque ad quintum valeat.

22 Donatio quæ fit extraneis, ſi ſuperueniant filij, quando reuocetur.

23 Donatio quæ fit filio ſpurio legitimato per patrē, an, & in quibus per ſuperuenientiam filiorum reuocetur.

24 Donatio facta ſpoſæ poſt matrimonium de præſenti ſi diſſoluatur matrimonium, an valeat. Et quid ſi non fuerit traducta ad domum & maritus dederit oſculum. Et quid ſi carnalis copula fuerit ſubſecuta, & arrhæ interuenerunt.

25 Donatio facta ſponſæ de futuro, an habeat locū in ſpōſa de præſenti, ſi ſunt pretioſa, verum videlicet cenſeatur donatio durante matrimonio facta, nec ne, ad hoc quod ſint mariti, vel vxoris.

26 Donatio ſi fiat inter virum & vxorem, quod donata ſtatim ſint vxoris, oſtenditur.

27 Donatio omnium bonorum præſentium, an valeat.

24 *Mortuus de quibus criminibus accuſari poſſit, oſtenditur.*

25 *Mulier quòd abſque aliqua nota infamiæ ſtatim etiã intra annum luctus contrahere poſſit.*

26 *Mulier, quod lucra acquiſita durante matrimonio pleno iure ſint ſua, nec tenetur filijs primi matrimonij proprietatem reſeruare.*

27 *Mulier licèt pro debito incarcerari non poſſit, quod tamen pro debito ex delicto deſcendẽti detineri poſſit.*

28 *Mulier quod pro debito pro adminiſtratione tutelæ proueniente incarcerari non poſſit.*

29 *Mulieres, an, & in quibus caſibus ſint idonei teſtes.*

30 *Mulier an durante matrimonio dotem perdere poſſit.*

31 *Mutuum factum ſcholari, an à patre repeti poſſit.*

*Mat-*

M

1 MAndatū † ad agendū pro abſente tanquam procurator de iure ciuili requiritur. Iaſ. in. l. his qui. n. 7. C. qui teſt. face. poſ. * De iure regio coniunctus pro cōiuncto intra quartum gradum, & maritus pro vxore, & ſocius pro ſocio, & cohæres pro cohærede admittuntur ad agēdum & defendendum cum cautione de rato. l. 10. titu. 5. parti. 3.

2 Maritus † de iure ciuili tenetur reſtituere fructus rei vxoris, ſi ſunt magnę ęſtimationis. Fely. in. c. lator. de re iud. Couarru. in epito. 4. par. 2. c. 7. §. 6. n. 5. * De iure regni fructus quicunq; indiſtinctè ſunt mariti ad ſuſtentāda onera mετrimonij, & quę ſuperſunt, ſunt cōmunes. l. 3. tit. 2. lib. 3. for. legū. l. fi. ti. 4. eo. lib. & l. 2. tit. 4. lib. 5. ord. Et vide Grego. Lopez. in. l. 17. tit. 11. part. 4.

3 Maritus † retinēs vxorem deprehēſam in adulterio, de iure ciuili punitur pœna lenocinij. l. 2. §. lenocinij. ff. de adulte. & l. auxiliū. ff. de mino. * De iure regio non cōmittit. l. 1. ti. 7. lib. 4. fo. legum. cùm poſsit ex illa lege retinere ſi velit, quæ concordat cum diſpoſitione canonica, de qua in. c. ſi vir ſciēs. de adulte. cū ipſa deſtitit à vitio, aliàs marito ſciente procedit. d. l. 2. vt notat Grego. Lopez in. l. fi. tit. 22. part. 7.

4 Maritus † de iure ciuili non poteſt nobilem inuētum cum ſua vxore occidere. l. Grachus. C. de adulter. Barr. in. l. maritus. §. illud. ff. de adult. * De iure regni indiſtinctè licet occidere quēcunq; inuentum in flagrāti delicto. l. 2. tit. 15. lib. 8. ord. l. 85. Tau.

5 Maritus † de iure ciuili non poteſt adulterum & adulteram inſimul accuſare. l. 2. in princi. ff. ad leg. Iuli. de adul. * De iure regni inſimul accuſantur. l. 81. Taur. & l. 2. tit. 15. lib. 8. ord. & l. 93. ſtili. Hæc Michael. Sed tamen tu dic quòd de iure erat in optione mariti. per. d. l. 2. vnum vel alterum accuſare. ibi, e ſi los accuſare ambos, o qualquiera dellos. & per. d. l. 81. corrigitur, quia non poteſt vnum ſine alio accuſare de adulterio.

6 Maritus † non poteſt accuſari de adulterio de iure ciuili. l. 1. & ibi doctores. C. de adulte. * De iure regni ſecùs p. l. 3. tit. 15. lib. 8. ord. Sed tamen non debet puniri pœna adulterij, ſed illius legis. Hæc Michael. Tamē eſt dicendū, quòd de iure ciuili maritus non accuſatur de adulterio ad pœnam. l. Iuliæ. per. d. l. 1. ſecùs tamen ciuiliter ad ſeparationem tori, vel vt maritus perdat donationē propter nuptias, per. l. conſenſu. ff. de repud. & cōcordat cū. l. 2. tit. 15. lib. 8. ord. & ſic quo ad pœnam legis Iuliæ paria delicta mutua compēſatione non tolluntur. Quod ſecùs eſt de iure canonico, quia vir & vxor nō adiudicantur ad imparia. c. nemo ſibi blandiatur. 32. q. 4. & Imo. in. c. vt. clericorum. de vit & honeſt. cleri. Abb. & doctores in. c. 1. vt lit. non conteſt. & in. c. tuæ. de procur. & in. c. quēadmodum. de iur. iurā. Et nota, quòd de iure regni mulier & quilibet de populo & iudex ex officio pōt accuſare maritū vt auertatᷣ ab amaſia, & punitur in quinta parte bonorum, dum non excedat

cedat decem millia morabetinos per d.l.3.titu.15.

7 Mater † ſi ſit tutrix filiorum ex teſtamento patris, non tenetur de iure ciuili renuntiare ſecundas nuptias. vt per Alber.in authen. matri & auiæ.C. quan.muli. offici. tu. fung. De iure regio eſt neceſſaria renutiatio. l. 4. titu. 16.parti.6.

Item ex eadē lege euacuatur aliud dubium, vbi eſt differentia inter doctores, vt in gl.in l.omnem.C.ad Tertulia.

8 quòd † mater etiam tutrix ex teſtamento repellitur à tutela, ſi ſecundò contrahat, cùm per. d.l. teneatur renũtiare ſecundas nuptias.

9 Item † renuntiatio auxilij omnium legum per matrem, quæ vult fungi officio tutelæ filiorum, de iure ciuili eſt neceſſaria, ita quòd ſi non fiat, vitiatur tutela.gl.in.d.authen. matri & auiæ.& Bar.in.l.ſi quis ſub cõditiõe. ff. de teſt. tute. De iure regio per.d.l.4. & .95.titu. 18.part.3.hoc non inuenitur, & ſic non vitiatur tutela, cùm per illas leges aſſignatur forma conſtruendi tutelam. Imo o Greg. Lopez in. d.l. 4. in verb. Dudarian los hombres. dicit, quòd in renuntiatione, de qua in .d.l.fi. fit mentio, includitur & omne legis auxiliũ.

10 Item nota, † quòd de iure ciuili ſi mater tranſeat ad ſecunda vota, locus eſt datiuo, & non legitimo tutore. glo. in auth. ſacramentum. C. quan. muli. tute.offi.fung. quæ gloſſ.cõmunis eſt. vt per.Bart.in.d.auth. ſacramentũ. De iure regio per.l.5. eod. titu. diſponitur contrarium, quòd opus eſt legitimo & non datiuo, vide Gre.Lop.ibi.

11 Matrimonium † prohibitum contrahens, bona de iure ciuili debent cõfiſcari. authen. inceſtus. C. de inceſtis. nup. De iure regni ſola medietas bonorum.l.5.tit.16.&.l.7.tit.18.lib.8. ordina.

12 Matrimonio † durante quidquid per maritum emitur, ſi ematur nomine mariti & vxoris, eſt amborum. l. multũ.& ibi Bart.& Bald.C.ſi quis alte.vel ſibi l.cum propria.eo. tit. &.l. ſi filij. & ibi.Bal. C. de dona. De iure regio etiã ſi maritus ſuo nomine emat, eſt mariti & vxoris.l.16.Tauri.

13 Melioratio † tertij & quinti facta à patre filio, poteſt ſolui per hæredem in æſtimatione.l. non amplius.cum.l. ſequenti.de leg.1. de iure ciuili. Per ius regium ex lege. 20. Tauri res ipſa eſt tradenda.

14 Metus, † qui poteſt cadere in cõſtantem virum quis ſit, de iure ciuili relinquitur arbitrio iudicis.gloſſ. in.l. interpoſitas. C. de tranſ. & Couar. in epito. 4.c.3.§.2. nu 8. De iure regio ſublatum eſt arbitrium per. l.7.titul.33. part.7.& declaratur, quòd ille dicatur met' mortis, vel mutilationis membri, vel tormenti corporalis, vel perditionis libertatis & famæ.

15 Minor † vigintiquinque annorum de iure ciuili non punitur pœna naturalis delicti, ſed alia minore.l.auxilium ff. de mino. c.1. de delict. puer. De iure regio per.l.8.titu.13.part.7. minor decẽ & ſeptem annorum non punitur pœna ordinaria: ſed ſi excedat decimum ſeptimum annum, poteſt puniri pœna ordinaria, niſi iudex viderit moderandam. Et nota, quòd quando aliq

pœn.

pœna eſt moderanda arbitrio iudicis ex aliqua cauſa, tunc pœna afflictiua corporis non eſt ponenda, ſed pecuniaria.

16 Minor, † maior tamen viginti annorum, eſt legitimus teſtis in cauſa criminali de iure ciuili.l. teſtimonium.ff. de teſtib. De iure regio requiritur ætas quinq; annorum.l.9. tit.16. parti.7. vt per Michael.in delictis. nu.19. & fortè deceptus ex impreſſorum errore, vt apparet in noua cõpilatione per Grego.Lop.in.d.l.9. quæ concordat cum d.l.teſtimonium. & Bart. in.l.2.§. pupillus.ff.de pub.iud.

17 Minor † ante vigeſimum annum non poteſt accuſare niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam de iure ciuili, iuxta communem opinionem, de qua per Anto. de Tremo. in addi. ad Bonacur. in practi. excep. in rub. qui mo.ſuo.nomi. in verb.ad illos caſus. n.6. De iure autem regio per.l.2. titu.1. part.7. non requiritur, niſi ætas quatuordecim annorum. Et vide in meo Ærario in verb. Accuſatio.nu.86.

18 Minor † de iure cõmuni reſtituitur aduerſus curſum temporis in retractu bonorum maiorum. c. conſtitutus.de in inte. reſti. De iure regio non.l.7.tit. 7.lib.5.ord.

19 Miſsio † in poſſeſsionem ex contumacia rei non comparentis de iure ciuili non poteſt fieri ſine aliquali ſummaria cognitione, iuxta communem opinionem. vt per Bar.in.l.2.C. vbi in rem act.& Cin.& Bal.ibi, & Panor. in c.quoniam frequenter.§.in alijs. vt lit. non con. De iure autem regio ſufficit iuramentum patris de iure ſuo.l.29.tit. 2.parti.3.

20 Miſſus † in poſſeſsionem ex contumacia rei poſt litem conteſtatam de iure ciuili, ſi reus intra annum comparet, non reuocat poſſeſsionem, ſed auditur ſuper proprietate. vt per Abb. in c.prout.de do.& contu.& gl.in.l. conſentaneum.& ibi Bar.C. quo. & quando iudex. De iure regio per.l.10.tit.22. part.3.iuncta.l.6. tit.8.ea.part. reuocat poſſeſsionem. Quod nota.

21 Miſſus † in poſſeſsionem ex primo decreto de iure ciuili facit fructus ſuos glo. & cõmunis opinio legiſtarum in l.3.§. genera. vbi per Alex. & Iaſ. ff.de acqui.poſ. De iure autem regio per.l. 1.tit.9.lib.3.ord. non facit fructus ſuos, approbata opinione canoniſtarum in c.conſultationibus.de offi.deleg.

22 Moræ † purgatio, quæ per.l. inſulam.ff. de verb. obli. de iure ciuili admittitur ante litis conteſtationem, nõ liberat ab intereſſe creditoris, ſi ei interſit.glo. cõmuniter approbata in.d. l.inſulam. De iure autem regio non ſolùm ante litem conteſtatam mora purgatur, ſed etiam ab intereſſe liberat.l.35.titu.11.parti.5.

23 Item † de iure ciuili in ſtipulationibus iudicialibus, vbi eſt dies & pœna, admittitur purgatio moræ intra modicum tempus, ſi ius actoris non eſt factum deterius.l.ſi poſt tres.ff. ſi quis cautio. De iure autem regio etiã ſi ius eſt factum deterius, admittitur purgatio moræ ad arbitrium iudicis, remanet tamen ius actoris, vt poſsit petere principale.l.36.tit.11.part.5.

24. Mor

24 Mortuus† de iure ciuili de criminibus exceptis non poteſt accuſari, niſi quo ad bona, & non eſt alia pœna imponenda. l. fina. C. ad leg. Iuli. maieſt. gloſſ. in cap. accuſatis. de hæreti. lib. 6. * De iure regio per. l. 7. tit. 1. partita. 7. indiſtinctè poſſunt accuſari, approbata opinione canoniſtarum in ſumma. 24. quæſt. 2.

25 Mulier† de iure ciuili nō poteſt nubere intra annū luctus, aliàs efficitur * infamis. l. 1. C. de ſec. nup. De iure regio poteſt ſtatim contrahere ſine aliqua nota infamię. l. 5. ti. 1. lib. 5. ordi. reuocata. l. 3. ti. 6. part. 7. quæ concordat cum iure ciuili.

26 Mulier† de iure ciuili tenetur cōſeruare filijs primi matrimonij bona lucrata ex illo matrimonio. l. generaliter. C. de ſec. nup. De iure regio per. l. * 14. Tauri lucra acquiſita durāte matrimonio pleno iure ſunt ſua, nec tenet̃ reſeruare ꝓprietatē filio primi matrimonij. Et de iſtis lucris vide in verbo. Binubilis. n. & in verbo. vxor. n.

27 Mulier de iure ciuili non poteſt incarcerari pro debito etiam prouenien te ex delicto, vt notat Bal. in. l. 3. C. de epiſ. aud. etiā ſi ſatiſdare nō poſsit per tex. in auth. ſed nouo iure. C. de cuſto. * reo. De iure regio per. l. 62. Tau. poteſt detineri pro debito deſcendenti ex delicto.

28 Item † de iure ciuili mulier poteſt pro debito prouenīēte ex adminiſtratione tutelæ incarcerari, vt tenet Bar. in authē. matri & auiæ. C. quan muli. offi. tute. fungi. ſi renuntiauit Velleianum, & omne aliud auxiliū. & alios hāc opinionē tenentes refert Dueñas. * regu. 212. in limit. 2. De iure regio ex generalitate illiꝰ. l. 62. Tau. nec in hoc caſu poteſt incarcerari. qđ tenet Rod. Suarez in. l. 2. tit. de los gouiernos. lib. 2. for. legum. nu. 11. fol. 197.

29 Mulieres de iure ciuili ſunt idonei teſtes indiſtinctè, niſi in teſtamento. §. * mulier. ff. de teſtam. De iure regio per l. 96. ſtili non ſunt idonei teſtes, niſi in rebus. quæ pertinēt ad mulieres, vel in defectū probatiōis, quod etiā probat l. 8. tit. 18. lib. 2. fo. legum. quę leges ſunt ſublatę per. l. 17. ti. 16. par. 3. vbi indiſtinctè mulier bonæ famæ admittitur in teſtem. et ſtandum eſt legibus partitæ per. l. 2. Taur. ſi non probatur vſus legis fori.

30 Mulier de iure ciuili propter delictum non perdit dotem durante matrimonio niſi in quinque caſibus, ſcilicet læſæ majeſtatis, violentiæ, parricidij, veneficij, homicidij. tex. in. l. quinque legibus. ff. de bo. damna. & Bart. Albe. & doctores. ibi. & à fortiori propter delictum hæreſis. c. de creui. de * hæreti in. 6. De iure regio in omnibus caſibus poteſt dos cōfiſcari in totum, vel in parte. l. 78.

31 Mutuū factū ſcholari filiofamiliàs de iure ciuili poteſt repeti à patre. l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo. & ibi Bar. & glo. & Alexā. in. l. fi. ff. de * neg. geſt. & l. 6. ti. 1. par. 5. De iure autē nouo diſponitur in. l. 6. de anno. 1542. quòd mutuum factū ſcholari non poteſt repeti à patre, quā intelligit Dueñas regu. 370. quādo pater prouidebat de neceſſarijs, ſecùs tamen ſi non.

SVMMARIVM.

1 *Natus naturaliter quis dicatur.*
2 *Nobilis quòd non poſſit torqueri.*
3 *Nobiles, quod pro debito non incarcerentur.*
4 *Nobilis occidens aliquem, quod pœnā mortis patiatur.*
5 *Notarius quod totum tenorem in ſcriptura inſerere teneatur in præſentia partium, nec poſſit poſtea quicquam addere vel mutare, oſtenditur.*
6 *Notarius ſi concipiat inſtrumentum ſub verbis abbreuiatis, quod non valeat inſtrumentum, & notarius teneatur parti ad intereſſe.*
7 *Notarium creare tam ad acta iudicialia quàm ad extraiudicialia, cui competat.*
8 *Notariatus officiū, quod per clericū beneficiariū in minoribus ordinibus conſtitutum exerceri non poſſit.*
9 *Nouatio obligationis, an, & quando fieri poſſit.*
10 *Nouum opus vt fieri poſſit, quòd ſufficiat conſenſus cōcilij ciuitatis, vel loci, vbi ædificatur.*
11 *Nouū opus, quod per ſeruos, amicos, vel filios ſine mādato domini cū cautione de rato denuntiari poſſit.*
12 *Nouum opus quod minor cum eſt in decimoquarto anno denuntiare poſſit.*
13 *Nouum opus quod forenſis, ſi ædificatur in via publica, denuntiare poſſit.*
14 *Nouum opus an ſocius nomine ſocij denuntiare poſſit.*
15 *Noui operis denuntiatio ad hoc quod domino præiudicet, quid requiratur.*
16 *Nouum opus vt fieri poſſit, quod iudicis licentia requiratur.*
17 *Nuntio regis dicenti citaſſe aliquem, quod cum vno teſte credatur, & alteri à rege cum duobus, aliàs minimè.*
18 *Nundinæ ſi concedantur alicui quod non ſolùm impetrans, ſed nec ciues vbi nundinæ ſunt conceſſæ ad eas venientes conuenire poſſint.*
19 *Nullitas ſententiæ quod vſque ad ſexaginta dies opponi poſſit.*
20 *Nuptias inceſtas contrahens qua pœna plectatur.*

## N.

1 NAtus † dicitur naturaliter, qui naſcitur viuus, quāuis vocem non emittat, dum tamē integer naſcatur, ad monſtrum nō declinans, nec ad prodigium de iure ciuili.l.vxoris, cum ſequenti.C.de poſth.hæred.inſti. De iure regio per.l.13. Tau. debet naſci integer, & viuere per vigintiquatuor horas, & quòd ſit baptizatus, aliàs non dicitur natus naturaliter.

Item ex hac.l.13. euacuatur opinio glo.in.l.1.C.de poſth.hære.inſti. vbi dicebatur, quòd poſthumus rumpebat teſtamentum patris ipſo iure, licèt natus in continenti moriatur. vt in. §.poſthumus. Inſtit. de exhære. libe.

2 Nobilis † de iure ciuili non poteſt torqueri. vt in.l.milites.C.de quæſtio. & in.l.diuo Marco.& in.l.decurionis. C.eod. poſſunt torqueri, ſi cùm producuntur in teſtes, vacillāt. vt notat Bar. in.l.ex libero.in princip.ff.de queſtio. De iure regio regulariter non torquetur.l.8.ti.30.part.7.&.l.42.tit.16.par.3. &.l.4.titu.2.lib.4.ordin.

3 Nobiles † de iure ciuili non gaudēt priuilegio ne cōueniant̄ vltra id quod facere poſſunt. Iaſ. in rub. C. de ſucceſ. edi. nu. 1. in fin. De iure regio pro debito nō incarcerātur.l.4.tit.2.lib.4. ord. nec fit executio in domo ſuę habitationis, nec in armis, nec in equo, nec mula.l.3.eod.titu.

4 Nobilis † de iure ciuili occidens aliquem non punitur pœna mortis, ſed deportatiōis.l.1.ff. ad.l.Corne.de ſica. &.l.4. De iure regio patitur pœnam mortis.l.1.tit.13.lib.8.ord.

5 Notarius † ſi omiſit ponere aliquas clauſulas ſolitas apponi, habentur pro inſertis de iure ciuili. Soci.in.l. Gallus. §.idem credendum.ff.de lib.& poſth. vbi dicit cōmunē. De iure regio totus

tenor

tenor in præſentia partium eſt inſerendus, nec notarius poteſt quicquam addere, vel mutare, cùm partes debeant ſubſcribere per prag.204.

6 Item † ſi notarius concipiat inſtrumentum ſub verbis abbreuiatis, ſaltim tamen quæ communiter intelligantur, de iure communi valet quod agit.l.quotiens.§.1.ff. de hæ.inſtitu.& Bald.in.l.verbũ volo. C.de fidecõmiſ. vbi dicitur, quòd ſi ponatur in inſtrumento, quòd promiſit ſub pœna du. quod intelligitur in pœna dupli. De iure regio per.l.7.tit.19.par.3.in verbo. c.pro ciento, non valet inſtrumentũ, & notarius tenetur ad intereſſe parti.

7 Notarium † creare de iure ciuili ſpectat ad dominos locorum, qui habẽt iuriſdictionem, & eſt communis opinio, vt per Greg. Lopez in.l.3.in fine. tit.19.part.3. De iure regio moderatur ad acta iudicialia, ſecùs tamẽ ad extraiudicialia, quia ſoli principi competit.

8 Notariatus † officium de iure ciuili poteſt exerceri per clericum beneficiarium in minoribus ordinibus cõſtitutũ. Couar. in quæſt.practi. cap.19. conclu. 4. communem dicit. De iure regio nõ poteſt, per.l.17.ti.3.lib.1.ordi.

9 Nouatio † obligationis de iure ciuili præſumitur, ſi ex coniecturis apparet partes velle nouare. Bar. Caro.Molin.in addi.ad Alexand.conſi.13.volu. 2.communem dicit. De iure regio niſi partes expreſsè dicant velle nouare, non fit nouatio, per.l.15.titu.14. part.5. & vide Petr. Nuni de Auẽd. in alpha. Hiſpa.in verbo.Delegatio.

10 Nouum opus in publico non poteſt fieri de iure ciuili ſine cõſenſu principis, vt in.l.quod principis.ff.de aqua pluui.arcen.l.ſeruitutes.§.publico.ff. de ſeruitu.l.2.§.ſi quis à principe. ff. ne quid in loc.publi. De iure regio ſufficit conſenſus concilij ciuitatis, vel loci, vbi ædificatur.l.3.&.18. titul.32. part.3.

11 Nouum † opus de iure ciuili non poteſt denunciari per ſeruos, amicos, vel filios ſine mandato.l.1.§. nũtiato. ff.de no.ope. nun. De iure regio ſic, per.l.1.ti.32.par.3. cũ cautione de rato.

12 Item † minor decem & ſeptem annorum non poteſt denũtiare nouum opus de iure ciuili. per.l. popularis. ff. de popu actio. & glo.l. de pupillo. ff. de no.ope.nun. licèt Barto.in illa ætate etiam dicit nõ admittẽdum. in.d.l. de pupillo. De iure regio.per.l.3.tit.32. partita.3. admittitur cùm eſt in decimoquarto anno, approbata opinione Rapha. in dict.l. de pupillo. quem refert Iaſ.ibi.

13 Item † de iure ciuili forenſis ſi ædificatur in via publica admittitur ad denunciandum, vt notatur in.l.2.§.pen. ff.ne quid in loco pub. quæ communiter approbatur, vt per Iaſ. in.l.3.§.ſi in publico.ff.de no.ope.nun.

14 Item † ſocius de iure ciuili denũtiat nouum opus nomine ſocij. vt in.l.2. §.plurium. ff de no.ope.nunti.procuratorio nomine, quia dicũtur habere inter ſe procuratoriũ reciprocũ. Lud. Roma.in.d.§.ſi pluriũ.& Alexã.in.l.ſi aliena.ff.de neg. geſtis.tenent contrarium. De iure autem regio tollitur

 iſta

iſta difficultas, quia admittitur cũ cautione de rato per.l.2.tit.32.part.3.

15 Item denuntiatio † noui operis de iure ciuili ad hoc quòd præiudicet domino, non requiritur, quòd aliquis ſit in opere ad hoc, quòd poſt ſcientiam domini ædificatum deſtruatur. vt notat glo.in dict.l.1.§.nuntiatio.ff.de no. ope. nun. quæ eſt communis. vt per Alex.ibi. De iure regio per.d.l.1.tit.32. ea.part. requiritur, q̃ ibi ſit aliqua perſona, cui enũtietur, approbata opinione Hoſti.in ſumma.eo.tit.§. cui ſit.

16 Nota q̃ † de iure ciuili ad ædificãdũ elapſo termino nonaginta dierũ ſufficit præſtare fideiuſſionẽ de demoliẽdo etiã ſi à iudice licentia non præſtetur l.prætor ait.§. ſi quis paratus.ff.de no. oper.nũ.l.vnica.C.eo. De iure regio p l.9.ti.32.ea.par. requirit licẽtia iudicis.

17 Nuntio † de iure ciuili dicẽti citaſſe plus creditur, quã parti neganti. Alci. de præſump. regu.3. præſump.14. & Dida.Perez.in.l.1.tit.9.lib.3.ord.colu. 1120.cõem dicũt ex gl.in.c.venerabilibus.§.1.in verbo, in iudicijs. de ſent.ex cõi.lib.6.& Plate.in.l.2.C.de col.fund. lib.10. De iure regio per.l.1.tit.7.par.7. nuntio regis creditur cũ vno teſte, & alteri à rege cum duobus. aliàs non.

18 Nundinæ † ſi concedãtur alicui, de iure ciuili non poſſunt conueniri venientes ad nundinas per impetrãtem l.1.C.de nund. De iure regio nõ ſolùm impetrans, ſed nec ciues, vbi nundinæ ſunt conceſſæ, poſſunt cõuenire ad eas venientes.l.4.tit.7.par.5.

19 Nullitas † ſententiæ de iure cõi poteſt opponi per actorẽ per tẽpus actionis, per reum autem imperpetuũ.l.purè.§.fi.ff.de dol.excep. Bal.in.l.data opera. eo.tit. & anto. de Tremo. in addi. ad Bona curſ. in rub. de impe. execu. in verbo, perpetuo. De iure regni vſque ad ſexaginta dies.l.2.titu.15.lib.3.ordi.

20 Nuptias † inceſtas contrahens, de iure ciuili perdit bona, & applicantur fiſco.auth.inceſtas nuptias.C.de inceſtis nup. De iure regio per.l.50.titu.14. part.5.applicãtur marito ignorãti impedimentum nõ ſolùm bona dotalia, ſed etiam lucra illius matrimonio durãte acquiſita, vt per plura docet Ro. Xuarez in.l.1.ti.3.lib.3.foro legũ de las ganan.in princi.fo.10.vſq; in fin.1.q.

*SVMMARIVM.*

1 *Occidens aliquem in rixa, quòd pœna mortis puniatur.*

2 *Occidẽdi cauſa ſi quis ambulet cum telo per inſidias, ad hoc vt puniatur morte, quòd requiritur vulneratio cum ſanguinis effuſione.*

3 *Obligatio quod habeat executionem paratã oſtẽditur.*

4 *Obligatus ad aliquid tradendũ de his, quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura, quòd quantũ ad pretiũ, tempus litis conteſtatæ conſiderari debeat.*

5 *Obligatus ad factum, quòd non liberetur præſtando intereſſe, ſed ad factum præcisè teneatur.*

6 *Obligatus ad dandum fideiuſſorem, ſi non habet fideiuſſorem, quod dando pignus ſatisfaciat.*

7 *Obligatio generalis omniũ bonorum, quæ bona cõprehendat, oſtenditur.*

8 *Occidẽs ſeipſum, ſi nõ habeat filios, ſua bona perdat.*

O.

1 OCcidẽs † aliquẽ in rixa de iure ciuili nõ punitur pœna mortis.l.1.§.diuus.ff.de ſicar. De iure regni punitur, per.l.3.tit.13.lib.8.ord.

2 Occidẽdi † cauſa ambulãs cũ telo p inſidias, punit de iure ciuili pœna mortis, licèt nõ ſequat effect'.l.is qui cũ telo.ff.ad.l.Corne.de ſica. De iure regni

requiritur

requiritur vulneratio cum ſanguinis effuſione.l.2.titul.13.lib.8.ordina.

3 Obligatio † non habet executionem paratam de iure ciuili. Bart.& doctores in.l. poſſeſsio quoq;.§. ſi poſſeſsio. & Alexand.in auth.prætor.§.ſi iudex. * C.de re iudic. De iure regio per.l.4.& 5.titu.8. lib.3.ord.ſic. & vide in verbo. Executionem,& verbo.Inſtrumentũ numero.21.

4 Obligatus † ad aliquid tradendum de his quæ cõſiſtunt in põdere numero & menſura, de iure ciuili pretiũ rei eſt attẽdendũ iuxta tẽpus extra tẽpus interpellationis etiam extraiudicialis * gloſſ.in.l.vinum.ff.ſi cert.pet. De iure regio conſideratur tempus litis conteſtatæ.l.8.titu.1.part.5.& vide in verbo. Obligatus,in meo Ærario cõi.nu.22.

5 Obligatus † ad factum,de iure cõmuni liberatur præſtãdo intereſſe.Barto.in.l.ſtipulationes non diuiduntur. ff.de verbo,obligatio.& Iaſ.ibi, quam communem dicit Grego. Lopez in.l. * 3.titu.14.part.5. De iure regio tenetur ad factum præciſè.l.3.&.35.titu.11.ead. partit.3.

6 Obligatus † ad dandum fideiuſſorem, de iure ciuili non ſatisfacit dando pignus. Hierony. Cagn. in.l. plus * cautionis. nume.4.ff.de regul.iur. De iure regio ſatisfacit dando pignus, ſi non habet fideiuſſorem.l.7.titu.8.lib. 2.for.legũ.De quo per Suarez in.l.2.titu.3.lib.2.for.legum.nume.4.

7 Obligatio † generalis omnium bonorum de iure ciuili ſolùm comprehendit præſentia vel futura,quæ cauſata ſunt ex ſpe de præterito, nõ tamẽ quæ de nouo accedunt.Bald.in.l.fin. * col.2.C. de pact. De iure autem regio per.l.5.titu.13.part.5. videntur ex generalitate illius legis comprehẽdi etiam futura nõ cauſata ex ſpe de præterito. Quod nota.

8 Occidens † ſeipſum de iure ciuili nulla pœna punitur, ſi tædio vitæ, vel alia cauſa ſe interfecit, præterquam ſi accuſatus erat de aliquo delicto, quia tunc punitur. vt in.l.1.C. de bon.eo. qui mor.ſib.con.& in.l.1.ff.eo.quę approbantur per.l.21.titu.1. part.7.&.l.2. * ti.28.ea.part. De iure autem nouo per l.9.tit.13.lib.8.ord.&.l.8.tit.fi.eod.libr. perdunt bona ſi non habent filios.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de ſucceſsione generali quòd valeat,ſecus de particulari,niſi de voluntate illius,de cuius ſucceſſione paciſcitur.*

2 *Pactum initum cum maiori parte creditorum, quòd præiudicit minori.*

3 *Pactum ſi apponatur in venditione de retro vendendo ſine pœna ſi emens alienet,quod vẽditor habeat actionem contra primum emptorem ad damna & intereſſe.*

4 *Pater & mater ſi filius ab inteſtato moriatur, quòd inter eos,nulla habita differentia, bona ſint diuidenda oſtenditur.*

5 *Pauper quis dicatur ad hoc,vt accuſare non poſsit, pa lam ſit.*

6 *Pœna ſi à pluribus ratione damni debeatur, quòd, vno ſoluente,alij liberentur.*

7 *Pœna conuentionalis quòd duplum non excedat.*

8 *Pœna appoſita in datione quantitatis,quòd in fraudem vſurarum non cenſeatur appoſita,niſi in ſolito fœnerari.*

9 *Præuaricationis pœna quæ ſit.*

10 *Pœnam pecuniariam quòd iudex propter paupertatem minuere poſsit.*

11 *Periurus quod non ſolùm Deum habeat vltorem, ſed in ſex-*

*in ſexcentos morabetinos puniatur.*

12 *Percuſſus ſi percuſſorem perſequitur, & illum occidat, an pœna mortis puniatur.*

13 *Pignus ſi ſit datum ad certum tẽpus, & ſi non luatur quòd poſſit vendi abſque denuntiatione, quod creditor etiam lapſo termino denuntiare teneatur.*

14 *Pignore vendito per creditorem, cui data eſt poteſtas vendendi ſine denuntiatione, quòd venditio non teneat, & ab emptore pignus recuperari poſſit.*

15 *Pignus datũ ſine certo die, ad hoc vt creditor illud vendere poſſit, quot tempus requiratur.*

16 *Pignus ſi ſit interpoſitum ſine præfinitione temporis, quòd debitor ſit ter interpellandus, vt luat pignus & quod vnum peremptorium non ſufficiat.*

17 *Pignori venditi dominium ad hoc vt in emptorem tranſeat, quod requiritur vt pretium realiter ſoluatur.*

18 *Pignus ſi vendatur, & non inueniatur emptor, quod iudex concedere poſſit, vt fiat proprium.*

19 *Poſitionibus reſpondere nolens intra terminum, quod habeatur pro confeſſo.*

20 *Poſſeſſione in amittenda, quod corpus & animus requiratur.*

21 *Poſſeſſionem quod non perdat dominus, ſi colonus proditoriè, vt alius acquirat, deſerit.*

22 *Poſſeſſio quod per annum & diem perdatur, ſi ſciente poſſeſſore ab alio cum bona fide & titulo poſſideatur.*

23 *Poſſeſſio quod per traditionem cripturæ transferatur.*

24 *Poſſeſſor an hodie præſumatur, quãdo poſſeſſio in odiũ poſſeſſoris antiqui allegatur.*

25 *Poſſeſſoria remedia, an dentur pro iuribus merè perſonalibus.*

26 *Poſthumus ſi incontinenti moriatur, vt ſit hæres patris, quod requiritur, vt ſit baptizatus.*

27 *Præſcribi an poſſit ius collectandi & exigendi pedagia.*

28 *Præſcribi quod non poſſit per nullum tempus merum & mixtum imperiũ & ſumma poteſtas contra regem.*

29 *Præſcribi contra remedium. l. 2. de reſcind. vend. quod ſolùm per quatur annos poſſit, oſtenditur.*

30 *Præſentari ad beneficium eccleſiaſticum quod non poſſit in hoc regno alienigena, etiam ſi ſit idoneus.*

31 *Præſumptionem, quæ ex facto & animo aduerſarij oritur, quod pars aduerſa allegare teneatur.*

32 *Princeps quòd indiſtinctè poſſit donare, & valet donatio.*

33 *Princeps quòd ſimpliciter totam rem libere donare poſſit.*

34 *Procurator datus poſt litem conteſtatam, quòd nõ poſſit ſubſtituere, oſtenditur.*

35 *Procuratorem quod non poſſint prælati in cauſis ſui capituli, ſine capitulo inſtituere.*

36 *Prodigo ſi ſit datus curator, quid requiritur ad hoc, vt ei bonorum inter dictio facta videatur.*

37 *Promiſſio ſi fiat ex cauſa oneroſa, quod non fiat nouatio, ſi ſtipulator hoc eligat. &c.*

38 *Promiſſione alternatiua, interueniente ſtipulatione vnius rei, quòd valeat talis ſtipulatio.*

39 *Promittens decem ſine cõditione & ſine die, quòd nõ ſtatim poſſit conueniri, ſed eſt aſſignãdus terminus ad arbitrium iudicis.*

40 *Promittens ſe facturum, ac curaturum, vt tertius aliquid adimpleat, etiam ſi adhibuit omnem diligentiam, quod ad damna & intereſſe teneatur.*

41 *Promittens ſub conditione aliquid ſe præſtaturũ certo die, quòd indiſtinctè ante diem non teneatur.*

42 *Promittens plures præſtationes, ſi ponitur tempus in obligatione, quo tempore fieri debeat quælibet præſtatio, oſtenditur.*

43 *Proximus vt pubertati quis dicatur, an & quando iudicis arbitrio relinquatur.*

44 *Plures ſi abſque propoſito interfecerũt aliquem, & ignoratur de homicida, quod omnes teneãtur.*

## P

PActum de futura ſucceſsione non valet de iure ciuili, nec firmatur iuramento. Curti. Iuni. conſil. 25. nume. 7. communem dicit. De iure regio per. l. 13. titu. 5. pactum de ſucceſsione generali valet, ſecùs de particulari, niſi de voluntate illius, de cuius ſucceſsione paciſcitur.

2 Pactum initum cum maiori parte creditorum, de iure ciuili non præiudicat minori. Iaſſ. in. l. iuris gentiũ. §. hodie tamẽ. n. 2. de pact. De iure regio prȩiudicat, & tenetur ſtare minor pars

per pa

per pactum cum maiori, vt in.l.5.& .6 tit.15.par.5.& vide in Ærario in verb.

3 Pactum † ſi apponatur in venditione de retro vēdēdo ſine pœna, ſi emēs alienet, poteſt vēdicari à ſingulari ſucceſsore de iure ciuili. l. ſi cùm venderet. ff. de pign. actio. ſecundùm Bald. ibi. & .l. vectigali. ff. de pigno. cui aſti-

* pulatur Soci. conſi. 80. volumi. 3. De iure regio venditor habet actionem cōtra primū emptorē ad dāna, & intereſſe. l. 42. tit. 5. par. 5. & vide Greg. Lop. ibi, qui inuehit cōtra Paul. & defendit idem eſſe de iure ciuili quod per. d. l. 42. diſponitur. ex Alex. cōſi. 10. volu. 1.

4 Pater † & mater filio mortuo ab inteſtato de iure ciuili vnuſquiſq; ſuccedit in his, quæ filius habuit ab eo vel ab eius linea. ex. l. quod ſatis. ff. de bon. quæ liber. & Bartol. in authen. itaque. C. communia de ſucceſſ. & hanc dicit magis communem Tiraquel. de re-

* tra. lega. §. 14. numero. 12. De iure regni per. l. 4. titu. 13. part. 6. diſponitur non habita differentia inter eos, æqualiter bona eſſe diuidenda, approbata opinione Bal. in authen. defuncto. C. ad Tertullia. & ibi Sali. Pet. & Cin. & Bal. in conſi. 31. volum. 2. vbi dicit eſſe communem.

5 Pauper † quis ſit, relinquitur arbitrio iudicis de iure ciuili. authen. præterea. C. vnde vir & vxor. & notat

* Bello. conſil. 16. & Deci. conſi. 120. De iure regio ad hoc quòd quis dicatur pauper vt non poſsit accuſare, taxatum eſt ad eum, qui non habet in bonis quinquaginta morapetinos. l. 3. tit. 1. par. 7.

6 Pœna † quæ debetur à pluribus ratione damni, de iure ciuili ſoluta ab vno, alij non liberantur. l. item mella. §. ſed & ſi ſeruum plures. ff. ad. l. Aqui.

* De iure regio vno ſoluente alij liberātur. l. 15. titu. 15. par. 7. quā. l. intellige in pœna impoſita ratiōe repetitionis, de qua in. l. 18. eod. titulo. Secùs tamen in pœna, quæ eſt pœna ratione inficiationis, ſcilicet vnum ſimplum, & hoc eſt ex mēte Azo. in ſumma. & per Greg.

7 Pœna conuentionalis de iure ciuili accedit ad quadruplū, vt per. dd. in. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig.

* De iure regio non excedit duplū. l. 10. tit. 5. lib. 4. for. legum. l. 247. ſtili.

8 Pœna † appoſita in datione quantitatis de iure communi cenſetur appoſita in fraudem vſurarū, ex Panor. in. c. dilecti. §. ſexta. de arb. & Alexan. in. l. dilationem. §. ſortem. nu. 6. ff. de verbo. oblig. quam communem dicit

* Tho. gramma. deciſ. 58. nu. 6. De iure regio non præſumitur niſi in ſolito fœnerari. l. fi. tit. 11. par. 5.

9 Præuaricationis † pœna de lege ciuili eſt extraordinaria. l. ſciendum. ff.

* de præua. De iure regio eſt pœna capitis. l. fin. titu. 6. par. 3. in ordinationibus aduoc. pro prima vice eſt priuatus officio vltra pœnas à iure ſancitas, quas Nuni. de exequē. man. regū. c. 2. n. 21. dicit eſſe pœnā. l. ſciendū, id eſt extraordinariā. Et diſtinguit. d. l. fin. d. l. ord. ꝙ lex fi. loquitur, quādo quis palā in vna cauſa aduocat pro vna parte, & ſecretè alteri conſilium præbet: ſecus tamē, quādo ambas partes palā patrocinat', vel in ſecreto cōſulit, quę diſtin-

 ctio. d.

ctio.dict.l. ord.non patitur.verba autem dict. ordinationis ſunt. O ſi ſe hallare ayudar,o acõſejar las ambas partes cõtrarias en eſſe meſmo negocio. Sed cùm lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.cap.ſi Romanorum.99.diſtin.

10 Pœnam † pecuniariam non poteſt iudex minuere de iure ciuili propter paupertatem.Barto.in.l.2.in princi.ff. ſi quis ius di.non obtemp.per tex.in.l. fin.C. de mo. mul. De iure regni ſic, per.l.3. titu.22. part. 3. Et vide in meo Ærario in verbo, Condẽnatus. n.177.

11 Periurus † de iure ciuili ſolũ Deum habet vltorem.l.2.C.de reb.cred.cum defertur iuramentum parti.De iure regio punitur in ſexcẽtos morabetinos. ex.l.2.titu.6.lib.8.ordi.

12 Percuſſus † ſi perſequitur percuſſorem,& illum occidat,non debet puniri pœna mortis de iure ciuili.Iacob.de Areti.in.l.1.C.vnde vi. &.l.Gracchus. C.de adul.& plus dicit glo.in.c.1.23. q. 1.ꝙ nulla pœna eſt puniendus.De iure regio per. l.59. ſtili.approbata eſt gloſ. in.c.3.de homi.Sed Couar.in.4.ca.de hom.par.2.c.7.§.7.n.11.dicit, ꝙ illa lex & glo.eſt intelligenda cum temperamento,ꝙ iſte eſt puniendus pœna extraordinaria, & non pœna mortis. & vide Duen.in reg. verb.defenſio. nu.5.& Hip.ſing.100.

13 Pignus † ſi ſit datum vſque ad certũ tempus, & ſi non luatur, quòd poſſit vendi abſq; denuntiatione, de iure ciuili creditor non tenetur ampliùs debitori denuntiare.glo.in.l.creditor. in verb.teſtato.C.de diſtracti.pig.& Bal. in.l.1.ff.ſi cõuenerit.la.1. de pign.& in. l.prædia. C. de fidei cõmiſ. & Saly. & Albe.in.l.fin.C.de iur.dom.impe.De iure regio per.l.42.tit.13. par.5. tenetur etiam lapſo termino denuntiare.

14 Item † de iure ciuili vendito pignore per creditorem,cui data eſt poteſtas vendendi ſine denũtiatione,valet vẽditio, & datur debitori actio contra vendentem.Iacob.de Aret.Cin.Alb, & Bal.in. l.creditor. de diſtra.pign. & hãc dicit cõmunẽ Greg.Lop. in.l.48. titu.13.part.5. De iure regio per.l. 41.& 42. venditio non tenet, & poteſt recuperari pignus ab emptore.

15 Nota, quòd † de iure ciuili creditor ad hoc quòd poſſit vẽdere pignus datum ſine certo die, requiritur lapſus biennij poſt denuntiationem, per.l.fi §.1. C. de iure domi. impe. De iure regio per.d.l.42.in rebus mobilibus ſtatuitur tẽpus duodecim, & immobilibus triginta dierum. Si tamen pignus fuit traditum tali pacto,quòd nõ vendatur, requiritur lapſus biẽnij poſt denũtiationẽ.l.fi.C. de iure domi.impe.

16 Item nota † per dict.l. 42. quòd licèt de iure communi quando interpellatio eſt neceſſaria vt quis cõſtituatur in mora,vel ſibi præiudicet denuntiatio, & ſi requiratur trina monitio, ſufficit vnum perẽptorium. vt in gloſ. in.l.Titia. §. vſuras.ff.de lega.2.& Iaſſ. in.l.qui bonis.ff.de verb.oblig.& Bal. in rub.C.de nouo codi. comp. & in.l. 2.C.quod met.cauſ.& Alexan.in additio.ad Bar.in.l.1. §. diuus Seuerus.ff.de quæſti. ſed per dict.l.42. debitor quando pignus eſt interpoſitum ſine præfinitione

nitione temporis, eſt interpellandus ter, vt luat pignus, & non ſufficit vnũ peremptorium.

17 Nota, quòd † ad hoc quòd dominium pignoris venditi tranſeat in emptorem ſufficit fides de pretio de iure ciuili.l. eleganter.§. ſi vendiderit. ff.de pign. acti. De iure regio ad hoc quòd dominium tranſeat, requiritur, quòd pretium realiter ſoluatur. l. 4. titul. 13. parti. 5.

18 Nota, quòd † ſi pignus vendatur & non inueniatur emptor, de iure ciuili per imperatorem conceditur, vt pignus fiat proprium. De iure regio cõceditur per iudicem, & non eſt neceſſaria licentia imperatoris per. l. 44. titulo.13. partita. 5. approbata opinione Alberic. in.l. final. C. de iure domi. impe.

19 Poſitionibus † non reſpondens intra terminum appoſitum, de iure ciuili non habetur pro confeſſo. l.1. &. 4. ibi Barto.ff. de vulga.& pupil.& in.l.1 ff. de verbo. obligati. De iure regio ſi non vult reſpondere poſitionibus, habetur pro confeſſo. l. 11. in ordina. de Madrid.

20 Poſſeſsio † de iure ciuili licèt animo & corpore apprehendatur, amittitur ſolo animo. Maine. de regul.iur. in.l.feræ. numer. 5.communem dicit. pro qua eſt tex. in.l. 3. §.in amittenda. de acquiren. poſſeſ. ff. & contra eam aſsignatur dict.l.feræ.& quemadmodum.de acquiren.poſſeſ.ff.& propter eorum pugnam, adhærendum oportet de iure ciuili ad dictinctionem Bar quæ communis eſt in dict. § . in amittenda. vbi dicit, aut poſſeſsio incepit à corpore, & nõ amittitur ſine eo, quòd corporaliter amittatur: aut incepit ab animo, & ſolo animo perditur. De iure autẽ regio ſine diſtinctione aliqua requiritur in amittenda poſſeſsione corpus & animus.per.l.12.titu.30. parti.3.approbata opinione Ang. in dict. §.in amittenda.

21 Item † de iure ciuili dominus perdit poſſeſsionẽ rei, ſi colonus deſerat, vt tenet Bar. & communiter doctores in l.de eo.§. ſi fortè.ff.de acqui. poſſe. De iure regio ſi colonus ꝓditoriè vt alius acquirat deſerit, non perdit dominus per.l.13.tit.30.par.3.

22 Item † de iure ciuili poſſeſsio ciuilis perditur per lapſum decennij, in quo dominus fuit abſens, ſiue ab alio poſsideatur ſiue nõ.gl. & Bar.in.l.ſi id quod ff.de acqui.poſſe. De iure regio perditur per annum & diem, ſi ſciente poſſeſſore ab alio poſsideatur cum bona fide & titulo.l.1.tit.13.lib.3.ord.&.l.1.ti. 11.lib.2.fori.&.l.242.&.192.ſtili.Couar. autẽ in regu poſſeſſor.part.2.§.11. verſ. Cæterum in hac materia.n.7.de regu. iur. libr.6. dicit hanc.l.antiquatam, & non vſu receptam. Dida.autem Perez in.d.l.1.col.1222. concludit cõtra dictũ Couar.immo ꝙ. d.l.nõ ſolùm quoad poſſeſsionem, ſed etiam quo ad proprietatem ſola annalis præſcriptio ſufficere, quod in praxi quo ad proprietatem non eſt receptum, quò ad poſſeſsionem autem ſic.

23 Poſſeſsio † non transfertur de iure ciuili per traditionẽ ſcripturæ, in qua non continetur ius recipientis. Alex.

* in.l.3.poſt Imol.ff. de acqui.poſſe.De iure regni ſic per. l.8.tit.30.part.3.&.l. 44.Tau. ibi, apoderandole las cartas, porq̃ la el ouo, o faziendo otra de nueuo, y dando ſe la gana la poſſeſsion.de quo p̄ Coua,in.c.16.n.2.lib. 3. reſoluti.

24 Poſſeſſor † hodie non præſumitur, quando allegatur poſſeſsio in odium poſſeſſoris antiqui. Bar.in.l.ſiue poſsidetis.C. de prob. & Abb.in.c.cùm ad * ſedem.nu.15.de reſt.ſpolia. De iure autem regio per.l.10.tit 14. part. 3. diſponitur contrarium, vbi dicitur, ꝙ agẽs reiuendicatione, & allegans reum cõuentũ poſsidere, ſi probetur olim poſſidere, & hodie poſsidere dicetur.

25 Nota † ꝙ poſſeſſoria remedia de iure ciuili non dantur pro iuribus merè perſonalibus.l.fi.quorum bono.& ibi Bar.& Ange. & in.l. regulariter.ff. de peti.hæredi. quam dicit cõmunẽ Otalora de nobilita.Hiſpa.part.2.part.3.c. 1.n.3 & doctores in.l.ſi certis annis.C. * de pac. & in.c.querelã.de electio. De iure regio per.l.6.&.7. tit.2.lib.4.ordi. videtur diſpoſitũ cõtrariũ, dũ dicit, ꝙ poſſeſsio libertatis tributorũ acquiritur poſſeſsione viginti annorũ, ſi pater & auus & ipſe per illud tempus tanquam nobilis hijo dalgo, non fuit in extimo publico. quod de gratia dicit Otalo.eis præſtitũ per regẽ. Quẽ vide.

26 Poſthumus † licèt incontinenti moriatur, eſt hæres patris de iure ciuili l. * vxoris abortu. C. de poſt. De iure regio requiritur quòd ſit baptizatus. l.9. tit.6.lib.3.for.iudi.&.l.13.Tauri.& vide in verbo, Natus, ſuprà.

27 Præſcribi † poteſt ius collectãdi & exigendi pedagia per tãtum tempus, de cuius initio non ſit memoria hominum in contrarium de iure ciuili. De quo per Otalorã de nobi. Hiſpa. part. * 1.c.3. De iure regio collecta ac tributa nõ præſcribuntur. l.6.tit.13.lib.3.ordi. & vide in meo Ærario in verbo Præſcr.n.330.&.l.6.tit.29.par.3.Et nota, ꝙ per.l. 4. in quatern.gabella. prohibet præſcriptionem vt quis liberetur à ſolutione gabellarum ( quæ vulgo alcaualas dicuntur ) & ſic non ſolùm ius collectandi, ſed nec etiam immunitas non præſcibitur, nec.l.6. &.7.titu. lib.ord quæ eximit habitum pro nobili per tempus viginti annorum, vt dictum eſt in verbo Poſſeſsio. nu. 22. eſt contraria, quia illa loquitur de tributis, quę ſolùm exigũtur à ſubditis non nobilibus, hæc autem in gabellis, quæ omnes ſubditos ligat. vt in.d.l.4. & vi de Gregor. Lopez in. d.l.6.tit.29.par.3.

28 Item † de iure ciuili merum & mixtum imperium per tempus, de cuius initio non eſt memoria hominum in contrarium, etiam ſuprema ſuperioritas poteſt præſcribi, iuxta communẽ opinionem relatam per Feli. in capi. * cùm non liceat.de præſcri. De iure regio per.l.6.tit.29.par.3.iuncta.l.6. tit.13 lib.3.ord. &.l.18.tit.4.par.3.non poteſt præſcribi hæc ſumma poteſtas contra regem.

29 Item † de iure ciuili præſcribitur cõtra remedium.l.2. C.de reſc.vend.per triginta annos, vt per Baldũ in.4.part. * 4.part. quæſt. 24. de præſcrip. De iure regio ſolùm per quatuor annos. l.4.ti 6.lib.5.ordi.

30 Præſen-

30 Præſentari † ad beneficiũ eccleſiaſticum per patronos, de iure cõmuni põteſt etiam alienigena, ſi ſit idoneus, vt notat Hoſti. Anto. & doctores in • cap. ſignificaſti. de iure patrona. De iure autem regio non poteſt alienigena præſentari in regno. vt in.l.18.&.19.tit. 3.libr.1. ord. & prag. 3.in curijs Toleti de anno.1523.&.9.&.23.de Madrid.de anno.1528.&.42.de Segouia de anno. 1532.&.4.de Madrid. de anno.1534. & 17.de Valladolid.de.1537.quę leges habent etiã locũ in penſione per.l.4. Toleti.1525.& de Madrid.de.1539.

31 Præſumptionem † quę ex facto & animo aduerſarij oritur, non tenetur pars aduerſa allegare de iure ciuili. • Bar.in l.cũm quid. ff.ſi cer.peta.De iure autem regio ſic, per.l.10.tit.14.par.3. inquantũ illa lex diſponit, quòd agẽs reiuẽdicatione, oportere allegare præſumptionem poſſeſsionis, quæ ex poſſeſsione antiquiori in pręſenti elicitur.

32 Princeps † de iure cõmuni non poteſt alienare rẽ quã ſcit eſſe cõmunẽ, ſecus tamen ſi credit propriã. Andre. de Iſer.in ti.quæ ſint rega.in vſib.feud. in verbo. bona committentium: quã communem dicit Grego.Lopez in.l. • 53.tit.5.part.5.in verb.El rey.De iure regio per.d.l.53. indiſtinctè poteſt donare & valet donatio.

33 Item per dict.l.53.licèt † de iure cõmuni poſsit princeps vendere rem totam quam habet cõmunem cum alio non tamen poteſt donare niſi pro ſua parte, quia in venditione verſatur vtilitas principis.l.1.C.de vẽdi.re.fiſca.cũ priua. cõmo.libr.10.&.l.2. C. de commuta.rei alie.& Azo.in ſumma.C.de reb.alie.vel non alie.& Io.de Pla.in.d. l.1. Tamen de iure regio per.d.l.3.ſimpliciter poteſt totã rem donare liberè.

34 Procurator † datus poſt litem cõteſtatam poteſt ſubſtituere de iure ciuili. Iaſ.in.l.nihil.C.de procu.vbi dicit cõmunem, & Sebaſtia. Van.de nullita. proceſſ.in verb. de nullitate ſententiæ • ex defectu mandati.n.110. De iure regio non poteſt.l.19.titulo. 5. part. 3. approbata gloſſ. in.c.1. de procur.in.6.& opinione Albe.Bald.& Angel.in.d.l. nihil.& vide in meo Ærario in verbo. Procurator.nu.536.

35 Procuratorem † de iure communi poſſunt prælati inſtituere in cauſis ſui Capituli, vt tenent Innocẽ. & Panor. • in cap. edocere. de reſcrip. De iure regio non poteſt ſine capitulo.l.2.titu.5. part.3.

36 Prodigo † ſi datus eſt curator, eo ipſo videt̃ interdictio bonorũ ei facta de iure ciuili.Bal. Paul.Imol. & Alex. • in.l.is cui bonis.ff.de verb.obli. De iure autem regio requirũtur iſta duo, datio curatoris, & interdictio bonorum. per.l.5.tit.10.part.5.approbata opinione Bal.& Ange.in.d.l. is cui bonis.

37 Promiſsio † ſi fiat ex cauſa onerosa de iure ciuili per ſtipulationem pœnalem nõ nouatur, ſecus tamen ſi fiat ob cauſam lucratiuam. vt ex Barto.in l.ita ſtipulatus. ff. de verb. obliga. quĩ communiter approbatur, vt per Gre- • gor.Lopez in. l. 34. titu.11. part. 5. De iure regio ex. l. 35. eod.titu.non fit nouatio, ſi ſtipulator hoc eligat, quia nõ poteſt petere niſi vnum.

38 Pro-

38 Promiſsione † alternatiua de iure ciuili interueniēte ſtipulatione vnius rei non valet ſtipulatio.l.1.§.ſi quis ſimpliciter. & ibi Alexan. ff.de verb.obli. * De iure autem regio valet talis ſtipulatio.l.24.titu.11.par.5.

39 Promittens † decem ſine conditione & ſine die, poteſt ſtatim conueniri de iure ciuili. l. eum qui calendis. ff. de verb.obliga.Bar.in.l. ita ſtipulatus. * eo.tit.De iure regio eſt aſsignādus terminus ad arbitrium iudicis. l.13.titu.11. part.5. & ſi mutuatur res ſine præfinitione termini,non eſt reuocandū mutuum vſq; ad decem dies.l.2,tit.1.par.5.

40 Promittens † de iure ciuili ſe facturū ac curaturū ꝙ tertius aliquid faciat, promittēs factum propriū, quòd ipſe faciet qualiter illud adimpleatur,non tenetur in aliquo,ſi fecit quicquid potuit,vt tertius adimpleat.l.ſi vehenda. §.pen. ff. ad leg.Rhodiā. de iact.& tenet Panor.in.c.gemma.de ſpon.& eſt communis opinio, vt per Couar.in.c. quāuis pactum.par.2.§ 5. de pact.in.6. & Iaſ.in.l.ſtipulatio iſta. §. ſi quis.ff.de * verb.oblig.De iure autem regio ſi promiſit ſe curaturum & facturum vt tertius aliquid adimpleat, etiam, ſi adhibuit omnem diligentiam, tenetur ad damna,& intereſſe.l.11.titu.11.par.5.

41 Promittens † de iure ciuili ſub conditiōe aliquid ſe præſtaturū certo die, ſi conditio ante diem aduenerit,ſi pēdebat de facto promittentis, ante diē non tenetur,ſi tamen pendebat de facto negatiuo tertij , ſi conditio aduenit,tenetur ante diem.l.in illa, iuncta l.hoc iure.&glo . ibi.ff.de verb.oblig. * quæ cōmuniter approbatur. De iure autem regio indiſtinctè ante diem non tenetur .l.17 . titu.11.part.5.& vide Grego.Lop . ibi , reiectis diſtinctionibus Bar.in.l . ſi ita ſtipulatus.verſ.quartò circa prædicta.ff.de verb.oblig.

42 Promittens † de iure ciuili plures præſtationes , ſi ponitur tēpus in obligatione , tunc quælibet præſtatio debet fieri in principio anni, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus. Si tamen vna tātùm præſtatio eſt facienda , vt ſi promitto decem hoc anno ſolutio eſt facienda in fine anni. Bart.& Albe. in.l. qui in hoc anno.ff. de verb. oblig. Ioan.Faber. in.§.qui in hoc anno.Inſti. de inuti. ſtipul.& hāc dicit communem opinionem Greg. * Lopez in. l.15. titu.11. part. 5 . vbi eſt lex in contrarium de iure regio , quæ diſtinguit. Aut præſtatio debet fieri in quolibet anno,& eſt pręſtanda in fine anni,approbata gloſſ. in dict.§.in hoc anno. Aut promiſsio cōcipitur in his verbis, quòd pro omnibus annis vitæ præſtatio eſt facienda,& tunc in principio eſt facienda.

43 Proximus † pubertati quis ſit, de iure ciuili relinquitur arbitrio iudicis. l. 3.ff.de teſtib.l.mora.ff.de vſur.& Sali. * in.l.impunitus.C.de pœn. De iure regio per. l.9.titul.1.part.7.taxatur tēpus decem & dimidium annorū,niſi tunc appareat non eſſe doli capacem, quia relinquitur in hoc caſu arbitrio iudicis,per.l.9. ad finem.tit.29.par.7.

44 Plures † ſi abſq; propoſito interfecerunt aliquem de iure ciuili, & ignoratur de homicida, nullus tenetur.gl. in.l.

in l. mella. §. ſi plures. ff. ad leg. Aqui. Bar. in l. fi. ff. de ſica. De iure regio per l. 57. itili omnes tenentur.

*SVMMARIVM.*


1 *Ratificatio an fieri poſſit in præiudicium tertij.*

2 *Reconuentio, an coram iudice delegato de conſenſu partium electo fieri poſſit.*

3 *Reductio ad arbitrium boni viri quod intra decem dies peti debeat.*

4 *Recuſatio iudicis quod non requirat iuramentum, ſi à parte non petatur.*

5 *Recuſato iudice ordinario, quis illi tã in ciuilibus quã criminalibus cauſis aſſocietur.*

6 *Renuntiatio non numeratæ pecuniæ ad hoc quòd præiudicet, ſufficit quod non ſit in alia charta.*

7 *Repeti quòd poſſit id, quod datum eſt iudici vt rectè pronuntiaret.*

8 *Replicatio quod ſolùm duplicetur, oſtenditur.*

9 *Reus & actor quòd eodem tempore probare debeat.*

10 *Reus cõtumax cùm ſit, quòd ad receptionem teſtium, etiam lite nou conteſtata, procedatur.*

11 *Reus, contra quem actor ſuam intentionem vult intẽtare, qui non poſſidet bona, ſi nõ ſatiſdet, quòd mitti debeat in carcerem, etiam ſi propter inopiam non præſtiterit fideiuſſorem.*

12 *Reus, qui vult a domicilio abſentiam facere, vel eundo ad nundinas, vel ad alium locum, ſi timeat ne ab actore impediatur, quid fiat de iure regio, oſtenditur.*

13 *Reus ſi conueniatur ab aliquo cum aliqua re ſubtracta, ſiue res ſit mobilis, vel ſe mouens, ad quem iudicem remitti debeat, palam fit.*

14 *Reus extra domicilium, in quo loco cõueniri debeat.*

15 *Reus ſi conuineatur ex ſua ſola cõfeſſione, ſiue det libellum de debito, ſiue non, quòd in vtroque caſu iudex eum condemnare debeat, vt intra decem dies ſoluat.*

16 *Reus bonæ fidei poſſeſſor rei, de qua contenditur in iudicio, & ſibi mandatur vt exhibeat, ſi habet iuſtam cauſam litigandi, quòd non teneatur exhibere, ſi autem non habuit iuſtam cauſam, quod teneatur.*

17 *Rei duo debendi ſi obligentur in ſolidum, ſi ambo ſint præſentes in loco, quod vnus pro toto conueniri non poſſit.*


## R.

1 RAtificatio † de iure ciuili nõ poteſt fieri in præiudiciũ tertij. Deci. cõ. 247. n. 5. & Iuni. cõ. 76. n. 6. De iure regio, ſi res aliena ematur, poteſt dñs ratificare emptionem, ſi res pereat cũ damno emptoris. l. 54. tit. 5. par. 5.

2 Reconuentio † non fit coram iudice delegato electo de conſenſu partiũ de iure communi. Gome. in c. diſpendia. nu. 33. de reſcr. in 6. De iure autem regio videtur contrarium per. l. 20. tit. 4. par. 3. Sed l. 20. rectè intuenti nõ contrariatur communi opinioni, immo dict. l. eſt intelligenda, quando delegatus impetratur ab vna parte, per rationem. l. Papianus. in fi. C. de ſentẽ. vbi dicitur, quòd eligens iudicem pro ſe, non debet dedignari habere cõtra ſe, cũ autẽ de conſenſu partiũ fuerit electus, nimirũ ſi nõ habet locũ recõuentio. vt per Panor. in c. 1. de mutu. peti.

3 Reductio † ad arbitrium boni viri de iure ciuili poteſt peti vſq; ad triginta annos, quam dicit cõmunem in. c. à iudicibus. 2. q. 6. Et Balb. de præſcrip. 4. part. 4. par. q. 33. De iure regio debet peti intra decem dies ex. l. 35. ti. 4. part. 3. Sed Petrus Nunius in Alphabeto Hiſpañ. in verbo. Aluedriadores. hoc dicit verum in arbitris, non tamen in arbitratoribus, quem vide.

4 Recuſatio † iudicis de iure ciuili requirit iuramentum, etiam ſi à parte non petatur. l. apertiſsimi. C. de iudic. De iure partitarum nõ tenetur iurare ſi à parte nõ petatur. l. 21. ti. 4. par. 3. Hodie tamen per. l. 1. ti. 5. lib. 3. ord. tenetur

iurare,etiam ſi non petatur, quia per ſolum iuramentum iudices recuſantur.approbata glo.in.d.l.apertiſsimi.

5 Nota, ꝙ recuſato iudice ordinario de iure ciuili epiſcopus adiungebatur cum iudice recuſato. vt in authen. ſic verò contingit. C. de iudi. De iure regio per dict.l.1.tit.5. in cauſis ciuilibus aſſociatur iudex ordinarius cum vno bono homine loci,& in criminalibus cum duobus ex Decurionibus ciuitatis vel loci,& vide.l.22.ti.4.par.3.

• §. Nota hãc communem & præcedentem pro intellectu.l.vlti.in curijs Matritijs de anno.1534. quæ loquitur de apocha recognita.

250 Nota, quòd executionem habet paratam

ratam promiſsio pura, licèt ſit reſoluenda aduentu conditionis. Soci. in l. pecuniá. in verb. vlti. nota. ff. ſi cer. peta. communem dicit ex gloſ. in. l. 2. ff. de in di. adie. quam communẽ deducit ad quæſtionẽ, quando in inſtrumento eſt promiſſa certa quantitas, cum hoc, quòd ſi facto calculo minùs debeatur, quòd reſoluatur, habet nihilominus executionem paratam inſtrumentum ex notatis per Bar. in. l. Iulianus. in fi. ff. de códi. indebi. & de hoc dict. Soci. meminit Thomas Gramma. in deci. 58. nu. 11.

251 Nota, quòd ſi ſecundum formam ſtatuti inſtrumẽtum habet executionem paratam, non ſolùm in expreſsis ſed in tacitis mandabitur executioni. Cur. Iuni. in. l. ſi. C. de edi. diui Adri. n. 50. communem dicit ex Alex. in. l. iuris gentium. §. quòd fere. ff. de pact. Sed contra iſtam communem eſt dictũ Bal. in. l. generali. C. de ſacroſan. eccle. communiter approbatũ, vbi dicit, ꝙ expreſſum à tacito non differt niſi in executione. Sed cõtra dictum Bal. & pro noſtra cõmuni eſt dictum ſolẽne eiuſdem Bal. in. l. ad probationẽ. la. 1. C. de probatio. vbi dicit, quòd inſtrumentum dotis etiam habet tacitam ſtipulationem pro reſtitutione dotis à lege ſubintellectum, quod cõmune dicit Alex. in. l. iuris gentiũ. §. quòd fere. ff. de pa. & per plura comprobat in con. 126. vo. 6. per totum & illa ſtipulatio ſubintellecta mandabitur executioni. Sed Deci. in cap. tranſlato. de conſti. nu. 4. dicit veriorem opinionem Anto. ibi dicentis virtualiter intellectum non cõprehendi ſub expreſsis, & nõ mandabitur executioni virtualiter cõprehenſum, & ſi contrariũ ſit in ſtipulatione ſubintellecta in inſtrumento dotali, ꝙ illud procedit fauore dotis. Sed pro cõcordia vi. Feli. in dict. cap. trãſlato. nu. 3. vbi diſtinguit, dans regulam generalem, ꝙ illud, quod reſultat, habetur pro expreſſo, per. c. cùm olim, de cenſi. exceptis in duobus caſibus. Primus, quando virtualiter comprehenſum non infert de neceſsitate, ſed in argumentum & perſuaſiuè. Secundus, quando lex vel ſtatutum facit mẽtionem de tenore: quia quod virtualiter elicitur, non dicitur de tenore. vt per gloſſ. in. l. iuris gentium. §. quòd fere. ff. de pactis. Et vi. in verb. virtualiter. num. 57.

252 Executionem ſi inſtrumentũ publicum habet paratam ex forma ſtatuti, non procedit contra clericos in foro ſuo. Coua. in quæſt. pra. quęſt. 8. n. 5. cõmunẽ dicit ex Feli. in. c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. nu. 8. de conſtitutionibus, & vltra docto. relatos per dict. Feli. idem tenet Pau. de Caſtro in. l. Cauſaque. C. de epiſco. & cleri. Roderi autem in lectura legis Toleti poſt legem. poſt rem iudicatam. ff. de re iudi. amplia. 8. indiſtinctè tenet dict. l. habere etiam locum contra clericos in foro ſuo. Et Coua, in his regnis repellit cõem opinionem, ſentiẽs cum Bar. in. l. cunctos populos. C. de ſumma trini. habere executionem paratã, ex regula tradita ab Imol. in. c. cõtinebatur. de his quę fiũt à prę. ſine cõſen-

Ca:

Ca. & Iaſ. in. l. quotiens. de rei ven. C. nume. 24. & Hoſtienſ. & Ioan. And. in. c. vlti. de ſolu. quòd lex imperatoris aut principis iura imperij habentis, quæ generalis eſt, nec damnum infert ſpeciale clericis, & in foro eccleſiaſtico ſeruanda ex cap. 1. de no. ope. enuncia, & ſic lex Toleti de executione inſtrumenti publici ſeruabitur in foro eccleſiaſtico cõtra clericos. Vnũ tamen eſt, quod deciſioni refragatur, quòd clericus cùm non poſsit incarcerari pro debito pecuniario, vt tenet Ioan. And. in. c. ſi clericos. de ſenten. excommu. in. 6. de quo per Matheſila. ſing. 60. & ſic forma ſtatuta contra clericos debitores per ius canonicũ per. c. Odoardus. de ſolu. nimirum ſi ſi clericus non poſsit incarcerari, vt nominet bona, in quibus fiat executio, iuxta conſuetudinem executionis; & det vel nominet fideiuſſorem de ſaneamiento, & ſic dimiſſo ordine bona eius debent mandari executioni, & clericus non poterit incarcerari. Quod relinquo cogitandum. Et ſi verum hoc eſt, cùm quanto periculo ſuæ conſcientiæ iudices eccleſiaſtici clericos incarcerant pro debito pecuniario, cùm ipſi inuoluantur in ſententiam excommunicationis. vt notant doct. in. c. fame. de ſenten. excommu. cùm non poſsint detineri ſine cauſa.

253 Executionẽ impedit exceptio nullitatis propoſita incidenter. Sebaſtia. Van. de nulli. proceſ. verſ. quibus modis nulli. propo. nume. 32. communem dicit.

254 Intellige iſtam communem, ſi intra breue tempus de nullitate conſtet, aliàs non. Couarruuias in cap. 25. in quæſtio. practicis. nume. 1. communem dicit ex Rota. deciſio. 208. in nouis. & Bar. in. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi.

255 Fallit in executione trium ſententiarum conformium, ſi ex actis non apparet nullitas. Idem ibi. nu. 2. communem dicit ex Bald. in. l. 1. C. ne. liceat tertiò prouocare. & Philip. Fran. in cap. dilecto. de appella. quæſtio. 52. & ſic præcedens opinio eſt tenẽda in vnica ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam. vt notat Alexand. Iaſ. & Ripa in dict. l. 4. §. condemnandum. nume. 15.

256 Amplia iſtam communem, etiam in ſententijs criminalibus, quorum grauamen poteſt reuocari, vel reparari. Couarruuias ibi. nume. 3. communem dicit. ex gloſſ. in clementi. 1. de re iudica.

257 Amplia ſecundò in tribus ſententijs interlocutorijs. Couarru. ibi. communem dicit ex Rota deciſ. 13. in no. & gloſ. in dict. clemen. 1.

258 Executionem impedit reſtitutio in integrum, & ſi requirat altiorem indaginem. Iaſ. in. l. qui ſe obtulit. §. condemnatum, nume. 27. ff. de re iudica. communem dicit. & vide Dida. Perez in. l. 5. titu. 8. libr. 3. ordina. col. 1111. qui licèt hanc communem non referat, tamen concludit etiam circa dictam. l. 5. reſtitutionem in integrum impedire executionem inſtrumenti guarentigij. Quod nota.

259 Exhæredatio appoſita poſt omnes gradus, refertur ad omnes gradus ſuperiores ex præſumpta voluntate teſtatoris, quæ præſumptio eſt iuris, & non de iure, quin non admittatur cōtra eam probatio in contrarium. Segura in.l.3.§.fin. ff. de libe. & poſthu. nu.82. communem dicit.

260 Exhæredare poteſt pater filium ex iniuria verbali per filium ei facta. Curti. Iuni. conſil. 148. nume.1. communem dicit.

• §. Concordat cum.l.4.tit.7.par.6.

261 Nota, quòd ſi filius poſtquam com miſit ingratitudinem, ex qua poſsit exhæredari, ſi viuo patre pœniteat, non venit exhæredandus. Pyrrhus in conſue. Aureli. de ſucceſsi.c.25. communem dicit.

262 Exemplum inuentum in archiuo publico facit fidem. Bello. conſil.57. communem dicit ex Angel.& Iaſ.in authen.ſi quis in aliquo documento. C.de eden.

263 Amplia, quando eſt confectum exemplum ab eodem notario, qui originalem confecit. Iaſ. in dict. auth. ſiquis in aliquo. num.3. communem dicit. & vi. in verbo. Protocolum infra. nume.

264 Expenſæ rei, qui abſolutus eſt ab inſtantia propter abſentiam actoris, ſunt deducendæ de expenſis actoris ſententiæ diffinitiuæ. Iaſ. in.l. properandum.§.& ſi quidem.num.21. de iudi. communem dicit.

265 Nota, quòd victus debet condemnari in expenſis, etiam ſi à principio iurauerit de calumnia. Couarruui. in cap. 27. nume. 1. in quæſtio. practi. communem dicit ex Bart. in.l.1.§.1.ff. ad Turpi. & Abba. in.c. finem litibus. nu.21. de dolo & contu.

• §. Contrarium diſponitur per.l.7. ti.22.par.3. Sed Couarruuias dicit vſu receptam noſtram communē. Cap. 3. autem in curijs de Segouia de anno.1532. ſtatuitur, quòd reus in expenſis condemnetur, niſi ex aliqua iuſta cauſa, & ſic generaliter loquitur.

266 Amplia primò communem & in cauſis criminalibus. Idem Couarruuias num.2. verſ.4. communem dicit ex Bart. in.l.1.ff. ad Tertu. & gloſ. in cap. finem litibus. de dolo & contuma. & communem etiam dicit Hippoly. in.l. patre vel matre. nume.18. ff. de quæſti.

267 Amplia ſecundò in ſententia interlocutoria. Idem Couarruuias ibi. in verſic. quinto hæc condemnatio. communem dicit. ex gloſſ. & Panormitano in dict. capit. finem litibus. & Iaſ. in. l. properandum. §. ſin autem. C. de iudi.

268 Fallit primò, ſi iuſtam cauſam habuit litigandi, etiam ſi per ſtatutum ſit cōſtitutum, quòd victus victori in expenſis condemnetur. Felinus in cap.1. de reſ. nume.15. communem dicit ex Panormitano in capit.1. de cogna. ſpirituali. Contrarium, immo quòd ſi per ſtatutum ſit determinatum, quòd debet condemnari, & ſi habeat iuſtam cauſam litigandi. Hippoly. ſingu.207. & Gome. in cap.1. de conſti. in.6. num.218. communem dicit. Sed magis cōmunis apparet prima,

ma, ex citatis per Couarru. in cap. 27. in. q. practi. num. 4.

269 Fallit ſecundò, ſi expenſæ non fuerint petitæ, quia iudex non tenetur in eis condemnare

270 Coua. in dict. cap. 27. nume. 5. communem dicit ex gloſ. in cap. vlti. de reſ. & Panor. & Feli. in. c. ſignificauerunt. de exceptioni.

271 Nota, quòd ſi expenſæ ſunt petitæ, ſi iudex ſuper eis non pronuntiauit, dicitur illas omiſiſſe. Couarruuias in cap. 25. num. 6. in quæſtio. practi. communem dicit ex Imol. & Feli. in cap. ſignificauerunt. de excepti. & l. 1. C. ſi aduer. rem iudi.

272 Nota, quòd expenſæ, quæ debentur ratione victoriæ, ſiue ante ſiue poſt litem conteſtatam factę, debentur officio iudicis, quæ autem debentur ratione contumaciæ factæ ante litis conteſtationē, debentur iure actionis, poſt litem conteſtatam debentur officio iudicis. Couarruuias in dict. c. 27. communem dicit ex Ripa in. l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 82. ff. de damno infecto.

273 Nota, quòd iudex poteſt ſibi reſeruare non ſolùm taxationem expenſarum, ſed etiam condemnationem. Petrus Rauen. in alpha. aure. in verb. Iudex. communem dicit ex Alexand. in. l. Paulus reſpondit. ff. de re iudi. & gloſ. in. l. terminato. C. de fru. & litis. expen. & Inno. in cap. finem litibus. de do. & contu. & Anto. in cap. 1. de ſeque. poſſe. & fru. & Bald. in authenti. generaliter. C. de epi. & cle.

274 Expreſſum non ſolùm dicitur illud, quod verbis inſinuatur, ſed etiam illud, quod ſignis euidentibus colligitur. Iaſ. in. l. prætor ait. nume. 5. ff. de ope. no. enun. communem dicit.

275 Extenſio de vno caſu ad alium nō prohibetur, & ſi in caſu extenſo ſit maior ratio. Gomezi. in capit. ſtatutum. nume. 39. de reſ. in. 6. communem dicit.

276 Amplia in facultate diſpenſandi, quia ex identitate rationis extenditur de vno caſu ad alium. Ripa in lib. 3. de reſ. cap. 1. nume. 4. communem dicit.

277 Amplia ſecundò in correlatiuis, quia licèt lex ſit pœnalis, extenditur de vno caſu ad alium.

278 Limita in correctorijs, quia etiam ex maioritate rationis non extenditur. Iaſ. in. l. de quibus. nume. 14. ff. de legi. & in authen. quas actiones. nume. 21. C. de ſacroſanct. eccleſ. communem dicit.

279 Reſtringe iſtam limitationem, niſi aliàs fiat extenſio de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam, quia & in correctorijs fit extenſio. Iaſ. in rubri. de re. iudi. nume. 3. ff. communem dicit.

280 Reſtringe ſecundò, quando agitur fauore animæ, & pro ea ſaluanda, quia fit extenſio ſine aliqua diſtinctione. Curti. Iuni. in. l. 1. num. 80. ff. de offi. eius cui. man. eſt iuriſ. communem dicit.

281 Reſtringe tertiò, quando lex noua correctoria reducit nos ad legem an-

tiquam, quia tunc tanquam fauorabilis eſt extendenda. Cur. Iuni. conſ. 99. nu. 3. communem dicit.

282 Reſtringe quartò in. l. noua æquiparante duos caſus, quia diſponens ſuper vnum, cenſetur diſponere ſuper alium. Curti. Iuni. conſi. 150. nu. 4. communem dicit.

283 Reſtringe quintò, quando ratio expreſſa legis correctoriè extenditur ad alium caſum, & ſi non comprehendatur ſub lata ſignificatione vocabuli. Aimon de antiqui. part. 4. nume. 86. communem dicit ex Iaſ. in. l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verbo. obliga.

284 Extimatio facit emptionem. Boe. deciſ. 327. nu. 11. communem dicit.

285 Ex quo recipiens rem commodatam extimatam tenetur de omni periculo. Anto. Gomez de contracti. c. 7. num. 1. communem dicit ex Bar. & Paul. in. l. Si vt certum. §. nunc videndum. ff. commoda.

F.

1 FACTVM alienum promittens, non valet promiſsio, niſi adijciatur pœna, quia valet quo ad pœnam. Curti. Iuni. conſil. 114. communem dicit. & vi. in verb. Promittens. nu. 564. cum ſequen.

2 Falcidia, quæ debetur hæredi ex legatis, ſi teſtator dicit, quòd integrè legatum ſoluatur, tenetur hęres dimittere. Iaſ. in. l. cùm quis. nume. 5. C. de iu. & fa. igno. communem dicit.

3 Nota, quòd eccleſia inſtituta hæres. detrahit falcidiam à legatis alteri eccleſiæ factis. Couarruui. in. c. poſſeſſor. part. 2. §. 2. nume. 4. de regul. iur. in 6. commmunem dicit ex Panormita. in cap. in præſentia. de proba. & Deci. ibi. num. 27.

4 Falſum committens in cauſa, perdit cauſam, quæcunq; cauſa vel perſona ſit. Boeri. deciſ. 291. num. 3. communem dicit. nec hoc ſpeciale eſt in fiſco, ſed generale in omnibus. Alexan. in. l. diuus. ff. de re iudi. nu. 7. cōmunem dicit poſt gloſ. in. l. fraudem. §. quotiens. ff. de iu. fiſci.

• §. De iure regio punitur pœna falſi. l. 3. titu. 12. lib. 4. fo. ll. quæ pœna habetur in. l. 13. tit. 8. lib. 2. fo. ll. & iudex poteſt punire producentes ex officio. l. 28. tit. 1. part. 7. & teſtes punire, & ſi nō petatur. l. 42. ti. 16. par. 3.

5 Intellige, ſi corrupit, vel falſificat acta, ſecus tamen ſi falſificat inſtrumenta, vel corrupit teſtes. Idem Boeri. num. 3. & Deci. in rubri. de proba. nu. 3. communem dicunt.

6 Fama facit ſemiplenam probationem. Ioannes Coraſ. in. l. admonendi. ff. de iureiuran. nume. 8. communem dicit.

7 Fama ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturam. Hippoly. ſing. 97. & Mar. Anto. in. l. fi. de quæſti. ff. in indicijs ex proceſſu communem dicit ex Iaſ. in. l. admonendi. nu. 251.

• §. Cōcordat cum. l. 3. ti. 30. par. 7. quæ requirit cum fama, quòd delinquens ſit vilis.

8 Nota,

8 Nota, ꝙ fama ſola in antiquis probat dominium. Aimon de antiquitate. par.1.ver. Viſo in hac parte. nume.3.& Deci.in cap.1.de appel. nume.18. communem dicunt.& vi. octo caſus relatos per Deci. in dict.cap.1. vbi in alijs fama plenè proberit, quos reaſſumit Cora.in.l. admonendi. in fi.ff. de iur.iurand.

9 Amplia, quòd non ſolùm probat dominium in antiquis, ſed ſufficit ad probandum dominium de præſenti. vt ſi volo probare meum dominium, ſufficit quòd probem de dominio antiquorum per famam. Idem Aimon ibi.num.4.communem dicit ex Deci. conſil.428. reiecta concor. de qua per Ripam in.l.remq; nobis.ff. de acquiren.poſſeſsio.

10 Nota, quòd antiquum in hoc caſu eſt quod excedit metam centum annorum. Idem Deci.in dict. c.1. communem dicit ex Imo.in cap. veniens. el.2.de teſti.

11 Fama ad hoc quòd dicatur eſſe probata, requiritur quòd teſtes dicant ſe audiuiſſe à maiori parte populi. Curti. Iunior conſi.122.nume.9. communem dicit. Nota, quòd ad probãdam famam tria requirũtur præcipuè. Primum, quòd teſtis dicat à pluribus audiuiſſe, & nominet particulariter aliquas perſonas, & ſi non fuerit interrogatus. Innocen. in cap. qualiter.& quando.el.2.de accuſa. Bar.in.l.de minore.§.plurium.ff. de quæſti. Secundò requiritur, quòd teſtis dicat audiuiſſe à maiori parte populi, vt in hac communi. Tertiò, quòd teſtis exprimat cauſam propter quam fama ſit orta. Salice.in.l. ea quidem.C. de accuſa. Item requiritur & quartum, ꝙ fama præceſſerit accuſationi, vel libelli oblationi in ciuilibus. Ancha. conſi.252.& Hippo.ſing.97.& in practi.§.diligenter.nume.8.& conſil.20. & Thoma. Gramma. vo.34.& Mar. Anto.in.l.fin. in verb. Fama, nume.111.cum ſequen.de quæſti.ff.& alij per eos relati.

12 Familia eccleſiæ non gaudet priuilegio fori, ſecus tamen in familia epiſcopi. Panor.in.c.2.de fo. com.nu.6. communem dicit.

§.Nota hanc communem & vi.l.51. tit.6.part.5.

13 Famulus durante infirmitate non habet ſalarium. Panormita.in capit. 1.de cleri. ægrotan.nume.6.communem dicit.

§.Lex.7.tit.2.part.5.in commodato equo ſi infirmatur, diſponit, quòd expenſis domini tam in medicamentis quàm in magiſtro medetur.

14 Feudum ſi proceſsit à fœmina, fœmininũ eſt iudicandum. Ripa in.l.1. de legi. reſpon.1. nume.74. communem dicit.

15 Feudum hæreditarium non tranſit niſi ad eos, ad quos hæreditas tranſit. Alexan. conſil.10. vo.3. communem dicit.& Pariſ.conſ.1.num.6.& Deci. conſ.395.& Bar.in.l.iuſiurandi.§. ſi liber.ff.de ope.liber.

16 Feudum antiquum & paternum dicitur, ſi acquiſitũ ſit per prędeceſſores. Pari.conſ.2.num.1.vo.1. communem dicit ex Deci.conſi.53.

17 Amplia, quòd si per longum tempus sit possessum, præsumitur antiquũ. Idem ibi nu. 2. communem dicit ex Alex. consi. 15. vo. 5.

18 Feudum si cõcedatur iure antiquo & paterno, censetur antiquum & paternum. gloss. in l. 7. in verb. Que fuesse dado al padre. tit. 26. par. 4. communem dicit ex Fran. Cur. de feu. par. 4. vel in octauo principaliter quæro.

19 Feudum si concedatur pro se & hæredibus, intelligitur pro filijs & descendentibus, non tamen pro extraneis concessum. Pari. consi. 2. nu. 25. vo. 1. cõmunem dicit ex Felin. in c. in præsentia. de probat. & docto. in l. Gallus. §. & si parente. de libe. & posth. ff.

20 Nota, quòd si feudum concedatur pro se & hæredibus quibuscunq;, & sit cum verbis generalibus, potest transire ad fœminas, & non est restringendum, sed ampliandum. Carol. Moli. in addi. ad Alex. consi. 30. vo. 1. in verbo, quibuscunq;. communem dicit.

21 Feudum & si sit antiquum, agnati transuersales non succedunt nisi ad septimum gradum. Iason in l. certum est. nu. 3. C. vnde legi. communem dicit.

22 Fallit, si sit concessum pro se & descendentibus, quia tunc excedit decimum gradum. Coua. in reso. lib. 2. c. 5. nu. 4. communem dicit.

23 Feudum concessum pro se & hæredibus, dicitur hæreditarium. Paul. Paris. consi. 3. num. 13. vol. 4. & consi. 4. nu. 27. communem dicit.

24 Feudum hæreditarium hoc habet in se, vt nullus admittatur nisi hæres illius primi inuestiti, vel illius præ defuncti, vel solius portione tractatur. Paris. consi. 2. nume. 26. vol. communem dicit ex Alexan. consi. 10. vo. 5. & idem Parisius consi. 3. nume. 27. vo. eo.

25 Feudum hæreditarium venit in restitutione fideicommissi, nisi sit talis. Paris. consi. 3. vo. 1. nume. 26. communem dicit ex Bal. in l. cùm virum. C. de fideicommis.

26 Feudum cõcessum à principe cum clausula, quòd tale feudũ habeat naturam paterni & auiti, iudicatur vt antiquum & auitum, vt in illo succedãt qui possunt succedere in antiquo & auito. Ias. consi. 1. vo. 3. & in vsi. feudo. nu. 90. communem dicit.

27 Nota, quòd receptum pro se & successoribus & hæredibus, venit in restitutione fideicommissi. Cur. Iuni. cõs. 183. nu. 6. communem dicit.

28 Clausula in inuestitura inserta, cui dictum ius dare voluerit, operatur, quòd inuestitus posit disponere de feudo sine noua licentia domini. Paris. in d. cons. 3. num. 29. communem dicit ex Deci. cons. 193.

29 Nota, quòd si ratione feudi non debentur seruitia, ita succedit masculus, sicut fœmina. Pari. consil. 4. nume. 19. vo. 1. communem dicit ex Bal. in c. 1. § quia vidimus. col. vlti. qui feu. dare possunt. & Roma. sin. 178. incipiẽ. Hodie fœmina.

30 Feudum emptum ex pecunia, non dicitur propriè feudum, & succedit fœmina. Paris. in d. consi. 4. nu. 30. cõmunem dicit ex Fran. Cur. Iu. de feu. Char. 23. ver. tertiò limitate.

31 Nota, quòd hæres vaſalli ſiue filius ſiue extraneus agit petitione hæreditatis ad feudum contra poſsidentem. Gozad.conſi.7.num.11. communem dicit ex gl.in.l.item videndum.§.fi.in verbo Iura.ff.de peti.hære.

32 Nota, quòd ius accreſcendi nõ habet locum in feudis. Cur.Iuni. de feu. in.2.par.num.70.&.73. communem dicit contrariam, immo quòd ius accreſcendi habeat locum in feudis. dicit communem Iaſ.in.l.ſed mihi & Titio.ff.de verbo.obliga. Sed magis communnem dicit primam Caro.Moli.in addi.ad Alex.conſ.30.in verbo, Accreſcendi.vo.1.

33 Fallit tamẽ in feudo concesſo à principe.Cur.in dict.2.par.num.72.com munem dicit ex Barba.in.c.2.de feu. licèt ipſe defendat contrarium.

34 Nota, quòd feudum non amittitur, & ſi ſeruitia debita non ſoluãtur. Iaſ. in vſi.feu.nu.61. magis communem dicit, licèt ipſe diſtinguat inter ſeruitia perſonalia & realia: quia ſi perſonalia non ſoluantur, non perditur. In realib9 diſtinguit. Aut ſunt parui pretij, & non perditur: ſi aũt ſunt maximi, perditur. Quod nota.

35 Feudum nec generaliter nec expreſſè nec tacitè obligari poteſt. Ripa in l.obligatione.num.36.de pigno.ff. & Fanus de pigno.mem.2.par.2.nu.46. communem dicit.

36 Nota, quòd fructus rei feudalis nõ poteſt locari. Zazi.in epi.feu. part.2. num.12. communem dicit. Si tamen inter partes ſit conuentum, quòd nõ tranſeat dominium, vel ſit vſque ad nouennium, tenet locatio. Et ſic debet intelligi glo.in.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.3. quæ dicebat locationem non eſſe alienationem.

37 Nota, quòd perſonæ particulares etiam non cõſtitutæ in dignitate poſſunt proprias res particulares in feudum concedere. Curti.Iuni.in.de feu. in.2.par.2.par.de feu.in quæſtio.4.nume.13. magis communem dicit ex Bald.in cap.1.qui feu.dare poſ.in vſi. feu. Et hoc enim dicit etiam communẽ gloſ.in.l.3.tit.26.par.4. quæ lex ſolùm exprimit regem, imperatorem, & magnates, epiſcopos, ac archiepiſcopos, ac alios prælatos.

38 Nota, quòd in feudis non poteſt alteri ſtipulari, niſi pro fratre. Curti.Iuni.de feu.part.2.par.2.nume.56.communem dicit ex Salicet.in.l.fi.C.res inter alios.

39 Nota, quòd in feudis poſſeſsio non transfertur per inueſtituram in præſentia rei factam: gloſ.in.l.4.titu.26. part.4.in verb.Con vna ſortija. communem dicit ex gloſ.in cap.ex ore. de inſtitu.

40 Nota, quòd vaſallus tenetur defendere dominum etiam iniuſtè rixantem. Secus tamen eſt in alio, qui tenetur iuuare.gloſ.in.l.5.titu.26.par.4.in verb.Contra el à tuerto, communem dicit ex cap. domino guerram, rubri.hîc finitur lex Fede.in vſi.feu.

41 Vaſallus tenetur poſt mortem patris comparere coram domino intra annum & diem ad iurandum fidelitatem domino, etſi prædeceſſor præſtiterit iuramentum pro ſe &

hæredibus.gloſ.in.l.10.tit.26.par.4.in verbo, Año y dia. communem dicit ex Ioan.An.in.c.veritatis. de iu.iurã.

42 Nota, quòd filius exhæredatus excluditur à feudo hęreditario,quando iuſtè ex cauſa expreſſa ſit exhæredatus.Paul.Pariſ.conſ.1.num 8.vo.1. cõmunem dicit ex Ang. in auth. de nupti.§.ſoluto.

43 Trãſactio ſuper feudis valet,etiam ignorante domino, quando Vaſſallus retinet feudum,& aliquid dat. Pariſ.conſ.1.vo.1.num.133.magis cõmunem dicit ex Soci.conſ.87.ex.l.ſi profundo.C.de tranſacti.

44 Feudalia bona in dubio non creditur, ſed potiùs allodialia. Curti. Iuni. conſ.184.nu.1.communem dicit.

45 Amplia, etiam ſi feudum ſit factũ de caſtro cum omnibus ſuis pertinentijs, quia bona ſita in dicto territorio non dicuntur feudalia, niſi probetur contrarium.Bello.conſil.10.nume.11. communem dicit.& Curti.Iuni.cõſ. 108.&.158.&.184.& Matthæ.de Affli. deciſio.267.

46 Feudales conſuetudines ligant eccleſiam,& perſonas.Cur.Iuni.conſil. 177.nu.10.communem dicit.

47 Feudalia bona ſi reuertantur ad eccleſiam, poſſunt de nouo infeudari, non ſolùm extraneis, ſed etiã conſanguineis prælatorum, dummodo ſint perſonæ honeſtę,& non eccleſijs oneroſæ.Zazi.de feu.par.5.num.51. communem dicit ex glo.in cap.decenter. 80.diſtin.& Panor.in.c.vt ſuper.de re eccle.non alie.& vi.in verbo. Alienatio.nume.112.

48 Fictio ad hoc q̃ habeat locum, requiruntur duo extrema habita.Iaſ.in l.1.nu.123.ff.de vſu.communem dicit.

49 Fictio duplex circa eãdem rem minimè concurrit. Anto. Gomez in.l. 45.Tau. nu.92. cõmunem dicit ex gl. in.l.eum poſt.§.gener.ff.de iu.doti.

50 Fideicõmiſſum reſultat ex ſola mẽte teſtatoris coniecturata,& ſi ex verbis non conſtet.Cur.Iuni.conſ.121.nume.10.communem dicit.

51 Amplia ad hoc q̃ admittantur,qui non admitterentur & repellãtur qui non repellerentur. Idem.Iuni.conſil. 69. nu.2.communem dicit.

52 Fallit,ſi ratio recti ſermonis hoc nõ patitur.Idẽ ibi.nu.2.cõmunem dicit.

53 Fideicommiſſum profectitium ſi relinquatur à patre filio inſtituto etiam hodie tenet.Ripa in.l. cum filiofamilias. ff. de leg.1. nu.64. & Baue. num. 51.communem dicũt. vbi eſt text.pro hac communi.

54 Fideicommiſſum profectitium relictum filio inſtituto in poteſtate, videtur delatum in tempus, quo filius erit ſui iuris. Baue.in dict.l. cum filio. nume.51. & Maria.in verſi. iam ergo. nu.10.communem dicit.

55 Fideicommiſſum profectitiũ quando filius erat ſub poteſtate inſtitutus, capit vires à perſona patris, & pater detrahit Trebellianicam etiam ab ipſo filio.Ripa in.d.l. cum filiofamilias. nu.67.cõem dicit.Sed ſibi nõ placet, & dicit cõtrariam veriorem de iure.

56 Fideicommiſſum iudicatur profectitiũ, qñ hæreditas erat profectitia. Baue.ibi.nu.51.communem dicit.

57 Fidei-

57 Fidei comiſſum aduentitium à patre filio in poteſtate inſtituto nõ tenet reſpectu proprietatis, cuius eſt capax filius, niſi filius repudiauerit hæreditatem aduentitiam, quia tunc acquiritur patri in totum. Maria. in verb. Veniamus. nu. 23. in dict. l. cum filiofamilias. communem dicit.

58 Ex quo ſequitur, quòd valet reſpectu vſufructus patris. Mari. in dict. l. cum filio. num. 31. & Ripa. num. 70. communem dicit.

59 Fideicommiſſum, ſiue donatio facta filiofamilias vt ſoluatur ipſi filio, inducit, quòd pater non acquirat vſufructum. Mari. ibi. num. 32. communem dicit.

60 Fideicommiſſo reſtituto filiofamilias inſtituto à patre grauato, vtiles actiones trãſeunt in filium. Ripa. ibi. nu. 72. & Iaſ. nu. 165. & Mari. num. 40. communem dicit, & tranſeunt ex Trebelliano. Baue. ibi. num. 63. communem dicit.

61 Fideicommiſſo relicto ſi ſine filijs deceſſerit patre ac filijs naufragio pereuntibus locum habet fideicommiſſo, ſi dubitetur quis prior perierit, nec onus probationis incumbit fideicommiſſario, quia præſumitur pater prius deceſsiſſe. Alci. in tra. de præſum. reg. 1. preſum. 49. nu. 6. communem dicit.

62 Fideicommiſſum relictum alicui ſi ſine filijs deceſſerit, expirat relictis filiabus. Cur. Iuni. conſi. 139. num. 14. communem dicit.

63 Fallit ſtante ſtatuto, quòd fœmina excludatur exiſtẽtibus maſculis, quia videtur teſtator ſecundum diſpoſitionem ſtatuti ordinare. Alci. de verb. ſigni. li. pa. 21. communem dicit.

64 Fideicommiſſum relictum eis qui ſunt de familia, intelligitur ei relictũ, qui in agnatione vel familia tenet primum gradum & proximiorẽ. Alex. con. 88. nu. 11. vo. 1. communem dicit.

65 Fideicommiſſum relictum ab vltimo morienti, videtur facta inſtitutio reciproca inter inſtitutos. Cur. Iuni. con. 111. nu. 4. communem dicit.

66 Nota, quòd quando teſtator ordinat, quòd ſua bona vſque in perpetuũ remaneant infraſcriptis filijs & hæredibus & eorum deſcẽdentibus, reſultat fideicommiſſaria ſubſtitutio. Cur. Iuni. conſi. 111. nu. 20. communẽ dicit.

67 Item tacitum fideicommiſſum reſultat ex diſpoſitione teſtatoris iubentis, quòd bona ſint communia inter aliquos. Cur. Iuni. conſi. 115. num. 4. communem dicit.

68 Fideicommiſſum vniuerſale tranſit in eccleſiam vel ciuitatem abſque reſtitutione. Iaſ. in. l. vt interdum. num. 11. C. de ſacroſan. eccle. cõem dicit.

69 Fideicommiſſum iniunctum filio à patre ſi ſine filijs deceſſerit, expirat decedente inſtituto cum nepotibus. Soci. con. 226. nu. 6. communẽ dicit.

70 Nota, quòd in fideicommiſsis filius non intrat locõ patris. Io. Duran. in arte teſtan. tit. 5. cau. 27. nu. 1. communem dicit, licèt dicat contrariam veriorem. & vi. in verbo, Filius. nu. 133.

71 Nota, quòd hærede aliquo quãdiu vixerit, & quòd poſt mortẽ reſtituat alicui, reſoluit hæc diſpoſitio in fideicõmiſsũ. Soci. cõ. 14. n. 7. cõem dicit.

72 Fideicommiſſum, quod venit in cauſam caduci, remanet apud eos, à quibus relictum eſt, niſi ſuccedat ſubſtitutus vulgaris, vel coniunctus. Cur. Iuni. conſi. 96. num. 5. communem dicit ex gloſ. in. l. vnica. §. 1. de cadu. tollen. C.

73 Amplia ad legatum. Idem ibi. communem dicit.

74 Fideicommiſſum vniuerſale ſuſtinetur ex auth. ex cauſa. C. de libe. præte. Cur. Iuni. con. 125. nu. 2. & 128. communem dicit. & Iaſ. in. d. auth. nu. 11.

75 Fideicommiſſum non dicitur reſolutum vel renuntiatũ per diuiſionem factam inter fratres, & ſi promiſſum ſit non contraueniri diuiſioni. Bello. con. 19. communem dicit ex Bar. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. quæſt. 1. de verb. obli. ff. & Deci. con. 86. num. 4. Ludo. de Goza. con. 36. nu. 12. & Deci. con. 79. communem etiam dicunt.

76 Fallit, ſi fideicommiſſarius ſciebat ad eum pertinere, & diuiſit, quia videtur reſolutum. Bello. in dict. con. 19. num. 10. communem dicit ex Bar. in dict. §. duo fratres.

77 Fideicommiſſarius ſi cõſentiat alienationi rei ſibi ſub cõditione relictæ, adueniente conditione, agit ad pretium, ſi res alienata ſit. Cur. Iu. con. 9. nu. 2. communem dicit.

78 Fideicommiſſarius licèt non poſsit propria authoritate intrare in poſſeſſionem fideicõmiſi ſed de manu hæredis, tamen ſi inueniatur in poſſeſsione ſine vitio, debet cõſeruari, ſi de fideicommiſſo fidem faciat. Cur. Iuni. con. 31. nu. fi. communem dicit.

79 Fideicommiſſarius, cui iniunctum eſt, quòd ſi ſine filijs decedat, quòd reſtituat, ſi ingrediatur monaſteriũ incapax ad habendum bona, ſtatim fideicommiſſum trãſit in ſubſtitutum, non expectata morte inſtituti. Crotus in. l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. nu. 13. ff. de libe. & poſth. cõmunẽ dicit.

80 Fideicõmiſſarius ſi ingrediatur monaſterium capax bonorum in communi, monaſterium habebit poſſeſſionem interim donec moriatur inſtitutus. Idem Crotus. nu. 15. cõem dicit.

81 Fideicommiſſarius nõ detrahit Trebellianicam fideicommiſſario ſecundo, ſi hæres primus detraxit Trebellianicam, ſecus tamen. Io. Duran. in arte teſtan. tit. 5. cau. 28. communem dicit.

* §. Nota iſtam communem ad intel. l. vlti. tit. 5. par. 6. & l. 8. tit. 11. par. ea.

82 Item non detrahit, quando teſtator prohibuit detractionem Trebellianicæ. Iaſ. con. 84. vo. 1. nu. 9. cõem dicit.

83 Item non detrahit, quando teſtator mandauit reſtituere plenam hæreditatem, vel quicquid ad eum peruenerit. Gozadi. con. 97. nu. 6. communẽ dicit. & vi. de hac Trebellianicæ detractione in verbo. Teſtator. num. 88. cum ſequen.

84 Fideicommiſſarius rogatus de reſtituendo, donans in vita, dicitur donare, & non reſtituere. Xuarez in. l. quoniã in prioribus. nu. 3. C. de inoffi. teſta. communem dicit.

85 Nota, quòd ſi fideicõmiſſarius, qui rogatus eſt reſtituere poſt mortẽ ſuã pauperibus, in vita reſtituat, non adimplet voluntatem teſtatoris. Deci. in. l.

in.l.maxim tempus.de.reg.iu.ff.communem dicit. Ard. Histony. Cagno. ibi nu.6. dicit magis communem contrariam, immo quod non adimplet. Sed pro communi deci. est communis ſupra proxima.

86 Fideicommiſſarius cum conditione, ſi filij teſtatoris nō ſuperuixiſſent, non tenetur probare non ſuperuixiſſe, quia lex praeſumit non ſuperuixiſſe. Alci. de praeſ. reg. pri. praeſumpti. 49. num. 6. in fi. communem dicit.

87 Fideicommiſſarius grauatus de reſtituendo, ſi cœperit dilapidare, compellitur reſtituere. l. Auguſti. Bero. queſt.72.num.3. communem dicit, & ſic. l. imperator. ff. ad Trebel. non ſolum habet.

88 Fideicommiſſarius poteſt compelli ad cōficiendum inuentariū per eum, ad quem fideicommiſſum eſt delatarum. Bo. quaeſt. 17. nu. 1. communē dicit ex gl. Bar. & Pau. in l. cum tale. ff. de cōdi. & demon. & Bal. in l. filium quem pat. in fi. C. fa. ercis.

89 Nota, quod in fideicommiſſarium tranſit vtile dominium, & non directum. Soci. in. l. 1. nu. 3. ff. ad Trebe. communem dicit.

90 Nota, quod adita hereditate, ſi fideicommiſſarius vniuerſalis decedat ante reſtitutionem fideicommiſſi, illud ad heredes tranſmittit. Alex. ibi. nu. 21. & Soci. nu. 3 ſ. & Iaſ. nu. 105. & Ripa. nu. 73. & Maria. in verbo, Deuenianus. nu. 44. ff. qui filio familias. ff. de leg. 1. communem dicunt.

91 Fideicommiſſum debitum ex clauſula codicillari, tranſmittit fideicommiſſarius vniuerſalis ad haeredes, ſi moriatur adita haereditate ante reſtitutionem. Mari. ibi. num. 46. communem dicit.

92 Nota, quod decedente vniuerſali fideicōmiſſario poſt mortem teſtatoris ante tamen aditionem haereditatis tranſmittit ius fideicommiſſi ad haeredes. Alex. ibi. nu. 24. & Iaſ. nu. 118. communem dicunt.

93 Fideicommiſſum conditionale nō tranſmittitur ad haeredes. Cur. Iuni. con. 79. nu. 1. & in con. 96. cōem dicit.

94 Amplia ad fideicommiſſum conditionale aſcendentis, quia non tranſmittitur ad deſcendentes. Cur. Iuni. con. 135. nu. 5. & Se. ni. con. 75. num. 4. communem dicunt.

95 Fallit, ſi aliud non appareat de mente diſponētis, quia tranſmittitur. Idem Iuni. num. 15. communem dicit con. autem. 114.

96 Nota, quod fideicommiſſum in certitudinis euentum non tranſmittitur. Io. Duen. in arte teſtan. tit. 3. cau. 5. nu. 3. communem dicit.

97 Nota, quod princeps non poteſt tollere clauſulas fideicommiſſorū. Couar. li. 3. reſo. cap. 6. nu. 7. communem dicit. Et de fideicommiſſis vi. in verbo. Subſtitutio. nu.

98 Fideiuſſor non dicitur idoneus, qui non habet immobilia, niſi fideiubeat pig. dium. Hippo. in rub. de fide. nu. 218. ff. communem dicit.

99 Nota itam communem ad intel. l. 1. ff. lib. 3. folk. quae loquitur de idoneitate fideiuſſoris.

100 Fideiuſſor inuito creditore mutari

non

non poteſt. Hiero. Cagno. in. l. plus cautionis. num. 7. de regu. iu. communem dicit.

101 Fideiuſſor poteſt petere vt liberetur à fideiuſsione, ſi diu ſteterit in obligatione, quòd reliquitur arbi. iudi. Anto. de Tremo. in addi. ad Bona. in pra. excep. in rub. quibus mo. ſuo nomi. nu. 3. in ver. diu. communem dicit. & iuxta hanc communem eſt intelligẽdus Dida. Perez in. l. 5. titul. 8. li. 3. ordi. dum dicit, quòd obligatus pro alio, poteſt petere ſtatim indẽnitatem ab eo, pro quo ſe obligauit. col. 1112.

• §. Concor. cum hac communi. l. 14. titu. 12. part. 5. & l. 8. titu. 18. li. 3. foro. ll. cùm habeamus legem partitæ, non eſt ei ſtandũ, niſi probetur vſus illius. Sed has. ll. & communem intellige, niſi aliàs obligatio ſit guarẽtigia, quia poteſt ſtatim petere vt liberetur à fideiuſsione. vt notat do. de Segura. in l. ſi ex legati. nu. 74. ff. de verbo. obli. & Xuarez in. l. poſt rem iudicatam. nu. 48. ff. de re iudi. licèt contrarium teneant Ang. & Pau. de Caſtro. in. l. fideiuſſor pro venditore. ff. de fide. Et Salice. in. l. ſi pro ea. eligit mediã viã, dum fideiuſſor eſt carceratus, & iſta videtur equior. Vnum tamẽ nota, q̃ ſi vera eſt prima opi. quòd ſola guarẽtigia eſt ſufficiẽs ad hoc quòd fideiuſſor poſsit compellere principalem vt liberet à fideiuſsione, debet intelligi, poſtquam creditor habet facultatẽm agendi. vt notat Bal. in. l. cùm notiſsimi. §. illud. C. de preſ. xxx. anno. Quod dictum nota pro intellectu. l. 3. tit. 13. li. 3. ordi. de præſcriptione debiti per decem annos. & l. 63. Tau. de executione non facienda poſt decẽ annos. & l. de Madrid de anno. 1534. in fi. de apocha recognita. Quod nota.

102 Fideiuſſor poteſt agere contra debitorem ex ſola confeſsione creditoris, dicentis recepiſſe debitum à fideiuſſore. Hippo. in rub. de fide. num. 265. & Anto. de Tremo. in addi. ad Bona. in pra. excepti. in rub. qui mo. nu. 39. ver. ſub iudicibus. magis cõmunẽ dicit.

103 Fideiuſſor, qui ſe obligauit in plus quàm principalis, in nullo tenetur. Io. de Imol. in. l. Græce. §. illud. ff. de fideiu. & gloſſ. in. l. 7. titul. 12. part. 5. communem dicunt.

104 Fallit, ſi iurauerit, quia obligatur vt principalis. Alci. in cap. cùm contingat nu. 174. de iu. iuran. communem dicit ex Alex. con. 31. vo. 4.

• §. Nota verbum notabile. d. de Segu. in. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbo. obli. vbi dicit, quòd fideiuſſor poteſt ſe obligare ſub guarentigia, licèt principalis non ſit ita obligatus, quia illud non dicitur plus, ſed efficaciùs. vt in. l. Marcellus. ff. de fideiu. Nota tamen, quòd de iure regio per. l. 7. tit. 2. par. 5. ſi fideiuſſor ſe obligauit in plus quàm principalis, in illo plus non valet. Secus tamen in eo, in quo principalis ſe obligauit, & rurſus æquitate legis regiæ perſpecta, ex qua oritur actio ex pacto nudo iuxta. l. 3. tit. 8. li. 3. ordi. fideiuſſor, qui in plus obligatur, aſtringitur per dict. l. 7. in eo quod principalis nõ erat obligatus vice fideiuſſoris, & in eo quod principalis non erat obligatus, tenetur ex pacto nudo. vt

in ſimili dicit Coua. in cap. quãuis pactum. de pa. in. 6. par. 2. §. 6. conclu. 14. in fi. de fideiuſſore iurantẽ, qui ſciuit tempore obligationis in plus obligari, vt notat Hippo. in rub. de fide. q. 38. Et ſic ſi fideiuſſor in plus obligatur, ſciens principalẽ in illo minimè obligatum, tenet in illo plus vti principalis ex pacto nudo. Quod nota.

105 Fideiuſſor de iudicio ſiſti, non poteſt conueniri, quando præſens eſt debitor principalis, & ſoluendo. Rode. Xuarez in l. 2. tit. de los emplazamientos. li. 2. fo. ll. §. quæritur vlterius. fo. 187. communem dicit ex Bal. in. l. 2. §. ſi quis ex his. ff. qui ſatiſ. cogan.

106 Nota, quòd fideiuſſor, qui ſe aſtrinxit in ſcriptis coram notario publico, vel in re ad regem pertinente, vel ad commune præſentare aliquem in iudicio, poteſt conueniri perpetuò ad illum præſentandum. gloſ. in. l. 19. ti. 12. par. 5. in verbo, tres años, cõem dicit.

* §. De iure regio non durat in his caſibus niſi per tres annos. per dict. l. 19. cùm in alijs caſibus nõ duret niſi per duos menſes. Et nota, quòd. l. 3. tit. 10. li. 5. ordi. quæ videtur innuere, quòd non poteſt peti poſt annum, intelligitur de pœna incurſa ex eo quòd non præſentauit, ſecus tamen vt compellatur ad exhibendum, quia durat per tres annos obligatio.

107 Fideiuſſor ſimpliciter ſoluens, præſumitur nomine ſuo ſoluiſſe, & non principalis, & poteſt petere etiam ex interuallo, vt actiones ſibi cedantur. gloſſ. in. l. 11. tit. 12. par. 5. communem dicit ex Bar. in. l. Modeſtinus. ff. de ſolu. & Imol. ibi. per. l. & magis. eo. ti.

108 Amplia iſtam communem ad fideiuſſorem, qui ſimpl cum alijs interceſſit pro aliquo in ſolidum, quòd ſi ſimpliciter ſoluit, poteſt etiã ex interuallo petere, vt actiones cedantur cõtra alios confideiuſſores. gloſſ. in dict. l. 11. communem dicit ex Bart. in dict. l. Modeſtinus.

* §. De iure regio per dict. l. 11. contrarium diſponitur, quòd ad hoc, quòd poſsit alios confideiuſſores conuenire tẽpore ſolutionis debẽt cedi actiones. approbata gloſ. in. l. Papinianus. ff. manda. quæ communiter reprehenditur.

109 Fideiuſſor ſi eſt liberatus per ſententiam, non prodeſt principali. gloſſ. in l. 15. tit. 12. par. 5. in verbo, eſſo miſmo, communẽ dicit ex Bar. in. l. duobus. §. 1. ff. de iu. iuran.

110 Fideiuſſoribus pluribus datis ſimpliciter, non tamen inſolidum, ſi omnes ſunt ſoluendo, creditor non poteſt petere debitum vnicuique inſolidũ. gl. in. l. 8. tit. 12. part. 5. in verbo, cada vno dellos, communem dicit ex gloſſ. in auth. de duobus reis. in verbo, cedere. col. 7. & in. l. creditor. §. duobus. & in l. ſi mandato Titij. §. Paulus. ff. manda. & in. l. non rectè. C. de fideiu.

111 Fideiuſſor quando principalis eſt notoriè non ſoluendo, poteſt conueniri, non excuſſo principali. Corne. con. 46. num. 1. vo. 2. communem dicit. & Hippo. in Rub. de fide. num. 10. Quam intellige, ſi interuenit ſententia notorietatis. ex Panormi. in cap. porrò. de diuor. & Feli. in cap. euidentia.

tia. de accuſa.

112 Fideiuſſores ſi plures ſint dati diuerſis tēporibus pro aliquo, omnes ſunt confideiuſſores, & habent beneficium dedendarum actionum ſi poſſunt conueniri omnes effectualiter tempore litis conteſtatæ. Anto. Nice. in concor. gloſſ. concor. 118. communem dicit ex gloſſ. in. l. ſunt plures. ff. de fideiu.

113 Fideiuſſor eſt idoneus teſtis pro fideiuſſore ad probandum quòd non fideiuſsit principaliter. Iaſ. in. l. ditantibus. nume. 8. C. de teſta. communem dicit.

114 Fideiuſſore non citato non nocent facta cum principali. Ripa. in. l. apud. nume. 34. C. de eden. communem dicit.

115 Nota, quòd titulus. ne fideiuſſores dotis dentur. non habet locum in parentibus. Bald. Noue. de dote. priui. 12. num. 2. communem dicit ex Bart. in. l. ſi conſtāte. §. quotiens. ff. ſolu. ma. ex. l. fi. C. de dote caut.

116 Nota, quòd lex. ſancimus. C. de fideiuſſo. intelligitur, quando fideiuſſor per ſe fuit obligatus ſiſtere reum in iudicium. lex. ſi poſt tres. ff. ſi quis cauti. loquitur in principali promittente ſiſtere. gloſſ. in. l. 17. titu. 12. par. 5. communem dicit in gloſſ. in verb. ob pecuniariam.

• §. De iure regio habemus duas leges, vnam in. l. 36. tit. 11. par. 5. & aliam in dict. l. 17. lex. 36. habuit ortum à dicta. l. ſi poſt tres. l. 17. à dicta. l. ſancimus. & litera earum non patitur communem, ſed potiùs eſt dicendum, quòd in cauſa ciuili ſeu criminali ſi ambo principalis & fideiuſſor ſe obligauerunt, & ſic fideiuſſor acceſſoriè, quòd ſtemus diſpoſitioni. l. 36. quæ concordat cum dict. l. ſi poſt tres. Si tamen fideiuſſor ſolus ſe obligauit vti principalis tā in cauſa ciuili, quàm in criminali, ſtandum erit diſpoſitioni dict. l. 17. quæ diſponit idem quod dict. l. ſancimus. Quod nota.

117 Fides non eſt ſeruanda hoſti, quam vt hoſti dedit hoſtis. Zazi. in apologi. Echij. communem dicit. quam intelligit Coua. in epi. 4. cap. 3. §. 2. num. 14. quando fides eſt data in damnum reipublicæ. vt per Alciat. de ſingu. certa. capit. 44.

118 Filius legitimatur per ſubſequens matrimonium, quando parentes poterant copulari vel tempore conceptionis, vel natiuitatis. Coua. in epito. 4. cap. 8. §. 2. nu. 2. commmunē dicit.

• §. Nota, quòd idem ad hoc quòd filius dicatur naturalis. l. 11. Tau. dummodo pater recognoſcat eum in filium.

119. Amplia iſtam communem, & ſi intermedium fuerit aliud matrimonium. Ferdinan. de Loaz. in tracta. de matrimo. dubio. 12. num. 18. & Couarru. in epi. 4. in dict. capitu. 8. §. 2. nume. 15. communem dicunt. & idem dicit Iaſ. in. l. Pomponius. §. quæſitum. nume. 5. ff. de acquiren. poſſeſ. & Tiraquel. in. l. boues. §. hoc ſermone. li. 3. num. 8. & 17. ff. de verbo. ſignificatio. ex Panormita. in cap. tanta. qui fi. ſint legi.

120 Intellige iſtam ampliationem ſine preiu-

præiudicio alterius filij legitimi nati in matrimonio intermedio. Couar. in dict. §.2.nu.28.communem dicit.

121 Amplia ſecundò, & ſi vnus ex ipſis ſit coniugatus, altero autem ignorante, ſequuto poſtea matrimonio filij efficiuntur legitimi. Coua. in epi.4. in dict. §.2. nume.17. communem dicit ex Caſſiodo. in deci. vni. de ſpõ. & alijs per eum citatis. gloſ. autem in l.2. tit. 15. par.4. in verbo, en adulterio. communem dicit contrariam ex Io. An. Car. & Panor. in cap. tanta. qui fi. ſint legi. cùm dabant operam rei illicitæ. Secus tamẽ calore matrimonij ignorantia vnius facit prolem legitimam. vt notat Anto. in dict. cap. tanta. qui fi. ſint legi. & hæc videtur tenenda tanquam communis. & non video quomodo contraria poſsit eſſe communis in iure cano. cùm ab ea decedant Panor. Car. & Io. An. & plures alij relati per dict. Coua. & gloſ.

122 Amplia tertiò, non ſolùm quo ad alia, ſed etiam quo ad ordines epiſcopales legitimi efficiuntur ſine aliqua alia diſpenſatione. Boe. deci.159. communẽ dicit. & Coua. in dict. §.2.n.24.

123 Amplia quartò & ad reuocandam donationem etiam factam poſt natiuitatem matrimonio ſequuto poſt donationem. Idem Coua. ibi. num.29. ex Ripa in. l. ſi vnquam. de reuo. dona. communem dicit.

124 Amplia quintò & ad ſucceſsionẽ feudi. Cur. Iuni. con.136. cõem dicit.

125 Reſtringe hanc quintam ampliationem, cùm non ſit alius filius legitimus natus in matrimonio, quia in dignitatibus, vel in ſucceſsione maioratus hic filius natus in matrimonio pręfertur legitimo per ſubſequens matrimonium. Coua. ibi. num.28. communem dicit.

126 Amplia ſextò, etiam in matrimonio contracto in articulo mortis, vel in ætate decrepita. Alex. in. l. ſi quis poſthumos. ff. de libe. & poſthu. & Couar. in epito.4. capit.8. §.2. num.10. communem dicit.

127 Amplia ſeptimò, quòd intantum legitimatur filius per ſubſequens matrimonium, quòd per ingratitudinẽ non reuocatur, quod alias non procedit in legitimato per principẽ. Coua. ibi. nu.14. communem dicit.

128 Fallit primò, ſi in contractu matrimonij minimè conficiantur inſtrumenta dotalia. Cur. Iu. con.136. num.2. & Iaſ. in. l. cùm autem. de inſtitu. C. num.10. communem dicit. Sed hanc communem & ſequentem dic procedere de iure ciuili, ſecus tamen de iure canonico. vt habetur in verbo, Legitimatus. num.96.

129 Fallit ſecundò, ſi mulier ſit talis, cũ qua non poſsit eſſe matrimonium ſecundùm bonos mores ciuitatis. Cur. Iuni. con.159. num.14. communem dicit. Vereor tamen, an diſtinctio in ſuperiori cõmuni poſita inter ius canonicum ac ciuile vera ſit quo ad noſtram communem, cùm communiter recepta ſit gloſ. in cap. quòd ſuper his. de conſan. & affini. quòd conſuetudine poteſt introduci, quòd alias habiles ad contrahendum ſint inhabiles, maximè ſi ſequatur ſcandalum

ex tali contractu: quam dicit communem Coua. in epi. 4. cap. 6. num. 18. quæ opinio approbatur per cap. 1. & cap. ſuper eo. de cogna. ſpiritu. vbi vi. Præpoſi. Alex.

130 Fallit tertiò in filio filij mortui ante cõtractum matrimonium. Io. Nico. in addi. ad Alex. de præſum. part. 1. in fi. communem dicit.

131 Filius ad hoc quòd dicatur legitimus, requirũtur duo: Primum, quòd ſit contractum matrimonium bona fide. Secundum in facie eccleſiæ. Couar. in epi. 4. cap. 8. §. 1. num. 2. communem dicit ex Iaſ. con. 156. vo. 4. & ſi inter parentes non poſsit eſſe matrimonium ex aliquo impedimento, accedente bona fide ſaltim vnius. cap. ex tenore. qui filij ſint legi.

* §. Concor. cum. l. 2. tit. 15. par. 4. & cũ l. 3. titu. 3. ea. part. & vi. in verbò, Legitimus. num. 84.

132 Filius natus anteà quàm pater conſequatur nouam dignitatem, vel regnum, non ſuccedit in dignitate vel regno. Io. de Ripa. in cap. inter cæteras. de reſ. nu. 14. communem dicit. & Coua. in li. 2. reſo. cap. 8. nume. 5. ver. Tertiò. reaſſumit hanc quæſtionẽ, & tandem concludit poſt Tiraquel. de primoge. quæſt. 31. nu. 21. & 27. & Coraſi. in. l. ſenatoris filium. ff. de ſena. falſam eſſe hãc communem opinionẽ, veram tamen contrariam. per dict. l. ſenatoris filium. & Coraſi. in dict. l. nu. 7. hac potiſsima ratione dicit veram hanc ſecundam opini. cùm legibus regni mortuo patre vocetur primogenitus ad ſucceſsionem regni, & de ſtatu primogeniti videtur cogitatum ſecundum id tempus, quo de ſucceſsione tractatur. l. 2. §. interdum ff. de ſuis & legi. hære. l. ſi cum ancillę. ff. de conditio. & demõ. eo autẽ tẽpore ille primogenitus regis reperitur.

133 Filius in diſpoſitione hominis non intrat in locum patris: magis communem dicit Deci. in con. 1. dicit Bello. con. 50. num. 2. & Aquen. in. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & poſth. cõtrariam dicit eſſe communem.

134 Filius legitimatus ingratus patri perdit legitimam. Couar. in epi. 4. cap. 8. §. 2. nu. 2. communem dicit.

135 Filius adoptatus ſtantibus alijs liberis legitimis habebit de hęreditate adoptantis quartam quartæ partis, quã habiturus fuerat non ſtantibus liberis ab inteſtato. Segu. in. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. & pu. ſubſti. nu. 220. communem dicit.

* §. De iure regio per. l. 1. tit. 2. li. 3. fo. ll. quæ approbata eſt per. l. 12. Tau. ſiue adoptatus ſiue arrogatus ſtantibus filijs legitimis non habebit partem bonorum aliquã, niſi pater velit legare quintã partẽ bonorũ, quã pro anima poteſt diſtribuere, & ſic per. d. l. 12. hodie ceſsãt l. 8. & 9. tit. 16. par. 4. Et notá, quòd licèt glo. in. §. quod aũt. Inſti. de adopti. diſtinguat inter filios legitimos procreatos ante arrogationẽ vel poſt, dicẽs, ꝙ arrogatus filius habitis filijs legitimis quòd ſuccedat in quarta, debet intelligi, ſi arrogatus fuit dè certa ſcientia principis, qui plenè cognouit alios filios legitimos ſtare. vt not. gl. in. d. l. 8. in ver. la quarta parte.

136 Nota

136 Nota, quòd filius adoptiuus ab inteſtato ſuccedit patri adoptiuo excluſis aſcendentibus patris. glo. in. l. 8. tit. 16. par. 4. communem dicit ex. l. 2. §. liberi. ff. ad Tertu. & Angel. in. §. ſed ea omnia. Inſtitu. de hære. quæ ab inteſta. defe.

* §. De iure regio per. l. 6. Tau. cùm aſcendentes ſint legitimi hæredes, nõ habebit locum noſtra communis.

137 Filiusfamiliàs non poteſt donare patri, cuius authoritas requiritur. Corne. conſil. 294. vo. 1. Ioan. Duran. in arte teſtand. cau. 1. nume. 4. communem dicit.

138 Filiusfamiliàs etiam de bonis aduentitijs in quibus pater non habet vſufructum, non poteſt teſtari. Iaſ. in l. nemo ex lege. nume. 2. C. qui teſtamen. facere poſſ. communem dicit. & Corne. in. l. fina. §. filius. C. de boniſq; libe.

* §. De iure regio per. l. 5. Tauri, filius filiàue poteſt teſtari cùm ſit legitimę ætatis. & ex hac lege euacuatur ſequens communis opi.

139 Amplia & in filia nupta, quia non poteſt teſtari de bonis maternis, nec de dote. Ioan. Duran. in arte teſtan. ti. 1. cau. 1. communem dicit.

* §. De iure regio non ſolùm per dict. l. 5. Tau. de qua in præcedenti notula eſt dictum, poteſt teſtari, ſed etiam per. l. 47. Tau. eſt ſublata noſtra communis, cùm per contractum matrimonij filia fit libera à patria poteſtate, & vide Ioahnem Lupum in dict. l. 5.

140 Amplia ſecundò, quia pro delicto filij non poteſt fieri executio in peculio aduentitio filij etiam in proprietate, quæ eſt tota filij. Maran. in ſpecu. aure. par. 6. de executione ſententiæ. nu. 35. communem dicit ex Bart. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infecto.

141 Amplia tertiò, quia filiusfamilias non poteſt donare cauſa mortis ſine conſenſu patris. Anto. Rube. cõſi. 46. nu. 4. communem dicit.

142 Nota, quòd iſte conſenſus poteſt præſtari etiam per epiſtolam. Anto. de Tremol. in addi. ad Bona. in rub. qui. modis ſuo nomi. nu. 15. ver. verũ non puto. communem dicit.

142 Fallit, quia de poteſtate patris & eius cõſenſu poteſt teſtari ad pias cauſas. Iaſ. in. l. ſenium quidem ætatis. nume. 5. C. qui teſta. face. poſ. communem dicit.

143 Nota, quòd filius teſtando ad pias cauſas de conſenſu patris, ſi aliud legat, non valet legatum, & eſt venientis ab inteſtato. Iaſ. in. l. perfecto. nume. 10. C. de teſtam. communem dicit.

144 Filiusfamilias ſolus patre ignorante poteſt adire hæreditatem. Iaſ. in. l. bonorum. C. qui admitti. nu. 17. communem dicit.

145 Filiusfamilias etiam ſenis comprehenditur ſub diſpoſitione. l. fina. §. filius autem. C. de boniſque liberis, vt non poſsit alienare directum dominium bonorum, in quibus pater habet vſufructum. Philippus Corneus in dict. §. filius autem. communem dicit.

tatē paternā. Et plus dicit,ꝙ ſolùm ab
inteſtato habēt ſexaginta annos, & ſi
nō ſit teſtamentū. & hanc dicit cōem
nu.54. Nota, ꝙ inquātū dictū eſt per
Xuarez,ꝙ filius ex teſtamento habet
triginta annos, & iſtis cōpletis habet
alios triginta ab inteſtato. Intellige
iſtā cōem,qn̄ ſolus inſtitutus fuit hæ-
res. Secus tn̄ qn̄ habuit alios cohære-
des, quia non habet niſi illos triginta
priores,vt per Bald.in.l.licet.C.de iu.
delibe.& Ludo.Go.conſi.80.nu.6.Et
per iſtud notabile cōcordant oēs opi
niones ſupradictę. Et cōcludit,ꝙ ius 54
adeūdi & immiſcēdi præſcribitur cō
tra filios habētes cohæredē per trigi
ta annos. Tn̄ ſi non ſunt alij hęredes,
ſunt neceſſarij ſexaginta anni.vt no-

tat.d.Ludo.de Goza.conſ.56.num.13.
* §.De iure regio per.l.7.ti.14.par.6.ap
probatur opinio, quã dicit cõem Iaſ.
ꝙ etiã filijs nõ datur niſi triginta an-
ni ad immiſcẽdũ & petẽdã hæredita-
tẽ, cùm in fine cõcludit, ꝙ præſcribit
petitio hæreditatis etiã ſine titulo &
mala fide per trigĩta annos. Qđ nota.

38 Hæreditate paterna non adita filio
mortuo tranſmittitur ad hæredes ex-
traneos. Iaſ.in.l.cum antiquioribus.
nu.1.C.de iu.deli. communem dicit.
& Tiraq.in tracta.le mort ſaiſit le viſ.
par.2.declara.5.num.21.

39 Amplia etiam ſi non ſit agnita iure
ſuitatis. Deci.conſi.331.& conſi.245.&
Iaſ.conſ.130.vo.1. communem dicũt.

40 Amplia ſecũdò in hærede minoris
mortui ante aditam hæreditatẽ, quia
ſuccurritur reſtitutione. Io.Duran. in
arte teſtan.tit.11.cau.1.cõem dicit. Iaſ.
in.l.ſi infanti.nu.17.C.de iu.deli. com
munẽ etiã dicit. Intellige, qñ minor
maior infante habebat tutorem, vel
nõ ſit quid imputet tutori. Soci. in.l.
qui duos. nu.16.ff. de reb. dubi. & idẽ
eſt ſi ſit infans. Ioã.Du.ibi cõem dicit.

41 Reſtringe hãc ampliationẽ, ſi appo
ſita ſit in teſtamẽto clauſula codicilla
ris, quia hæredes in hoc caſu petũt hę
reditatem ex fideicõmiſſo, & non eſt
neceſſaria reſtitutio. Alex.in.l.cum ſi
lib.ff. de leg.1. & Ioan.Duran. in arte
teſtan. in. d.cau.1. communem dicit.

42 Fallit prima concluſio in filio eman
cipato, quia hodie non tranſmittitur
hæreditas non adita ex potentia ſuita
tis: quia licèt ſit ſublata differentia ſui
tatis & patrię poteſtatis quo ad ſucceſ
ſionẽ ab inteſtato, non tamen in alijs,
vt in trãſmiſsionibus. Iaſ. in.l.emãci-
pata. nu.6.C.qui admitti. communẽ
dicit. & vi.Coua.in reg. poſſeſſor. de
reg.iu.in.6.par.2.§.5.num.3.

43 Hæreditate paterna repudiata, cæte
ris filijs debetur hæreditas æqualiter.
Coua.in epi.de ſucceſsi.ab inteſta.cõ
clu.9.communem dicit.

44 Hæreditatẽ põt vſufructuarius prę-
cipere ſeruo vt adeat, cuiꝰ cõtẽplatio-
ne relictus eſt ſeruus vſufructuarius,
& nõ requiritur volũtas proprietarij.
Iaſ. in.l.poſſeſsio appellata.§. veteres.
nũ.37.ff.de acqui.poſſe.cõem dicit.

45 Hæreditatem adire infans non po-
teſt, ſed pater, vel tutor. Si tamẽ ſit ma
ior infante, nec minor ſine tutore, nec
tutor ſine minore non poteſt adire.
Bello.conſ.24.nu.16.communem di-
cit ex Soci.conſ.89.& Bar.in.l. infan-
ti.C.de iu.deli.& docto.in.l. bonorũ.
C.qui admitti.

46 Nota, ꝙ per quẽcũq; actũ, per quẽ
poteſt quis adire nomine proprio, po
teſt & nomine alieno. Bello.ibi.nu.13.
communem dicit ex Bar.in.l.gerit.in
fi.ff.de acqui.hære.

47 Nota, ꝙ hæreditatis aditio non prę
ſumitur per implementum conditio
nis in extraneo, nec immiſtio in ſuo.
Alexan.& Iaſ.in.l.1.§.1.ff.de condi.ex
cau. da.communem dicunt ex gl. ibi
& in.l.dubitari.ff. de hære. inſti. & in
l.ei qui ita. ff.de le. immiſce. Contra-
riam in ſuo dicit cõmunem Soci.in.l.
conditionibus.§. pupillus. ff.de cõdi.
& demonſtra. Sed tene primam.

48 Hęreditas, quę profeſſo aduenit, nõ

monacho,

monacho, ſed monaſterio eſt traden da.Coua.in.c.quanuis pactum.de pactis in.6.§.3.nu.2. cõem dicit ex tradita per eum in.c.1.nu.20.de teſta.

49 Hæreticus ad hoc ꝙ quis dicatur, requiruntur ſaltim duo teſtes de hereſi: Boe. deciſ.142.nu.2. cõmunem dicit.

50 Hæreticus condemnatus per iudicem eccleſiaſticum non debet iudex laicus de illo ſe intromittere ad cognoſcẽdũ.Iaſ.in.l.magiſtratibus.nu.10.de iureiuran.ff.communem dicit.

51 Hæreſeos crimen eſt merè eccleſiaſticum, ita ꝙ iudex laicus non cognoſcit de illo. Alci.in.c.pernicioſam.nu.73.de offi.or.communem dicit.

52 Homicidium ſi per ſtatutum puniatur pœna mortis, intelligitur ſi dolo fuerit commiſſum. Iaſ.in.l.1.nu.20,ff. de legi.communem dicit.

53 Homicida nõ eſt priuatus bñficio, ſed requiritur ſentẽtia. Alci.in.c.cùm ab homine.nu.15.de iudi.cõem dicit.

54 Hoſpitale priuatum nõ eſt impetrabile à papa, nec de illo ſe poteſt intromittere, licèt poſsit dici pius locus. Cur.Iúni.cõſi.20.nu.1.cõmunẽ dicit.

55 Homicidium ſi per ſtatutũ permittatur, vt ſi permittat bannitũ occidi, non eſt delictum, nec in foro conſciẽtiæ obligat. Iaſ.in.l.ſi plagij.ff.de ver. obli.nu.3.magis cõmunem dicit ex Alexã.in.d.l.ſi plagij.quam intelligit Iaſ.ad effectum, vt nõ ſit punibile: tamen in foro conſcientiæ nõ liberatur à peccato ex hoc in.c.inter hæc.33.q.2

56 Fallit, ſi per ſtatutũ cõcedatur homicidiũ pro cõtumacia. Alex.in.l.1.C.ſi à non cõpetenti iudice.cõem dicit, vt refert Iaſ.in.d.l.ſi plagij.nu.6.

57 Hypotheca ꝓ dote etiã expreſſa nõ prẹiudicat hypothecę expreſſę priori Coua.in reſo.li.1.c.7.cõclu.5.cõem dicit ex glo.in.§.fuerat.Inſti.de acti.

58 Nota, ꝙ hypotheca expreſſa, quã habet præſtans pecuniã pro emptione rei cũ obligatione illius rei, poſterior nõ præiudicat tacitæ hypothecę priori pro dote, Coua.ibi conclu.5. magis communem dicit ex Albe.Fulgoſ.& Sali. in.l. interdum.ff. qui poti.in pigno.ha.& Affli.deciſ.306.

59 Itẽ nota, ꝙ hypotheca tacita, quam habet mutuans pro refectione rei, nõ præfertur hypothecæ tacitæ pro dote etiã poſteriori. Coua.ibi.nu.3. cõem dicit ex Albe.& Ang.in Auth. Quo iure.C.qui poti. in pigno.habe. Et de hac hypotheca dotali vi. in verbo, Dos.nu.264. & quæ habes in verbo, Creditor.num.286.

60 Hypotheca, quã habet cõducẽs in rebus illatis & inuẽtis in domo cõducta, nõ ſolùm habet locũ, qñ pro mercede pecuniaria fit locatio, ſed etiã ſi pro mercede in ſpecie cõſtituta, licèt ſit impropria locatio. Fanus de pigno. in.2.part.mẽ.4. nu.138. cõem dicit ex Ange.in.§.itẽ Seruiana. Inſti. de acti.

* §.Nota, ꝙ de iure regio illata ſi non inueniãtur in re cõducta, nõ ſunt tacitè hypothecata.l.5.tit.8.part.5. contra Bal.& Ang.in.l.certi iuris.C.loca.

61 Fallit primò in bonis illatis ac inuentis, quia non inducitur tacita hypotheca, niſi dñs ſciat ac taceat. Idem Fanus.nu.152.communẽ dicit.& glo.in d.l.5.in verb.Fincan obligados.

 62 Fallit

62 Fallit ſecundò in bonis inuentis & illatis per minorem. Iaſ. in. d. §. item Seruiana. nu. 57. cõmunem dicit, nec eſt ſibi contrarius in. l. ſi conſtãte. nu. 210. ff. ſolut. matri. vbi inuehit contra Bar. dum dicit, ꝙ minor non obligatur pro dote recepta, quia communiter concluditur contrariũ, vt in verb. dos, nu. 277. & inter alia dicit, ꝙ ſicut minor non principaliter ſed incidenter poteſt obligari in inuẽtis & illatis, quia non concludit niſi in obligatione dotis, cùm ſit priuilegium dotis.

63 Reſtringe hãc limitationem ad inuenta ac illata in domo conducta per minorẽ cum authoritate tutoris, quia ſunt tacitè obligata pro mercede. Iaſ. in. l. item quia num. 20. ff. de pactis. cõmunem dicit.

64 Fallit tertiò, quando conducens ſe prouidit de ſpeciali hypotheca, quia non ſunt illata ac inuenta hypothecata. gloſ. in. l. 5. in verbo, Fincan obligadas. tit. 8. part. 5. communem dicit ex docto. in. l. certi iuris. C. loca.

65 Hypotheca omnium bonorum generalis ſiue auri argenti vini frumẽti, cõprehendit res venales. Coua. in reſo. lib. 2. c. 5. conclu. 3. communem dicit ex Bart. in. l. generali. §. vxori. ff. de vſu. leg. & in. l. ſi conſtante. ff. ſol. ma. in. 3. par. q. 3. per tex. in. l. cùm tabernã ff. de pigno. Iaſ. autem in. §. item Seruiana. nu. 58. magis cõmunẽ dicit ſub tacita hypotheca non comprehendi res venales, quam intelligit. Couarrũ. in tacita hypotheca, quæ prouenit conductioni in rebus inuentis ac illatis in domo conducta, Quod nota.

66 Hypotheca pro legatis licèt cõſtituatur in bonis teſtatoris, non tamen in legatis. Fanus in. d. mem. 4. nu. 158. communem dicit.

67 Fallit prima pars cõmunis, ꝙ hypotheca cõſtituatur in bonis teſtatoris, ſi ab ipſo teſtatore remittatur. Idẽ Fanus nu. 162. cõmunẽ dicit, quia poteſt remitti, ꝙ non ſint eius bona hypothecata pro legatis. ex glo. in. l. 2. ff. in poſſe. lega. & Bar. & Bal. ibi.

68 Hypotheca generalis omnium bonorum comprehendit tam præſentia quàm futura, & nomina debitorum. Fanus ibi. nu. 165. cõmunem dicit ex Bal. in. l. 1. col. penul. ff. ſolu. matri.

69 Limita iſtam cõmunem in bonis, ex quibus procedit hypotheca, vt ſi recipiantur centum in mutuũ, & fiat obligatio generalis ad ſolutionẽ ſub hypotheca omnium bonorũ, illa centum non cenſentur hypothecata. Coua. in reſo. li. 3. c. 12. nu. 2. communem dicit ex Bal. & Albe. in. l. obligatione generali. ff. de pigno. & Fano de pigno. par. 2. membro. 2. nu. 12.

• §. Intellige primam cõmunem per l. 5. tit. 13. par. 5. etiam ſi non habeat bona futura à cauſa præterita, vt aliàs intelligebat Bal. in. l. fi. C. de pa. col. 2.

70 Hypothecariam actionem intentans contra debitorem, ſufficit probare poſſeſsionẽ. Gome. in. §. itẽ Seruiana. nu. 35. Inſtit. de acti. cõmunẽ dicit.

71 Hypothecariã intentans contra tertios poſſeſſores habentes cauſam à debitoribus, oportet probare vnum de tribus, dominium, vel quaſi dominiũ, vel vtile dñium debitoris. Idem ibi. commu-

communem dicit ex Soci.conſi.112.

72 Hypothecariam intentans contra tertios poſſeſſores non habentes cauſam à debitorib᷑, oportet probare dominium. Idem ibi communem dicit ex Corneo.conſi.128.vo.4.

73 Nota, ꝙ intentans actionem hypothecariam contra tertios poſſeſſores, ſi res ſit meliorata, poſsidēs liberatur, ſi offerat pretiū rei quod res valebat ante meliorationem, & non tenetur præſtare nec tradere rem. Coua. in reſo.li.1.c.8.nu.2. communem dicit ex Bart.in.l.2.C.de præ. & eorum rebus nauicula. lib.11. licèt ipſi non placeat ex.l ſi fundus.§. in venditione. & in.l. mulier. ff. qui poti. in pigno. habe. & alia de quibus per eum.

74 Hypotheca ad hoc ꝙ poſsit intentari contra tertios poſſeſſores, requiritur ꝙ fiat excuſsio in bonis principalis, & ꝙ ſit pronūtiatum per iudicē legitimè excuſſum. Fanus de pigno. in 8.par.mem. primo.nu.11.cōem dicit.

75 Itē requiritur citatio poſſeſſorū & fideiuſſorū. Idem ibi.nu.12.cōem dicit.

76 Amplia, etiam ſi hypotheca ſit expreſſa. Idē ibi.nu.21. cōmunem dicit.

77 Amplia ſecundò, & ſi pro dote ſit facta hypotheca. Idem ibi.nu.23. cōmunem dicit.

78 Amplia tertiò, & ſi bona eſſent confiſcata, quia fiſcus debet excuti. Idem ibi.num.15.

79 Fallit, quādo actualiter fuit pignus traditum creditori, ſi poſtea cadat à poſſeſsione vel detentatione, pōt res vēdicari à poſſeſſore ſine excuſsione. Idem ibi.nu.18.communem dicit.

80 Fallit ſecundò.in nomine debitorum, quia poteſt contra eum intentare actionem hypothecariam, non excuſſo principali. Idē Fanus nu.19. magis cōmunem dicit ex Angē.de Are. in.§. item Seruiana.Inſti.de acti. poſt Bart. in.l. ſi conuenerit.la ſecunda.ff. de pigno.acti.

## I.

1 IDONEITAS, quæ in reſcripto apponitur, nō requiritur ꝙ ꝓbet᷑, licèt appoſita ſit ſub cōditione. Alci. in tra.de præſump.reg.3.præ.3. cōmunē dicit.

2 Ignorantia ad hoc ꝙ excuſet quādo de lucro captando agitur requiritur, ꝙ cōſuluerit volens ſe iuuare ex ignorantia plures ſapientiores, & non ſufficit vnus. Ioan.Nico.co.1.nu.7.de ſecun.nuptijs.communem dicit.

3 Amplia ad reſtitutionem concedendam ruſtico in cōtractu cōtra ius inito, quia debet conſulere duos peritiores, & non ſufficit vnū. Io.Mau.de reſti.in inte.c.88.communem dicit.

4 Ignorantia facti publici vel publicè noti nō præſumitur. Tho. Grāma.in vo.36.nu.16.cōmunem dicit ex gl.in l.ſi tutor petitus.C.de peri.tuto.& gl. in cle.1.de ſepul.in verbo, ſi publicè.

5 Ignorantiā contentorū in teſtamēto patris præſumit᷑ filius habere. Hiero.Cagno.in.l.qui in alterius.nu.12.ff. de reg.iu.communem dicit.

6 Imperator eſt dñs mundi. Iaſ.in.l.cūctos populos.nu.6.C.de ſumma tri.

communem dicit.

Imperium merum eſt poteſtas gladij animaduertẽdi in facinoroſos homines. Alci. in cap. quod ſedem. nu. 58. de offi. ordina. communem dicit.

§. Lex 2. tit. 25. par. 4. dicit merum imperium eſſe poteſtatem iudicãdi eos qui ſunt de ſua iuriſdictione.

7 Imperium mixtum eſt iuriſdictio, quæ impartitur officio iudicis nobili ad priuatam vtilitatem. Alci. in capit. quod ſedem. de offi. ordina. num. 61. communem dicit.

8 Impetratio maioris vel minoris beneficij non facta mentione de beneficijs quę habet impetrans, nõ valet. Panor. in capitu. ad aures. num. 2. de reſ. communem dicit.

9 Amplia, quia eſt facienda mentio de beneficio in ſpecie. Io. de Ripa. in cap. ad aures. de reſ. nu. 67. cõem dicit.

10 Impetrans non debet facere mentionem de dignitate ac nobilitate. Ripa ibi. nu. 68. communem dicit.

11 Impetrare poteſt quis beneficium pro alio ſine mãdato. Idem ibi. num. 94. communem dicit.

12 Impubis ſi nixus ſit ad copulam, ſi poſt perfectam ętatem conſenſerit in matrimoniũ, cõtrahit illud. Coua. in epi. 4. nu. 20. communẽ dicit.

13 Illegitimus eſt filius presbyteri ex vxore poſt presbyteratũ natus ac cõceptus. Pet. Raue. de filijs preſ. cõmunem dicit. col. vlti. ex c. literas. eo. tit.

14 Nota, quòd diſpenſatio illegitimi quòd nõ obſtante defectu natalium poſſit promoueri in clericum, reſtringitur ad minores ordi. Raue. ibi cõmunem dicit ex cap. ordinarij eo. tit.

15 Immunis ſe reputans à collectis vel datijs & deſcribitur in libro ſolito, in quo deſcribuntur omnes qui ſoluere tenetur, ſi poſtea requiratur vt ſoluat, & ſcit eſſe deſcriptus, non ſufficit allegare priuilegiũ, ſed requiritur quòd appellet intra tempus appellandi à tempore ſcientię. Ludo. de Goza. con. 16. num. 17. in ver. quibus non obſtantibus. communem dicit ex Alex. con. 101. vo. 1. & docto. in cap. cùm acceſſiſſent. de conſti.

16 Immunitate eccleſiaſtica non gaudet, qui per inſidias interfecerit aliũ. & iſte eſt communis ſenſus. c. 1. de homi. teſte Coua. in reſo. li. 2. cap. 20. nu. 7. ex Feli. in dict. cap. 1.

17 Amplia iſtam communem ad clericum homicidam per inſidias, quia debet actualiter deponi, & tradi curiæ ſeculari, non expectata incorrigibilitate, propter atrocitatem criminis. Idem Coua. in dict. num. 7. communem dicit ex Panor. in capit. cùm nõ ab homine. de iudi. licèt ſibi non placeat. & communem dicit contrariã ex Areti. in dict. c. & Deci. in. c. at ſi clerici. de iudici. cui ego aſtipulor.

18 Amplia ſecundò ad committentẽ delictum graue in eccleſia vltra homicidium. Remigi. de immu. eccle. fallẽ. 3. ampli. 2. communem dicit ex Panor. in cap. ſi. eo. ti.

19 Reſtringe iſtam ampliationem ad delicta commiſſa in eccleſia ex propoſito, vel vereri odio, ſecus tamẽ ſi à caſu. Idem Remi. ibi. num. 4. communem dicit ex Hoſti. in dict. c. ſi. eo. tit.

20 Amplia

20 Amplia tertiò in Iudęo ac Pagano, qui non gaudet immunitate eccleſiaſtica. Hippo. in. l. 1. C. de rap. vir. communem dicit. & vi. alios tenentes cõtrarium per Remi. fallen. 8. & vi. diſtinctionem per eum dicentem. Aut Iudæus confugit ad eccleſiam vt efficiatur chriſtianus, & gaudet immunitate. Aut cauſa ſe conſeruandi immunem à delicto, & procedit noſtra cõmunis. ex mente gloſ. in dict. cap. inter alia. eo tit. vt euitentur conflictus opinionis contrarię ex cap. diffiniuit. 17. quæſt. 4.

21 Nota, quòd ex communi gaudet immunitate eccleſiaſtica ſi ad eam cõfugiat. Boe. deci. 110. communẽ dicit.

22 Item clericus quoad ſuum prælatum gaudet immunitate eccleſiaſtica, vt ab eccleſia confugiens non extrahatur pro delicto. Io. Lucus. epiſcopus Calagurritanus in pra. crimi. cap. 115. communem dicit, licèt conſuetudine non ſeruatur, quod etiam annotat Remigi. fallen. 21.

23 Incendium præſumitur culpa leuiſſima factum. Iaſ. in. l. hæreditarias. do mos. ff. de leg. 1. communem dicit.

24 Intellige in culpa leuiſsima in omittendo, ſecus tamen in committẽdo. Couarru. in epi. 4. cap. 6. §. 8. num. 13. communem dicit.

25 Incendium præſumitur culpa inhabitantium factum. Tho. Grammа. deci. 3. num. 13. communem dicit ex. l. 2. §. 1. ff. de offi. præfe. Vigi. vbi cõcludit, quòd ſi incendium eueniat etiam ex leuiſsima culpa, ſemper debetur emẽda. Quòd intellige vt in communi præcedenti, & vi. Alexand. & Caro. in addi. in con.

* §. Nota iſtas communes ad intellectum. l. 10. tit. 5. part. 7. & l. 11. tit. 5. li. 4. fo. ll. vbi imponitur pœna incẽdiarijs.

26 Indicium remotum à maleficio, nõ eſt ſufficiens ad torturam. Mar. Anto. in. l. fi. ff. de quæſti. num. 250. communem dicit.

27 Fallit in ſolito delinquere. Idem ibi num. 148. communem dicit.

28 Fallit ſecundò in graui inimicitia, non tamẽ in leui. Idem ibi. num. 175. communem dicit.

29 Indiciorum copia danda eſt reo. Io. de Ripa in. l. 2. num. 8. C. de edendo. communem dicit.

30 Indefinita in materia probationis non equipollet vniuerſali. Cur. Iuni. con. 17. num. 13. communem dicit.

31 Indefinita non ex propria ſignificatione, ſed ex æquitate æquipollet vniuerſali. Coua. in. li. 1. reſo. cap. 13. num. 5. communem dicit ex Bar. in. l. omnes populi. num. 57. ff. de iuſti. & iu. & Domi. in capit. vt circa. de electi. & Deci. conſi. 3.

32 Limita primò in materia neceſſaria, vel impoſsibili. Coua. ibi. num. 6. cõmunem dicit ex gloſſ. in dict. cap. vt circa. & Bart. & Pau. in. l. ſi pluribus. ff. de lega. 2.

33 Limita ſecundò, ſi à lege proferatur indefinita, quia ſecũdum ſubiectam materiam ęquipollet vniuerſali, cùm lex in omnibus locum habeat. Coua. ibi. num. 8. communem dicit ex dict. gloſſ. in dict. cap. vt circa. & Dino in Rubri. de regu. iu. in. 6. & Iuni. in. l.

1.ff.ſi cer.peta.

34 Amplia iſtam limitationem ad ſtatuta municipalia. Hinc eſt, quòd ſtatutum dictans, quòd homicida non faciens pacem cum hærede defuncti. &c. non ſatisfacit, ſi cum vno ex hęredibus contraxerit amicitiam. Couarru.ibi.num.8.communem dicit ex Paul. de Caſtro.in.l.2. C. de liber.& eorũ liber.contra Bar.in.l.4.§. Cato.ff.de verbo.obli.

35 Limita tertiò in diſpoſitione hominis,quando par cauſa & eadem ratio eſt omnium. Idem Couar. ibi. num. 9.communem dicit ex gloſ. in.d.c.vt circa.& Decio.in con.30.

36 Indignitas hæredis proueniens ex ſua culpa,ſuccedit fiſcus:ſi tamen venit errore teſtantis,ſuccedunt veniẽtes ab inteſtato. Iaſ. in.l. ſi pater tuus. C.de hære.inſti.num. 10. cõem dicit.

37 Amplia iſtam communem,ſiue hęres indignus adeat hæreditatem, ſiue non. gloſſ. in.l. fi. titul.7.part. 6. in ver.coſas y ha.cõem dicit ex Alex.in l.1.ff.de vulga.& pupilla.ſubſti.col.11.

38 Amplia ſecundam partem communis in ſubſtituto, quòd ſi ſubſtitutus eſt omnino incapax, ſuccedit ſubſtitutus, & non fiſcus. gloſ. in dict.l. fi. communem dicit ex Soci.in dict.l.1. de vulga.& pupi.in quæſt.7.Bar.& in dict.gloſ.vi.alias limita.ad iſtã cõem.

39 Fallit prima communis, ſi illa culpa prouenit vel reſpicit offenſam certæ perſonæ,quia illa ſuccedit.Si tamẽ hæres eſt omnino indignus,ſuccedũt venientes ab inteſtato.Iaſ. in. l.hæreditas. nume. 10. C. de his qui vt indi. communem dicit.

40 Nota, quòd licèt ſuccedens teneatur ad legata, ad quæ indignus tenebatur,tamẽ ſi ſuccedit fiſcus,eo quòd non inuenitur qui acceptet hæreditatẽ,nõ tenetur fiſcus ad ea. Iaſ. in. l. eũ quẽ.C.de fideicõmi.n.13. cõem dicit.

41 Indiuidua ſi à pluribus perficiãtur, ſi aſsiſtãt vt ſinguli,à dignioribus,etiã ſi ſit minor pars, recipiunt denominationem.Si tamẽ agãtur vt vniuerſitas vel collegium, à maiori parte denominantur.Coua.in.q.practi.c.34.nu. 1.cõmunẽ dicit ex gloſ.in.c.1.de loca. & Deci.in cap.ex literis.de conſti.

42 Indiuiduum eſt teſtamentum. Iaſ. in.l.1.§.ſed & ſi mihi. nu.12. ff.de ver. obli.communem dicit.

43 Obligatio ad tradendum dicitur indiuidua,& ideo qui tenetur ad tradẽdum, niſi totum reddat, non liberatur etiã pro parte. Cur. Iuni. con.74. num.2. communem dicit,& dicitur indiuidua obligatione & traditione. Idem ibi.communem dicit.

44 Indiuidua licèt nõ ſit obligatio dãdi, ſed diuidua, ſtipulatio tũ pœnalis ſi ei adijciatur, erit indiuidua,niſi certa ſpecies dari deberet. Idem ibi. nu. 5.communem dicit.

45 Infamis infamia iuris,non poteſt eſſe teſtis.Iaſ.in.l.1.nu.43. C.de ſumma trini.communem dicit.

46 Amplia ad executionẽ ordinis, quã nõ habet infamis ipſo iure.Frã. de Are.in cap.cùm ab homine.num.92. de iudi.communẽ dicit.

47 Limita primam communẽ in infamia occulta,quia nõ repellitur à teſtimonio,

monio, nec ab alijs actibus extraiudicialibus. Idem ibi. num. 93. communem dicit ex gloſ. in. l. contra. ff. de teſta. Et intelligit ampliationem, etiã in delictis occultis irrogantibus infamiam, in quibus de iure inducta eſt ſuſpenſio. Quod nota.

48 Infirmus morbo caduco præſumitur durare in eadem infirmitate, ſecus tamen in alia infirmitate. Alci. in tracta. de præſum. reg. 2. præſum. 19. in fi. communem dicit.

49 Inhabilis ad teſtandum, non habilitatur. per. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. Iaſ. ibi. num. 10. communem dicit. vi. in ver. Lex. num. 150.

50 Amplia & ſi velit teſtari ad pias cauſas. Idem Iaſ. ibi. in. 2. lectu. num. 15. communem dicit.

51 Inhibitio iudicis eccleſiaſtici non valet, niſi citata parte. Iaſ. in. l. ſi opus. nu. 6. ff. de no. ope. enun. cõem dicit.

52 Amplia ad inhibitionem faciendam per iudicem eccleſiaſticum iudici ſeculari vt ſuperſedeat in negotio, quia coram eo dictum eſt contractũ vſurariũ. Iaſ. in. l. nec quicquam. nu. 30. ff. de offi. præpo. cõmunem dicit.

53 Ingroſſatio inſtrumenti non valet ſine autho. iudi. etiam per hæredem notarij qui confecit. Boe. deci. 36. nu. 9. communem dicit. & vi. alia octo requiſita in ingroſſatione inſtrumenti, quæ reaſſumit Coua. in quæſt. practi. capit. 21. quæſt. 1. poſt Affli. in deci. 6. Neapoli.

54 Limita iſtam communem, quando de conſenſu partium fit ingroſſatio, quia tunc authoritas iudicis non deſideratur. Coua. in dict. cap. 21. q. 1. num. 5. cõmunẽ dicit ex Bar. in auth. ſi in aliquo documento. C. de edẽn.

55 Nota, quòd quando ingroſſatio excedit centum annos, præſumitur citatione partis, & omnes alias ſolennitates interueniſſe. Coua. ibi. num. 7. communem dicit ex Hoſti. Io. An. Felin. in. c. Albericus. de teſti. vt in ſimili dicit, ſi in inſtrumento antiquo fiat denuntiatio notarij, præſumitur notarius, quemadmodum hoc idem Coua. in. 2. caſu communem dicit ex Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. & Iaſ. in. l. Barbarius. ff. de offi. præſi.

• §. De iure regio adeſt. l. 55. tit. 18. par. 3. de qua meminit pragma. 37. diſponens, ꝙ mortuo notario, iudex debet ſequeſtrare oĩa inſtrumẽta, quæ reperiũtur inter notas notarij mortui, & illa reddenda ſunt ſucceſſori, qui præſtito iuramento põt redigere in publica forma, & dare partibus quibus cõpetũt, ſub diſtinctione tamen. l. 11. & 12. tit. 19. par. ea. quæ reaſſumptæ ſunt per. l. 5. 8. & 9. in pragma. 204. Et ex iſtis legibus patet manifeſtè non eſſe neceſſariam citationem partis ad ingroſſationem inſtrumẽti, niſi in caſibus, in quibus poteſt generare parti præiudicium, ſi duplicetur, quos enumerat. l. 10. eo. tit. 19. & reaſſũmit dict. pragma. 204. Et nota dict. ſingu. Pau. de Caſtro in conſi. 195. vo. 2. vbi dicit non eſſe neceſſariam citationem partis ad ingroſſationem inſtrumenti, licèt pars poterit opponere exceptiones contra dictum inſtrumentum. Quod

Quod procedit, ſi obſeruata fuit ſolénitas dict. l. 55. ſin autem ſucceſſores inſtrumentorum, qui ſine illis ſolennitatibus habent inſtrumenta confecta à notario mortuo, ad hoc quòd poſsit ingróſſari inſtrumentum, ſunt adhibẽda illa octo, de quibus per Afflictum & Couarru. vbi ſuprà. num. 7. cum ſequen.

56 Ingratitudo præterita poteſt remitti, non autem futura. Hieronymus Cagno. in. l. contractus. num. 6. ff, de reg. iu. communem dicit.

57 Inquilino, vel colono impedito vti frui propter peſtem, remittitur pẽſio pro rata. Io. Frã. in tracta. de peſte. par. 1. num. 15. communem dicit. & Coua. in quæſt. practi. cap. 30. num. 3. communem dicit.

58 Inquilino propter ſterilitatem fit remiſsio, quando ſi penſionem ſolueriť, deciperetur vltra dimidiam iuſti pretij. Ludo. de Goza. conſi. 74. num. 2. communem dicit.

• §. Concordat cum l. 20. tit. 8. par. 5.

59 Nota, quòd ſtandum eſt vulgi opinioni, quando minui, vel augmentari debeat penſio propter ſterilitatem vel augmentum in re locata. Brunus. de augmento. conclu. 14. principa. communem dicit.

60 Amplia iſtas communes, etiam ſi locatio eſſet per multum tempus. Bello. conſi. 21. num. 9. communem dicit ex Panor. in cap. potuit. de loca.

61 Inquilinus, vel locator poteſt expelli propter penſionem non ſolutam. Deci. in reg. qui rem. nu. 17. ff. de reg. iu. communem dicit.

62 Nota, quòd ſi inquilinus obligatur per inſtrumentum guarentigium ad ſoluendam penſionem per tacitam reconductionem, non fit executio in eum vigore dicti inſtrumenti. Iaſ. in l. certi condictio. nu. 21. ff. ſi cer. petat. communem dicit.

63 Inquilinus vel conductor rei vrbanæ, ſi finita locatione ſtetit in re locata per aliquod tempus, pro illo tempore ſolùm tenetur, quia videtur reconduxiſſe per illud tempus, & tenetur actione ex locato. & iſte eſt communis intellectus ſecundum Pau. ad l. item quæritur. §. qui impleto. num. 7. ff. locati.

• §. Concor. cum l. 20. tit. 8. par. 5. & vi. gloſſ. in verb. entiendeſe. quæ aperit materiam fratris habentis rem communem cum fratre, ſi videatur reconduxiſſe, vel non. De quo in verbo, Frater. ſupra. num. 231.

64 Inquilinus, aut Colonus non poteſt denunciare nouum opus etiam procuratorio nomine. Iaſ. in. l. hoc edicto. §. ſi ego. ff. de no. ope. enun. num. 5. communem dicit. Intellige ſi dominus eſt præſens, ſecus aũt ſi ſit abſẽns.

65 Nota, quòd ſi fructus rei locatæ ex vi militum perdantur, ſi fructus ſunt ſublati à ſolo, perduntur periculo inquilini, & non domini. Cur. Iuni. con. 85. num. 1. communem dicit.

66 Limita iſtam communem, quando ex inimicitia domini fructus ſunt deſtructi, quia ſiue antè ſiue pòſt perdãtur, ſunt periculo domini, & non cõductoris. Ludo. de Goza. con. 27. nu. 28. in reſpon. ad quintum. communem

nem dicit. & vi. quæ habes in verbo. Debitor. num.

67 Inimicitia eſt iuſta cauſa recuſandi iudices & teſtes, ſi expreſſerit recuſans cauſas inimicitiæ, niſi hoc fuerit data opera vt recuſet. Io. à Ripa in c. 1. de iudi. num. 14. communem dicit.

* §. Inimicitiæ capitales dicũtur, cùm contenditur de ſtatu, vel de omnibus bonis, vel maiore parte eorum. vt per Bal. in l. athletæ dat remiſsionem. ff. de excuſa. tuto. pro quo eſt. l. 7. in fi. tit. fi. par. 7. de qua meminit Io. Lupus in repe. rubri. de dona. inter vi. & vxo. col. 455. §. 88. per totum.

68 Inquiſitio eſt iudicium extraordinarium. Panor. & Deci. in rub. de iudi. nu. 7. & Alci. in cap. perniciosam. nu. 14. de offi. ordi. communem dicit.

69 Inquiſitio non poteſt formari per iudicem ordinarium, niſi fama præcedente. Alci. ibi. nu. 34. cõmunẽ dicit.

70 Fallit, ſi ex forma ſtatuti poſsit procedere non ſeruato ordine. Alci. ibi. nu. 47. communem dicit.

* §. Hanc communem cum præcedẽti nota ad intel. l. 1. tit. 1. li. 8. ordi. & l. 11. tit. 2. li. 4. fo. ll.

71 Nota, quòd inquiſitio poteſt formari contra delinquentem per iudicem territorij vel domicilij, ſed tamen debet condemnari iuxta ſtatutum loci delicti. Aug. in addi. ad Ang. de male. in verbo, hæc eſt quędã inquiſitio.

72 Inſinuatio requiritur in donatione tacita vel expreſſa, quæ excedit quinquaginta aureos. Curſi. Iuni. con. 126. num. 14. communem dicit, & requiritur in ceſsione, vt ibi per eum. & vi. in ver. Ceſsio. num. 54. & de valore iſtorũ aureorũ vide in verb. Dos. n. 225.

73 Amplia in remiſsione debiti, quia licèt vera donatio non ſit, tamen requirit inſinuationem. Deci. in l. ſi creditori. C. de pa. & Couar. in reſolu. li. 2. cap. 4. communem dicunt. & magis communẽ dicit gloſ. in l. 9. tit. 4. par. 5. & Alex. in dict. l. creditori. & gloſſ. in l. ſi quis obligatione. ff. de reg. iur.

74 Amplia ſecundò, etiam ſi in donatione ſit dictum, quòd tot ſint donationes, quot fuerint iugera, quia nõ valet ſi excedit ſine inſinuationẽ. Anto. de Cana in tracta. de inſinuatione queſt. 25. communem dicit ex Specu. in ti. de dona. ver. quid ſi aliquis. per l. ſancimus. §. ſi quis autem. de dona. C. & ibi Cinus.

75 Fallit primò, ſi ſit iurata, quia iurámẽtum tollit ſolennitatem inſinuationis. Deci. con. 229. & Io. Duran. in arteſtan. tit. 1. cau. 10. num. 3. Cur. Seni. con. 59. num. 2. Corne. con. 186. vo. 2. & Cur. Iuni. con. 81. nu. 6. Alci. in cap. cùm contingat. de iur. iuran. nu. 170. & Caro. Molin. in addi. ad Alex. con. 4. vo. 1. in ver. iuramenti. cõem dicit.

76 Fallit ſecũdò in donatione reciproca. Cur. Iuni. in dict. con. 81. nu. 5. communem dicit.

* §. Fallit tertiò in donatione remuneratoria, quæ non requirit inſinuationem. Bar. in l. ſi pater. §. 1. ff. de dona. quia potiùs dicitur debitũ, quàm donatio. l. Aquilius regulus. ff. de dona. & Tira. de vtroque retra. §. 25. glo. 2. in fi. quòd in donatione remuneratoria nõ habet locũ retractus. Quod

eſt

eſt notādum ad intel l.6.tit.7.li.5.or. & l.70.Tau. Vnum tamē nota, ne decipiaris cū additionatore Segurę in l. ſi ex legati ff. de ver.obli.nu.38. quòd hæc inſinuatio debet fieri coram iudice, & non ſufficit quòd fiat coram notario.per.l.9.tit.4.par.5.& Pau.in l. acta ff.de re. iudi.& Alex. Ci.& Bal. in l. fi.C. qui admitti. verba aūt dict. l.9. hęc ſunt. fueras ende, ſi lo hizieſſe con carta, e con ſabiduria del mayor juzgador de aquel lugar.

77 Fallit.5.in donationibus ad pias cauſas. Ripa in li.3. de legi. capi.11.nu.15. communem dicit.

§.Concordat cum dict.l.9.

78 Fallit ſextò in donatione facta filio vt renunciet legitimę, cùm ſit ob cauſam, non requiritur inſinuatio. Ripa in dict.l.3.cap.5.nu.3.cōmunē dicit.

79 Inſtātia de iure canonico durat imperpetuum.gloſſ.in cap. venerabilis. de dolo. & con. quam communem dicit Panor.in cap.venerabilis. de iudi. & Barba. in cap. de cauſis. de offi. deleg. & rationem aſsignat Præpoſi. in cap.ſuper eo.de appella.

80 Nota, quòd triennium, intra quod de iure ciuili cauſa eſt terminā da iuxta.l.properandum.C.de iudi.non poteſt à partibus renunciari, etiam cum iuramento.Coua.in cap.quanuis pactum.par.2.§.1.nu.4.de pactis. in vj. communem dicit ex Panor. in cap. penul. de iudi. nu.15. & Iaſ. in dict. l. properandū.nu.21. Et de iſta inſtātia vi.plura per Dida.Perez in gloſ.ordi. in Rubri.li.3.col.733.cum ſequenti.

§. De iure regio cauſa ſuper confectione inuentarij durat per annum. Cauſa ciuilis durat per tres annos. vt in.l.9.tit.16. par.6. quæ concordat cū dict.l.properandum. Sed tamen conſuetudine eſt approbata communis opinio canoniſtarum, vt expēſis partium parcatur, ſi cauſę inſtātia pereat, vt notat gloſ.in dict.l.9.in verbo.tres años.In criminali, durat inſtantia per biennium.l.7.tit.29.par.7. Inſtantia cauſæ appellationis durat per annum à die appellationis.l.3.tit.16.li.3. ordi. etiam ſi ex cauſa iudicis dilatetur. vt in nu. infra eo. & iudex cōdemnatur in damnū & expēſis per dict. l.3.etſi cauſa non excedit decem millia marauetinos iuxta peti.

Cùm appellatio ſit ventilāda corā Decurionibus ciuitatis, eſt terminanda intra quadraginta ac quinq; dies. vt in.l.6.ti.16.li.3.ordi.& in curijs Valliſoleti de anno.1523.peti.95. Et nota, quòd in dict.l.6.dicitur, quòd Decuriones eligant duos, vt de cauſa vnà cum iudice qui protulit ſententiam cognoſcat coram quibus intra quindecim dies.per dict.l.6. & intra quadraginta per dict. ordi.95. debet pars appellationis concludere. Quod intellige, ſi Decuriones elegerunt, aliàs parte inſtante, vt eligant, ſi non eligūt nō currit tempus per triginta annos, vt per Hippo.ſing.5.pars autem ſi nō inſiſtat vt eligant, currit inſtantia, vt per Hippo. in Rubric. de fide inſtru. nu.147. Sed tamen hæc cōcluſio Hippol. non conuenit diſpoſitioni illius l.6.quia ſtatutum eſt tempus ad determinationem cauſæ; quibus elapſis, nulla

nulla remanet iuriſdictio penes decu
riones, ſed ſententia prima mandabi-
tur executioni: ac iudices, qui intra tē
pus minimè diffinierunt cauſam, cō-
demnantur in damnis parti. Iuxta ta-
men diſtinctionem Hippo. ſi pars ſte
tit vt determinarentur, vel iudices eli
gerentur. Quod nota. Et de curſu
inſtantiæ vi. Tho. Gramma. vo. 31.
per totum.

81 Inſtantia perimitur ex negligentia
iudicis. Thomas Gramma. vo. 31.
communem dicit.

82 Nota tamen, quòd licet facto iudi-
cis cauſa pereat ex curſu inſtātiæ pars
reſtituitur. Idē ibi. nu. 12. cōem dicit.

83 Inſtantia prima nō ſuſpenditur per
compromiſſum. Marcus Anto. de
compro. quæſt. 6. de effectu compro
miſſi. num. 6. communem dicit ex
Firmiano. in tracta. de epiſcopo. par.
1. li. 1. col. fi. & Specu. in tit. de leg. §. re-
ſtat. ver. nunquid.

84 Inſtantia appellationis ſuſpenditur
per compromiſſum, nec currunt tē-
pora appellationis. Idem marcus An
to. ibi. ver. non tamen recedo à com-
muni opini. nu. 7. communem dicit.
& dicit veram communem, ſi à iudi-
cibus acceptetur cōpromiſſum, aliàs
non. ex Deci. in cap. ex ratione. de ap-
pel. & Alex. con. 72. vo. 3.

85 Inſtantia perempta, pereunt omnia
acta, quæ fiunt ad litis ordinationem.
Ripa. in. l. ſi apud. C. de eden. num.
29. communem dicit.

86 Limita iſtam communem quo ad
effectus productos de præterito, quia
iam ſortiti ſunt effectum, vt vitium li
tigioſi, & interruptio præſcriptionis.
Panor. in cap. cauſamque. num. 9. de
teſti. communem dicit. Quam in-
telligit Ripa vbi ſuprà, quando perit
inſtantia facto iudicis, ſecus tamen ſi
facto partis, ex eo quòd nō fuit proſe
cuta cauſa, & perijt inſtantia.

87 Nota, quòd inſtantia perēpta, non
pereunt acta cauſæ, quæ illa dicūtur,
quæ fiunt ad cauſæ deciſionē, vt ſunt
depoſitiones teſtium, inſtrumenta, &
confeſſiones, & alia ſimilia acta pro-
batoria, quæ poſſunt produci, ſi inſtā
tia de nouo inchoetur. Maran. in ſpe-
cu. aureo. par. 5. num. 55. communem
dicit ex Bart. in l. cum lite mortua. ff.
iudi. ſolui. Et nota, quòd confeſſio fa-
cta in proceſſu nullo, operatur con-
demnationem contra reum confiten
tem. Fran. de Are. in capit. qualiter &
quando. de accuſa. num. 31. commu-
nem dicit ex Inno. in dict. cap. quali-
ter. & Panormita. in cap. dilectus. de
capel. monacho. & plures alios con-
gerit Dida. Perez in Rub. li. 3. ordina.
num. 723. Quòd procedit, ſi aliàs non
ſit proceſſus ex defectu poteſtatis iu-
dicantis. cap. at ſi clerici. de iudi. & Fe-
li. ibi num. 1. limita. 6. ex Bal. in addi.
ad Specu. de confeſ. in penul. col.

88 Inſtitutio beneficij, quod eſt de iu-
re patronatus laicorum ſpretis patro
nis, eſt ipſo iure nulla. Bertran. conſi.
24. vo. 2. communem dicit.

89 Inſtitutio clerici de beneficio con-
fert ius plenum inſtituto ſine appre-
henſione poſſeſſionis, quando nul-
lus eſt in poſſeſſione beneficij. Ro-
chus de iure patronatus in verbo. Ius
quæſt.

quæſt.5.num.9.communem dicit.

90 Nota, quòd inſtitutus de beneficio, poteſt ſi alius non ſit in poſſeſsione, apprehendere poſſeſsionem propria authoritate: ſi autem alius ſit in poſſeſsione, non poteſt ſine pœna ſpolij. Couarru.in.li.3.reſo.cap.16.communem dicit ex Io.de Selua.in tracta.de benefi.par.2.quæſt.15.

91 Inſtitutio facta de filio ſub poteſtate & ſub conditione mixta, non valet, & ſi ſtetit per eum quo minus cõditio non adimpleretur. Iaſ. in.l.ſi pater.num.17. C.de inſti.& ſubſti.communem dicit.

92 Inſtitutio deſcendentis ſi ſuus naſcatur, ita valet de ſpurio ſi legitimetur. Cur. Iuni.conſi.84.num,3.communem dicit.

93 Inſtitutionem importat, ſi verbum, relinquo, adijciatur vniuerſitati bonorum. Iaſ.in authen. nouiſsima. num. 33.de inoffi. teſtamen. C. ex gloſſ. in. l. his verbis. in princ. ff. de hære. inſti.

94 Inſtituto fratre, & filijs fatris eiuſdem fratris, pater & filij ad ſucceſsionem hæreditariam cenſentur inſtituti ſimul, & non ſucceſsiuè. Io. Duran in arte teſtan. titu.4.cau.6.num. 1.communem dicit. Et in hac materia vt omnis exhæſitatio tollatur, fac has tres concluſiones.

95 Filius & nepos cenſetur vocatus & inſtitutus ordine ſucceſsiuo propter ordinem neceſsitatis. Soci.in.l. Gallus.§.quidam rectè.de libe.& poſth. communem dicit ex Bart.& gloſſ. ibi. & ſecundum eum tunc dicitur ordo neceſſarius, quando aliàs rumperetur teſtamentum, & diſpoſitio irritaretur, cùm viuente filio nepos nõ poteſt inſtitui.

96 Inſtitutus pater & filius inter eos, inter quos non cadit affectio charitatis, ratione ſanguinis ſeu ſucceſsionis inteſtati cenſentur inſimul vocati, non tamen ſucceſsiuè. Soci.ibi. num.5.communem dicit. vt cùm pater & filius ab extraneo copulatiuè eſſent inſtituti.

97 Inſtitutis pluribus ſub nomine collectiuo, inter quos cadit affectio ſanguinis, cenſentur vocati nomine ſucceſsiuo. Soci. ibi. num. 6. communem dicit. Et nota, quòd ordine ſucceſsiuo dicitur, quòd excluſo primo, ſecundus admittitur, & admiſſo primo, alij excluduntur. vt notat Paul. Caſtrenſ. & approbat hunc intellc. Soci.ibi.num.8.

98 Inſtituto monaſterio ſi filiam receperit in monialem, reijcitur conditio tanquam turpis, & remanet inſtitutio vera. Iaſ. in. l. conditioni; num.3.C.de inſti.& ſub. magis communem dicit, licèt Alexand. in dict. l. conditioni. dicat communem contrariam.

99 Inſtitutus in re certa, licèt quo ad quædam habeat vim legatarij, non poteſt dici legatum, nec inſtitutio, ſed quædam tertia ſpecies, vt participium. Cur. Iuni. conſi.190. num.3. communem dicit.

100 Nota, quòd inſtitutus in re certa, ad adipiſcendam ipſam rem habetur loco legatarij, ſed quo ad omnia habe-

tur loco hæredis. Iaſ.in.l.quotiens.nume.3.C.de hære.inſti.communem.

101 Fallit vniuerſali hærede repudiante hæreditatem, & ſi hæres vniuerſalis non repudiat nec adit, non habet executionem paratam ex vi legis. edicto. C de edi. diuo Adria. tollen. quam haberet ipſo hærede repudiante. Iaſ.in dict.l.edicto. nume.6. communem dicit.

102 Nota, quòd inſtitutus in re certa, hærede vniuerſali repudiante, habetur loco hæredis, & ſibi accreſcit totum, vt ſi à principio nullus eſſet hæres inſtitutus. Petrus Raue. in Alpha. aure.in verbo, Hæres, cōmunē dicit.

103 Inteſtatus dicitur deceſsiſſe, qui de iure teſtari nō pōt. Oliue.de gradi.cogna.de ſucceſsi.ab inteſta. nu.8.communē dicit, & bene.in. c. Rainutius. in verbo, nomine Adelaſia. col.4. de teſta.communem dicit.

104 Nota, quòd inteſtati filij bona, quæ prouenerunt ei ex parte patris, ad patrem: & quæ ex parte matris, ad matrem proueniunt. Couarru.in epi. de ſucce.ab inteſtato.nu.2.communem dicit ex Bar.in auth.itaq;.C.commu. de ſucceſ.

* §. Contrarium diſponitur per.l.6. Tau.&.l.4.tit.13.part.6.quòd æqualiter ſuccedunt, approbata opi. Bald. in conſi.31. vo.2.quam ibi dicit communē, & illā approbat dictus Coua. ibi.

105 Inſtrumentum vacillat per vnum ex tribus teſtibus inſtrumētarijs. Cur. Iuni.conſi.55.num.1.communem dicit.tamen fidem facit Boe.deci.12.cōmunem dicit.

106 Inſtrumentum redditur falſum per duos teſtes inſtrumentarios. Cur. Iuni.in.d.conſ.55.communem dicit.

107 Amplia etiam per duos alios teſtes non inſtrumētarios. Deci.in.c. tertio loco.de proba.communem dicit.

108 Fallit, niſi ſint alij duo teſtes coadiuuantes inſtrumentum. Boe. deciſ. 118. nu.26.& Iaſ.conſi.104.cōmunē dicit.

* §. De iure regio adeſt.l.115.&.117. tit. 18.par.3.vbi cauetur, quòd quando teſtes dicunt non recordari de contentis in inſtrumento cùm eſſent præſentes, quòd ſi notarius eſt bonæ famę, ei eſt ſtandū: aliàs ſi non ſit bonæ famæ, & res non ſit de longinquo, omnibus teſtibus contradicentibus, creditur teſtibus, & non notario. Vel ſi probaretur negatiua coarctata loco, vel per inſtrumētum aliud, vel per quattuor teſtes, nō credit' inſtrumēto p.d.l.117.

109 Nota, quòd duo teſtes ſunt de ſubſtantia inſtrumenti. Coua.in.q.pract. c.20.nu.4. ver. & licet. communē dicit.ex gl.in.c.1.de fi.inſtru.

* §. Concordat cum.l.114.tit.18.part. 3. licet.l.54. videatur innuere quòd requirantur tres teſtes, & in vſu eſt recepta.

110 Nota, quòd non eſt neceſſarium, quòd teſtes ſe ſubſcribant inſtrumento, ſed ſufficit ꝙ ſint præſentes, & nomina eorum in inſtrumento inſerantur. Idem Coua. ibi. nu.4. cōmunem dicit ex Panor.& Feli.in. d.c.1. de fide inſtru.num.14. & Deci. nu.12. & in.c. quoniam contra.de pro.nu.18.

* §. Concordat cum.l.58.eo.tit.18.

111 Item nota, quòd inuocatio domini

M noſtri

noſtri nō eſt neceſſaria in inſtrumēto. ad eius validitatem. Coua. ibi. nu. 1. cō munem dicit ex Bal. in prima conſti. C. & Panor. in. d. c. 1.

112 Item nota, quòd dies confecti inſtrumenti eſt neceſſaria quòd inſeratur ad eius validitatem. Idem Coua. communem dicit, vbi ſupra.

• §. Concor. l. 11. & 54. ti. 18. par. 3.

113 Nota, quòd ſi protocolum, quod originale dicitur, non inueniatur, nō valet inſtrumentum. Couarruuias in cap. 19. num. 3. in quęſtio. practi. communem dicit. ex Bald. in rubri. de fide inſtrumen.

114 Item nota, quòd locum, vbi conficitur inſtrumentum, eſt neceſſarium inſeri ad eius validitatem. Couarruuias in dict. cap. 20. communem dicit ex Panormita. in dict. cap. 1. de fide inſtrumen.

• §. Concor. cum. d. l. 58.

115 Inſtrumentum ſi ab aliquo inſtrumento publico exempletur, licèt illud exemplar publicum ſit, ab eo nō poteſt aliud exemplum traduci, vt fidem faciat. Couarru. in quæſtio. practi. cap. 21. nume. 4. communem dicit ex Bald. in. l. bonæ fidei. C. de re. credi. col. 3. contra Bar. in Auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden.

116 Inſtrumentum dotis probat, quando maritus præſtitit alimenta vxori, & ſi ſit confeſsionatum. Goza. conſil. 42. nu. 13. communem dicit.

117 Inſtrumentum habens plures articulos, vno approbato, non cenſetur in omnibus approbatum. Curti. Iuni. conſ. 166. nume. 11. communem dicit. & Bello. conſi. 6. nume. 12.

118 Amplia, quòd ſi producatur ſcriptura, poteſt acceptari pro parte, & pro parte non. Aimon de anti. tempo. par. 1. in arg. de ſcriptura priuata. num. 68. communem dicit, quam limitat tripliciter.

119 Inſtrumentum confectum ſecundùm ſolēnitates vnius loci, vbiq; probat. Aimon ibi. in verbo, quartò limitatur. nū. 19. communem dicit ex Bart. in. l. ſi. C. de ſumma. tri.

• §. Nota iſtam communem iuncta deci. Domi. Ioan. de Pala. rube. in rē pe. rub. de dona. inter vi. & vxo. col. 9. ad ampliationem. l. 5. tit. 8. lib. 3. ordi. vbi dicit, quòd inſtrumentum alibi confectum habebit paratam executionem in hoc regno.

120 Inſtrumentum ſi inueniatur penes aliquem cum cautione admittitur ſine mandato. Feli. in cap. coram. de of fi. dele. quem refert Alciat. in tracta. de præſump. reg. 1. præſump. 23. communem dicit. & Iaſ. in. l. cautio. nu. 12. C. de procu.

121 Inſtrumentum inſtitutionum feudalium non probat dominium contra tertium poſſeſſorem. Cur. Iuni. cō ſi. 18. nu. 5. communem dicit.

122 Inſtrumentum locationis non probat dominium, ſi conueniatur poſſeſſor actione reali ex dominio agentis: ſecus tamen ſi conueniatur ex perſonali actione ex contractu locationis intentata contra inquilinum. Curti. Iunior conſil. 158. nume. 6. communem dicit.

123 Inſtrumenta publica etiam poſt cō cluſum

cluſum in cauſa cum iuraméto, quòd de nouo reperta ſint, admittuntur. Coua.in.c.20.in quæſtio.practi.nu.8. communem dicit ex Bar.in.l.admonendi.nu.5.ff.de iureiuran.

§.De iure regio per.l.8.de Madrid inſtrumenta ſunt producenda intra viginti dies à tempore litis conteſtatæ, & cum iuramento, quòd de nouo peruenerunt ad ſuam notitiam, poſſunt produci ante concluſionem in cauſa, vt in.l.24.in.d.ll.de Madrid, ex qua euacuatur noſtra communis. Tamẽ d.Couarru.dicit receptum eſſe, quòd cùm à ſententia non patet locus appellandi, quia iam tertia ſentẽtia proferenda eſt, vel eſt gradus ſupplicationis, cum dicto iuramento, admittitur inſtrumentum, ne iuſtitia partis pereat ex negligentia, quod Paul. de Caſtro adnotauit in dict.l.admonendi.num.26.&.d.Couarruuias ibi adnotat neceſſarium ſpeciale mandatum ad hoc, quòd procurator admittatur; & non ſufficere clauſulam cùm libera, nec iuramenti calumniæ, & alterius iuramenti. vt in cap. vlti. de iuramen.cal.lib.6.

124 Interdictum vnde vi. vel conditio ex.c.reintegranda. competit etiã contra titulo poſsidentem. Ioan. à Ripa de leg.c.1.nu.45.communem dicit.

125 Intellige quando principalis non eſt ſoluendo, quia tunc poſſeſſor conuenitur. Ioan. Coraſ. in.l.naturaliter. §.nihil commune.nu.45.ff.de acqui. poſſe.communem dicit.

126 Fallit quando ſingularis ſucceſſor poſſedit cum titulo & bona fide. Ripa in.c.8.de conditioni. in fi. communem dicit. quod intelligit, ſi poſſeſſor bonæ fidei ſucceſsit bonæ fidei poſſeſſori, alias non. vt ibi per eum.

127 Interdicto adipiſcendæ quorũ bonorum agitur ad conſequendam poſſeſsionem, cùm per conſuetudinem vel ſtatutum acquiſita eſt poſſeſsio. Ripa de legi.cap.1.num.80.communem dicit.

128 Interdictis clericis alicuius eccleſię, non cenſetur interdicta eccleſia, poteruntque ibi diuina celebrari. Coua. in cap. Alma mater.par.2.§.1.num.7. de ſenten.excommu.lib.6.communem dicit ex gloſ.in.c.ſi ſententia.de ſenten.excommuni.

129 Interdictum poteſt epiſcopus ſuſpẽdere ad tempus. Francus in.c.ad hæc. de appel.in gloſ.2.communem dicit.

130 Intereſſe non debetur, quando res non eſt in commercio hominum. Ripa de leg. cap.2.nume.26.communem dicit.

131 Intereſſe poteſt committi arbitrio creditoris. Iaſ. in.l.iuſiurandum.ff. de iureiuran. Ioannes Duran.in arte teſtandi.titul.6.cau.48.communem dicit.

132 Interpellatio non requiritur, quando obligatio conſtituitur cum iuramento. Deci. in.l.quod te.ff.ſi cert. petat. communem dicit, aliàs ſemper requiritur interpellatio ad inducendam moram. vt per Hippolyt. ſingul.147.

133 Interpellatio extraiudicialis ſufficit ad inducendam moram, etiam ſi fiat per verba enunciatiua. Iaſ.in.l.ſi

 exle-

ex legato.ff.de verborum obliga.cõmunem dicit.

134 Interpellatio ad inducendam moram non fit per libelli oblationem. Deci.in.l.vinum num.14.ff.ſi cer.petat.communem dicit ex Bar.in.l.denunciaſſe.§.quid ergo.ff.de adulte. Sed quia hæc communis videtur eſſe contra communem præcedentem & communem poſitam in verbo, Obligatus nume.17.vbi dictum eſt ad inducendam moram ſat eſſe interpellare extraiudicialiter, ſed cùm maior vis & maior potentia ſit actuum iudicialium quàm extraiudicialium.l.pacta nouiſsima.C.de pactis.&.l.ſiue apud acta.C.de tranſactioni. dic quòd noſtra communis concordat cum quinta limitatione, quam dat ad regulam Caſſane.in conſuetu.Burgun.rubr.4.§.23.in verbo, Sera ſouffiſamment.num.8.vbi propoſita regula ſufficere interpellationem extraiudicialem, limitat quintò, quando elegit viam iudicij, quia requiritur litis conteſtatio ad inducendam moram, & non ſufficiat libelli oblatio.l.fina.ff.de tritica amplius non peti.ff.rem ratam haberi, & vi.in.d.verbo, Obligatus.vbi quid de iure regio declaratur.

135 Interrogare poteſt iudex poſt concluſum in cauſa ad fundandum ius partis de nouo.Alexand.in.l.4.§.hoc iudicium.ff.de dam.infe.& Deci.in c.1.de iudi.& Curti.in.l.admonendi.nu.74.ff.de iureiuran.communem dicunt, Sed Bello, reprehendit Deci.conſi.50.vbi vi.per eum.

* §.Nota iſtam communem ad ampliationem.l.34.tit.16.par.3.in fine.Et nota, quòd licet poſt duos annos non admittatur exceptio pecuniæ nonnumeratæ.l.in contractibus.C.de nõ numera.pecu.ſed iudex ex officio poteſt petere iuramentum à parte ſuper hac exceptione.l.184.ſtili.

136 Inuentarium tenetur facere hæres rogatus de reſtituendo, aliàs perdit Trebellianicam.Corne.conſil.168.vo.3.Ioan.Duran.in arte teſtan.tit.5.cau.37.communem dicit. Sed Alexan.conſil.67.vo.4.dicit contrariam communem.Sed Deci.conſi.480.dicit magis communem primam, etiã in filijs hæredibus.nu.16.

* §.Concordat cum prima.l.10.titu.6.part.6.

137 Fallit in legitima, quia & ſi non conficiat inuentarium, nihilominus poteſt detrahere legitimam.Calca.conſil.36.Ioan.Duran.cau.8.tit.11.& Guido.conſil.53.communem dicunt.

138 Nota, quòd ex inuentario per hæredem confecto reſultat præſumptio quòd non ſint alia bona teſtatoris præter contenta in eo, & dicenti contrarium, incumbit onus probandi. Couarruuias in cap.6.nume.4.lib.2.reſolutio.communem dicit ex Alexan.& Areti.in.l.illa.& in.l.decem.ff.de verbo.obliga.& ſic dicit intelligendam gloſſ.in.l.cùm de lege.ff.de proba.

139 Nota, quòd tempus conficiendi inuentarium currit à tempore aditæ hæreditatis.Deci.conſi.637.Roma.conſil.64.Ioan.Duran.in arte teſtan.tit.

11.cau.

n. cau.8. & Bello. conſil.68. communem dicit. & poſt aditam hæreditatẽ debet incipere, & finire intra ſexaginta dies.

140 Nota tertiò, quòd teſtator non poteſt remittere vſufructuario inuentarium, nec cautiones pręſtãdas in vſufructu. Bello. con.54. num.2. communem dicit ex Bart. in. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.

141 Iudex tenetur ſecundùm ea, quæ ex actis præuiſit ſententiam proferre, non ex eis, quæ priuatim & particulari ſcientia percepit. Coua. in reſo. c.1. lib.1. nu.6. magis communem dicit ex gl. in. c.1. de offi. ordi.

142 Iudex ſi incepit à præcepto executiuo, niſi ſit clauſula iuſtificatoria, actus eſt ipſo iure nullus. Iaſ. in. l. nec quicquam. ff. de offi. præto. nu.6. magis communem dicit.

143 Iudex ponens aliquem ad torturã iniuſtè, punitur pœna capitis. Hippo. in practi. §. expedita. nu.87. magis cõmunem dicit.

144 Iudex ſi dedit licentiam intrãdi in poſſeſsionem propria authoritate, intelligitur niſi habeat reſiſtentiam. Iaſ. in. l. iuſtè poſsidet. nu.13. ff. de acqui. poſſe. communem dicit.

145 Iudicis licentia inualida non excuſat à pœna ſtatuti ſimpliciter loquentis de intrante in poſſeſsionem alienam. Iaſ. ibi. nume.24. communem dicit.

146 Nota, quòd iudicis decretum interpoſitum ex falſa cauſa eſt nullum. Curti. Iuni. conſi.170. num.2. communem dicit.

147 Iudex ex mero officio excludit actorem actione carentem, etiam non petitus, ſecus tamen ſi habet actionem elidibilem ope exceptionis. Balbus de præſ.1. par. quæſtio.8. num.2. communem dicit.

148 Iudex præparantis, eſt iudex iudici pręparati. Curti. Iuni. conſ.152. nume. 9. communem dicit.

149 Hin eſt, quòd iudex eccleſiaſticus & non ſecularis debet cognoſcere de clericatu clerici detenti per iudicem ſecularem. Phi. Probus in additio. ad Ioan. Mona. in cap. ſi iudex laicus. de ſenten. excommuni. lib.6. nu.13. communem dicit ex Bald. in. l. ſi qua. C. de epiſcopis & cleri. & docto. in dict. c. ſi iudex laicus. & Couarru. in. c.33. num.2. in quæſti. practi.

313 Ius patronatus habens aliqua eccleſia, non poteſt pręſentare principales dignitates illius eccleſiæ. Boeri. deciſ. 32.nu.5.communem dicit. Intellige iſtam communem in electione, quia laicus etiam princeps non poteſt prætendere electionẽ prælati eccleſię collegiatæ vel cathedralis. Secus tamẽ in præſentatione, quam poteſt ſibi reſeruare in principio conſtructionis, vel poſt acquirere præſcriptione, ſi conſtruxit, vel dotauit, vel fundauit. Couar.in reg.poſſeſſor.de reg.iu.lib.6.§.10.nu.50.magis communem dicit ex Ioan. And.in reg.cũ alicui.de reg.iu. lib.6. Et ex hac cauſa Hiſpaniæ reges non ſolùm ex priuilegio, quia ab ore inimicorũ proprio ſanguine totã Hiſpaniã redemerũt, vt dicebat gl.in c. Adrianus.63.diſ.pſentãt prelatos eccleſiarũ, ſed etiã ex eo, ꝙ fundarũt, cõſtruxerunt, vel dotarunt eccleſias.

314 Nota, ꝙ Romanus pontifex põt derogare iuri patronatus tam clericorũ, quàm laicorũ. Coua.in q.practi.c.36.nũ.1.communem dicit ex gl. in clem.2. in verbo, Apoſtolicis.de præben.

315 Intellige in patronatu laicorũ, ſi expreſſè deroget. Secus tñ, ſi tacitè. Idẽ ibi cõmunem dicit ex Lapo alleg.96.

316 Amplia, etiam ſi in genere ſit facta mẽtio ſub clauſula generali ad cuiuſcunq; collationem præſentationẽ beneficium pertineat. Idem ibi communem dicit ex Lapo alleg.84.

317 Amplia ſecundò, etiam ſi in curia vacauerit, non comprehẽditur in generali reſeruatione. Idem ibi communem dicit ex gloſſ.in c.2.de præben. in 6.& Ioan. Lup. in tracta.de bene. vacan.in curia.§.11.& Deci. Caſſio.deciſ.1.de dila.

318 Ius patronatus ſi transferatur de laico in eccleſiã, eccleſiaſticũ eſt, non ſolùm

lùm quoad priuilegia, ſed etiam quoad derogationem. Idem ibi. num. 5. cõmunẽ dicit ex glo. in cap. vno. de iure patro. in. 6. in verb. Eccleſiaſticus.

319 Ius patronatus ſi pertineat laico & clerico, eccleſiaſticum eſt. Idem ibi. in verbo. tertio optime, communem dicit ex gloſ. in dict. cap. 1. §. vlti.

320 Fallit quoad derogationem, quia cẽſetur laicale. Idẽ ibi ex Sene cõſ. 66.

321 Ius patronatus ſi priuilegio vel pręſcriptione laico competat, comprehenditur ſub literis apoſtolicis de eo non facientibus mentionem. Idẽ ibi. nu. 6. communem dicit ex Panor. in cap. dilectus. de offi. lega.

322 In impetratione beneficij de iure patronatus laicorum à ſummo pontifice, facienda eſt mentio de poſſeſſoribus ius præſentandi habentibus, & ſi non fiat de veris patronis. Idem Couarru. ibi. in verbo, quintò principaliter quæritur. communem dicit ex gloſſ. in capitu. conſultationibus, de iure patrona.

323 Nota, quòd diſpenſatio facta per Romanum pontificem cum electo ad epiſcopatum vt poſsit retinere beneficia, valet, & ſi illa beneficia ſint de pręſentatione laica. Coua. in quęſt. practi. cap. 36. nu. 12. in fi. communẽ dicit ex Rota deciſ. 331. in nouis.

324 Duobus collitigãtibus in curia ex præſentatione laicorum non ſequuta collatione morientibus, vel altero moriente, collatio non ſpectat ad Romanum pontificem, nec dicitur beneficium vacare in curia. Couarru. ibi. num. 7. communem dicit ex gloſſ. in cle. 1. in verbo, Collatio. vt lite penden. in princi.

325 Capitulũ. vt lite pendente. li. 6. procedit non ſolùm quoad tertiũ, quòd nõ poſsit præſentari alio ex collitigãtibus mortuo, ſed neutri ex collitigãtibus. Rochus. in verbo, Honorificũ. quęſt. 23. cõmunẽ dicit contrariã, immo quod poſsit pręſentari vnus ex collitigãtibus. Lamber. in. 2. li. par. 1. quęſt. 6. ar. 12. magis communẽ dicit, & Coua. in dict. nu. 7. in verbo. tertio.

326 Permutatio beneficij, quod eſt de præſentatione laicorum, ipſis ſpretis, non eſt ipſo iure nulla, ſed venit anullanda per ſententiam. Couarru. in dict. quæſt. 36. num. 9. communem dicit ex Panormi. in cap. cùm dilectus. de iure patro.

327 Intellige iſtam communem patronis intra quatuor menſes conquerentibus. Idem ibi. in fi. communẽ dicit.

328 Nota, quòd in vnionibus beneficiorum, quæ ſunt de patronatu laicorum, eſt facienda mentio iuris patronatus. Couar. ibi. num. 11. communem dicit ex Deci. conſi. 174.

329 Ius ſepulchri tranfertur in ementem fundum, vbi ſepulchrum eſt, etiã ſi habeat aliunde aditum, quàm per dictum fundum. Couarru. in quæſt. practi. capit. 36. & in reſolu. capitu. 13. num. 3. li. 1. communem dicit ex Albe. in. l. ſi mercedem. §. 1. ff. de acti. empti. Ratio tamen diſcriminis inter ius patronatus & ius ſepulchri hæc eſt, quia iure ſepulchri non niſi per fundum vti poſſumus, iure autem patronatus ſic, quod nota.

Labo-

L.

1 LABORATORES conducti ad laborã dum agrũ litigioſum, ſi fiat eis proteſtatio ne agrum colerent, tenentur ad damnum, & ad pœnam. Deci. in l. velle. num. 3. ff. de regu. iu. communem dicit.

2 Laicus licitè recipit decimas, ſi per tempus, cuius memoria non eſt in cõtrarium, percepit, & non eſt neceſſarium q̃ ſit fama, quòd ante cõcilium Lateranenſe habuerit. Pyrrhus in cõſuetudi. Aure. de poſſeſſorijs iudicijs. §. 2. prope fi. magis communem dicit ex Barba. con. 35. vo. 2. & Alex. con. 6. vo. 1. & de hoc vi. Rebu. de decimis.

3 Laicus, qui percipit decimas per tẽpus, cuius memoria non eſt in cõtrarium, etiam ante concilium Lateranenſe, non poteſt alteri laico concedere, etiã cum authoritate epiſcopi. Boe. in conſue. Bituri. in Rubri. des coſtumes prediales. §. 11. communẽ dicit.

4 Laicus poteſt eſſe arbitrator in re ſpirituali. Deci. in cap. 2. num. 2. de iudi. communem dicit.

5 Laicus poteſt eſſe aſſeſſor epiſcopi in cauſa ſpirituali. Deci. ibi commũnẽ dicit, quã intellige, niſi ipſe iudex aliàs eſſet ſequuturus ſuũm cõſilium vt per Panor. ibi. Ex quo infertur, q̃ ſi iudex eſſet ita ignarus, q̃ neſcit diſcernere an conſilium ſit iuſtum necne, cùm teneatur ſequi, vt per Anto. in cap. cùm olim. de arbi. quẽm refert & ſequitur Alex. in l. ſi conuenerit. nu. 11. ff. de re iudi. tunc laicus non poteſt eſſe aſſeſſor, vt per Deci. ibi, quam communem dicit.

6 Laici poſſunt puniri per epiſcopum de adulterio. Alci. in capit. pernicioſam. de offi. ordi. communem dicit, etiam per intruſionem in monaſterium. Couar. in epi. 4. cap. 7. §. 7. num. 20. communem dicit.

7 Lata culpa non æquiparatur dolo, cùm agitur de imponẽda pœna mortis, vel mutilationis membri. Hiero. Cagno. in l. contractus. num. 20. de reg. iu. ff. communem dicit.

8 Legatus de latere in prouincia ſibi commiſſa, ac extra, poteſt ſubditos & non ſubditos abſoluere propter iniectionem manuum violentam in clericum excommunicatos, & ſi ſit enormis læſio. Panor. in cap. penul. de offi. lega. communem dicit.

• §. Concordat cum l. 23. tit. 9. par. 1.

9 Nota, quòd legatus in prouincia ſibi decreta poteſt adiri per viam ſimplicis querelæ. Panor. in cap. 1. de offi. lega. nu. 2. communem dicit ex gloſſ. in dict. cap. 1.

10 Legatus nuntius extra prouinciam nec ſubditum abſoluit. Panormi. ibi. communem dicit.

11 Legatum factum Sempronio ſi duxerit vxorem in mille, & ſi ordinem eccleſiaſticum receperit in ducenta, ſi efficitur clericus, gaudet in mille. Hippo. in Ru. de fide. num. 127. ff. communem dicit.

12 Amplia in legato facto filiæ ſi nupſerit in mille, & ſi ingrediatur in monaſterium in quinquaginta, ſi ingreſ-

ſuſit monaſteriũ, habebit mille. Iaſ. in auth. quas actiones. nu. 14. C. de ſacroſan. eccle. & Ars teſtan. tit. 6. cau. 54. communem dicit. Contrariam dicit communem Paulus in auth. Niſi. C. ad Trebel. & vi. Deci. in cap. in præſentia. nu. 59. de proba. Sed primam communem in dubia voluntate teſtatoris intellige, & ſecũdam in vera & indubitabili, vt per Duran. in arte teſtan. cau. 54. vel dic pro vt dicit Couá. in reſo. lib. 1. cap. 19. nu. 9. quòd prima eſt communis, & ſecunda verior.

13 Legatum factum mulieri vel alicui vt contrahat matrimonium cum. A. ſi ipſa velit. Requiſita. A. acceptauit, ſi poſtea recuſauit, nihilominus debetur legatum. Iaſ. in. l. cùm auum. nu. 8. C. de inſti. & ſubſti. comuné dicit.

14 Legatum relictum vxori ſi honeſtè vixerit, & durauerit in viduitate, & quod poſt eius morté, quòd Titius habeat legatum, ſi ipſa contrahit matrimonium non expectata morte, habebit legatum. Iaſ. in. l. ſi mater. nu. 2. C. de inſti. & ſubſti. communem dicit.

15 Legatum relictum filię pro illa maritanda in. cccc. ſi inueniat maritum cũ. cc. habebit nihilominus reſiduũ. Iaſ. in. l. filia legato. nu. 3. C. de leg. cõmunem dicit. & Couarru. in capit. officij. de teſta. num. 20.

16 Legatum factum vxori per hæc verba, Relinquo vxori meę quicquid ad me peruenit nomine dotis. non ſunt expenſę deducendæ factæ pro conſecutione dotis. Iaſ. in. l. poſt dotem. nu. 36. ff. ſolu. matri. communem dicit.

17 Legatum factum vxori, in quo relinquitur vſufructuaria omnium bonorum inſtitutis filijs, intelligũtur ſolũm legata eſſe alimenta. Goza. con. 99. nu. 8. communem dicit.

18 Fallit ſi filius moriatur, quia tũc erit vſufructuaria omniũ bonorum. Idé ibi. num. 9. communem dicit.

19 Legatum conditionale eſt cenſendum, & non purum, ſi legetur pro dote, vel pro cauſa dotis, & non debetur niſi matrimonio ſecuto. Coua. in cap. 3. de teſta. num. 1. communem dicit ex Caſtro. in. l. ſi ego. in prin. ff. de iu. doti. quam intellige ad hoc quòd debeatur legatario. Sed ſi non ſequatur matrimonium, debet conſumi in pios vſus ex Bal. Noue. de dote. part. 6. priui. 77. niſi aliud cõſtet de voluntate teſtatoris, vt per Panor. in dict. cap. 3.

20 Legatum factum eccleſiæ, intelligitur de parrochiali. Iaſ. in. l. 1. num. 4. C. de ſacroſan. eccleſi. comuné dicit.

21 Legatum factũ eccleſiæ ſanctæ Mariæ, cùm in loco ſint plures eccleſiæ ſanctæ Mariæ, & non apparet de voluntate teſtatoris, nec altera eſt pauperior, epiſcopus aſsignabit cui maluerit. Coua. in cap. iudicante. nu. 2. de teſta. communem dicit ex Hoſti. Anto. & Abbate. in dict. cap. 3.

22 Legatum annuum relictum eccleſiæ, vel ciuitati, non durat niſi per centum annos. Alex. con. 6. vo. 1. communem dicit. quam intellige in vſufructu relicto eccleſiæ, ſecus tamé in annuo legato. Iaſ. in. l. ſoluto matrimonio. nu. 1. ff. ſolu. matri.

23 Legatum pium non debetur niſi adita hæreditate. Iaſ. in. l. 1. C. de ſacroſan. eccle.

eccle. num. 31. communem dicit.

24 Legatum relictum in minùs ſolenni teſtamento, hæres non tenetur præſtare etiam in foro animæ. Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem. nu. 5. C. de iuris & fa. igno. contrariam, immo quòd licèt ciuiliter non teneatur, tamen obligatione naturali tenetur od præſtandũ dicit magis communem ipſe Iaſ. in. l. cùm quis. num. 12. C. eo. tit. & Couar. in cap. cùm eſſes. de teſta. num. 5. ex Panor. in. c. quia plerique. de immu. eccle. & in capit. 1. de in integ. reſti. & quòd ex minùs ſoleni teſtamẽto oriatur naturalis obligatio. Couar. in cap. quanuis pactum. par. 2. §. 4. num. 8. de pact. in. 6. communem dicit. & gloſſ. in. l. 31. tit. 14. par. 5. ex docto. in. l. vlti. C. ad leg. fal. Sed pro concordia dicit, quòd ſecunda debet intelligi de obligatione naturali, quę procedit ex morali honeſtate, & ſic ſi hæres ſoluit legata, non repetit. Prima autem procedit, quòd hæres non compellitur præſtare etiam iure naturali. quod nota.

25 Fallit primò, ſi in minùs ſolenni teſtamento teſtator cõcedat legatario, quòd poſsit propria authoritate apprehendere poſſeſsionem rei legatæ. Io. Durã. in arte teſtan. tit. 2. cau. 3. & Iaſ. in. l. nemo. ff. de lega. pri. magis communem dicit.

26 Fallit ſecundò, quando teſtamentũ ex eo eſt nullum, quia teſtator errauit in inſtitutione, inſtituens quem credebat coniunctum, cùm aliàs non eſſet. Iaſ. in. l. eamquam. de fideicõ. nu. 5. C. communem dicit.

27 Fallit tertiò, quando teſtamentum eſt nullum ex præteritione, quia non ſunt inſtituti hæredes, qui inſtituendi eſſent. Bello. con. 57. communẽ dicit.

§. Nota has communes præcedentes pro intellectu. l. 31. tit. 14. par. 5.

28 Nota, quòd ſi legatarius poſsidet rẽ legatam, etiam ſi teſtamentum ſit nullum, legitimè retinet etiam in foro cõſcientię. Iaſ. in dict. l. cùm quis. communem dicit. & in foro iudiciali habet exceptionem aduerſus hæredem. Iaſ. in. l. nemo. in pri. lectu. nu. 7. & in ſecunda. nu. 98. communem dicit.

29 Legatum relictum ſpurijs à patre, cognatis proximioribus defertur. Couarru. in epito. 4. §. 9. cap. 8. num. 5. cõmunem dicit ex Iaſ. in. l. 2. C. de hære. inſti. & Alex. in. l. hæreditas. C. qui. vt indignis. & Io. Lupus in. l. 29. Tauri.

§. Nota, quòd ſi cognati proximiores per duos menſes neglexerint petere, defertur fiſco. l. 10. tit. 13. par. 6.

30 Legatum magnum tollitur rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi. Alci. de præſum. reg. 1. præſum. 13. communem dicit.

31 Legatum dicitur inutile, quod in voluntate alterius relinquitur, niſi ſit in piam cauſam. Io. Duran. in arte teſtã. tit. 6. cau. 8. communem dicit. & Couarru. in cap. ſi tibi. num. 12. de teſta. & fauore pię cauſæ etiã ſi ſonet in meram voluntatem tertij, eſt interpretandum ad arbitrium boni viri.

32 Fallit ſecundò regula principalis, quia non poteſt relinqui in meram voluntatem, quæ eſt ex l. fideicommiſſa. §. quanquam. ff. de fidei. liber. quòd hæc regula procedat, ſi relinquatur

arbitrio

arbitrio boni viri moderandum, ſub hac forma, Lego centũ Titio, ſi hęres arbitrabitur, ſi hęredi viſum fuerit, ſi hęres putauerit. Coua. in. d. c. cũ tibi. n. 7. de teſta. cõem dicit ex Bar. & doct. in. l. 1. ff. de leg. 2. & Panor. cõſ. 4. nu. 9.

• §. De materia iſtius cõmunis habes l. 11. tit. 3. par. 6. & l. 6. tit. 5. li. 3. fo. ll. & l. 31. cum nouem ſequenti. in deci. Tau. & l. 29. tit. 9. par. 9. quam rogo videas.

33 Legatum factum cũ clauſula, quòd teſtator promittit non reuocare, & ꝙ ſi reuocauerit, quòd donat, nõ poteſt mutari. Io. Duran in arte teſtan. tit. 6. cau. 3. communem dicit.

34 Legatum alternatiuum ſi relinquatur, eſt electio legatarij, & non hæredis. Sali. in. l. plerunq;. §. fi. C. de iu. dotium, communem dicit. & Couar. in cap. indicante. de teſta. num. 3.

34 Legatũ relictum certis perſonis alicuius loci, videt᷑ relictũ cõtẽplatiõe loci. Io. Durã. in arte teſtã. tit. 6. cau. 7. Barba. conſi. 1. vo. 4. cõmunem dicit.

35 Legatũ de re aliena ex certa ſcientia teſtatoris eſſe alienam, hæres tenetur euincere, & dare legatario. Alex. in. l. rẽ alienã. C. de lega. & Ars teſtã. tit. 6. cau. 32. cõem dicit. & licèt aliqui vellẽt hoc procedere de iure ciuili, nõ tñ de ęquitate canonica, per tex. in. c. filius noſter. de teſta. tñ cõiter tenetur contrariũ, vt per Barba. ibi, & poſt eũ Couar. in fi. nu. 6. Verus. n. intellectus tex. in. d. c. filius. eſt, ꝙ legatarius inuito domino rei legatę prætextu legati non poteſt detinere, quin reſtituat domino. quam communem dicit Coua. & Corne. conſil. 32. vo. 2. col. 2.

• §. Concordat cũ hac cõmuni. l. 10. & 37. tit. 9. par. 6. & ſi res legata venit ad legatariũ alio titulo quàm legati, hęres tenetur tradere ei pretiũ. l. 44. ti. 9. par. 6. q̃a licèt cauſa ſit adimpleta, nõ tñ ceſſauit effectus. l. ſi iã facta. & l. cõditionẽ. ff. de cõdi. & demõſtra. vt notat Bal. in. l. filia legatorum. q. 2. C. de leg. de quo per Tira. de ceſſan. cauſa. in. 18 limita. vbi dicit cõem opi. ꝙ implementũ legati nõ facit ceſſare legatũ, ſed illud corroborat & cõfirmat, ex quibus dicit, ꝙ qui plus legauit pro dote, & poſtea minùs dedit, nõ videt᷑ minuiſſe legatũ. Et vltra cõem opini. allegat Pau. de Caſtro cõ. 146. vo. 1. vbi cõcludit, ꝙ ſi cui in teſtamẽto relictũ eſt pro dote, & nubat interim antequã teſtator moriatur, ſitq; ab alio dotata, tamen debetur legatũ. Ad quod etiã accedit, quòd ſi teſtator reliquit decem pro Berta maritanda, ſi tẽpore teſtamenti iam erat nupta, debetur nihilominus legatum. vt notat Bal. in. l. vlti. ver. pone teſtator. C. de ſenten.

36 Nota, ꝙ teſtator pręſumitur ſciuiſſe rem legatã propriã, ſi rẽ illã proprio facto acqſiuit. Coua. in. c. filius noſter nu. 1. de teſta. cõem dicit ex Bal. & Cino. & Iaſ. in. l. cùm alienã. C. de leg.

37 Amplia primam communem, etiã ſi legatum ſit de re eccleſiæ, vt detur æſtimatio. Cur. Iuni. conſi. 30. communem dicit. Contrariam dicit communem Corne. in dict. cap. cùm alienam. Sed Coua. in. c. filius noſter. nu. 5. dicit communem primam, & non ſecundam, repulſa differẽtia inter ius canonicũ & ciuile, de qua per dictũ

Cor-

Corneum. in dict.l. cùm alienam.& ſic quòd debeatur ęſtimatio.

• §.Nota quòd de iure regio per.l.13.ti.9.par.6. videtur approbata communis, de qua per Corneum, quòd non valeat legatum de re eccleſiæ etiam quo ad ęſtimationem.& licèt gloſ.ibi in verbo,no puedan mandar, videatur diſtinguere inter res ſacras eccleſiæ,& quæ non ſint ſacrę, quæ tamen ſunt eccleſiæ, dicens, quòd ęſtimatio rei ſacræ quæ eſt eccleſiæ non debeatur,ęſtimatio verò in alijs ſi conſtat de voluntate teſtatoris volentis vt præſtetur ęſtimatio, quòd præſtanda eſt, ex Fabro.in.§.non ſolùm. Inſti.de lega.& glo.ibi.& in.l.ſiquis inquilinos. ff.de leg.1.tamen dict.l.13. hunc non patitur intellectum,nec diſtinctionē, ſed quòd indiſtinctè teneamus noſtram communē, quòd debeatur ęſtimatio.Nec obſtat dict.l.13. quia cùm ſint caſus ſeparati & diſtincti,in quib9 loquitur dict.lex.ſolùm debet clauſula adaptari ad caſus connexos. iuxta gloſ.in cap.eccleſia veſtra.el.2.de electio. & cap.inquiſitioni. de appel. & Alex.in con.63.nu.8. vo.6. præcipuè cùm ratio, quæ per dictam legem aſſignatur, non congruat alijs caſibus ſuperioribus,& cùm diuerſa ſit ratio, ſolùm debet clauſula operari circa cōnexa, vt notatur in.l. ſcripturas. ff.de leg.1.& in.l.1.C.de libe.pręte.& Io.de Imol.in con.131.in fi.verba autem legis ſunt hæc. Otroſi dezimos, que nin los marmoles,ni los pilares,ni las pilas,ni las puertas,ni madera,ni ninguna de las otras q̄ ſon pueſtas e ayūtadas a las caſas e a los otros edificios, no pueden ſer mandadas en teſtamēto a otri. E ſi algun home fiziere manda dellas, o de otras ſemejantes, no vale, ni es tenudo el heredero de dar aquella coſa,ni la eſtimacion della.E eſto es defendido, porque tales coſas como eſtas fazen mas apueſtas las villas e los lugares do ſon,e porende no ſe deuen por tal razon arrancar en tal manera. Et ſic ratio legis eſt ne leuentur,& hęres videns ſe teneri ad ęſtimationem, de facto auelleret res affixas domui, & ſic ciuitas deformaretur, quæ ratio non congruit alijs caſibus, ideo cogita.

38 Amplia,etiam ſi ſit res fiſci.Idem Iuni.ibi.nu.5.communem dicit.

39 Amplia tertiò, etiam ſi res ſit dotalis.Idem ibi num.6. & Imol.in capit. cùm contingat.num.18.de iureiuran. communem dicit.

40 Amplia ad rem minoris.Idem Iunior. num.6.

41 Amplia prædictam concluſionem, etiam ſi legatum factum ſit fratribus minoribus, qui non poſſunt habere proprium, valet tamen vt præſtetur ęſtimatio.Cur.Iuni. con.30. num.7. communem dicit. Et ſic debet intelligi Home.con. 40.in fi.dicens eſſe cōmunem opinionem fratribus mendicantibus non poſſe legari annuos reditus pro alimentis,quòd non procedat in ęſtimatione.

42 Fallit, ſi teſtator habet rem etiam ſi ſit fideicommiſſum finiturum tamen morte teſtatoris, quia hæres non tenetur euincere nec dare ęſtimationē.

Iaſ.

Iaſ.con.109.vo.4.communẽ dicit. & Coua.in.cap.filius.nu.2.de teſta.

43 Amplia ad emphyteoſim legatam, quæ morte teſtatoris finitur. Iaſ.in.l. vxor.nu.1.C.de leg. cõmunem dicit.

44 Amplia, etiam ſi legatum fiat coniunctæ perſonæ.Coua.in dict. cap.filius.nu.2.communem dicit.

45 Nota, quòd ſi teſtator habet aliquã partem in re hæredis quam legauit, cenſetur totam legare rem.Couar.in dict. cap.filius.nu.3. communem dicit ex Ripa.in.l.ſerui electi.§.fi.nu.13. ff. de leg.1.

46 Legatum factum priori bibliam, & fratribus decem pro emenda capa: ſi prior præceſsit, habebit bibliam tantùm: ſi tamen ſequatur, habebit vtrũque. Imol.in.l.cohæredi.§.patrem.ff. de vulg. & pu. & Iaſ. in.l. doli. nu.4. de verbo. obli. communem dicunt, vbi vi. A reti.pulchrè loquentem.

47 Legatum factum nomine expreſſo hæredis, nõ cenſetur repetitum in ſubſtitutione. Alci.de præſum. reg.2. præſum.35.nu.5.communem dicit.

48 Legatum cum cõditione in primo teſtamento, ſi in ſecundo legetur ſimpliciter, cenſetur reiecta cõditio. Cur. Iuni.con.163. nu.14. cõmmunẽ dicit.

49 Legatum dicitur conditionale, quãdo tempus vel dies incertus adijcitur preſtationi & executioni legati, vt puta cùm nupſerit, ac ſi adiecta eſſet conditio ſubſtantiæ legati. Caro. Molin. in addi.ad Alex.con.55.in ver.incertus nu.2.li.2.communem dicit.

50 Legatum factum creditori voluntario debetur & creditum. Secus tamẽ in creditore iuris, vel conſuetudinis, quia præſumitur factum animo compẽſandi. Io. Cora.in.li.3. miſce.cap.1. num.9.communem dicit.

51 Ex quo ſi maritus recipit in dotẽ bona æſtimata ea æſtimatione, quæ facit emptionem, ſi poſtea legat eaſdẽ res, vel vnam vxori ſub nomine dotis, nõ cenſetur legatum animo compenſandi. Cifontanus.in.l.16. Tau.nu.18.cõmunem dicit ex gloſ.in.l.Licinius locuſta. ff.de leg.2. Et debitor voluntarius ille dicitur, qui ſuo facto incidit in obligationem. neceſſarius autem, qui miniſterio legis vel ſtatuti ſine facto ſuo debitor eſt. vt notat Bar.& docto.in.l.ſi cùm dotem.§.ſi pater.ff.ſolu.matri.& vi.in verbo, Vxor.nu.

52 Legatum quantitatis ſi alicui ſit factum, ſi poſtea dos ſit præſtita in quãtitate animo compenſandi legatum videtur dos eſſe præſtita. Si tamen ſpecies ſit legata, & quantitas præſtita in dotem vel ẽ contra, non dicitur animo compenſandi præſtita. Boe.deci. 137. num.1.communem dicit ex.l.ſi cùm dotem.§. ſi pater. ff. ſolu. ma.& Bar.ĩ.l.huiuſmodi.§.pater.ff.de leg.1.

53 Legato alicui facto vſq; ad tempus, actio, vel obligatio, quæ affixa eſt oſſibus legatarij, non finitur, & ſi finiatur tempus appoſitum ipſi legato, ſed exceptione tantùm. Dominium autẽ rei legatę finito tempore tranſit in hęredem, ſicut traſlatum fuit in legatarium.Iaſ.in.l.illud.C. de lega.num.7. communem dicit.

54 Legatis mobilibus, non veniunt nomina debitorum.Iaſ.conſi.5. vo.3. Io. Duran.

Duran.in arte teſtan.tit.6.cau.9.com munem dicit.

55 Legatis omnibus bonis teſtatoris vel vſufructu omnium bonorum,cõ prehẽduntur etiam res venales quas habet teſtator. Coua.in reſo.li.2.cap. 5.in prin. communem dicit ex Bar.in l.generali.§.vxori. ff.de vſufru.leg.& Fano de pigno.par.2. memb.2.nu.16.

56 Legata penu, excepto vino quod Romæ eſt,cenſetur ſolùm legata penus quæ Romę eſt.Coua.in dict.cap. 5.num.5.communem dicit ex.l. nam quod liquide.§.vlti.ff.de penu.leg.& Alexã.conſi.36.vo.6.& Feli.in capit. quoniam frequenter.vt lite non cõteſta.& vi.in verbo,Regula.num.25.

57 Legato fundo ſuburbano, ſeu ædibus meis, quæ ſub via lata ſunt, vtrũque debetur.Quia dictio, ſeu,in legatis ampliandi cauſa appoſita eſſe cenſenda eſt.Coua.in dict.cap.5.num.10. communem dicit ex Bar. & Albe. in l.ſi quis ita legauerit. ff. de au. & arg. leg.& Cremen.ſin.56.& Bar. & Soci. in.l.ſi quis ducenta.§.vtrum.ff.de reb. dubi. & gloſſ. in capit. ego Ludouicus. 63. diſtin.

58 Legata domo,ſi teſtator habet plures domos, erit in arbitrium hæredis dare minimam:& ſi nullam habet,legatum erit eluſoriũ. Maine. in. l.ſemper in obſcuris.num.9. ff.de re.iu.cõmunem dicit: nam in legatis dubijs quod minimum eſt debetur. Couar. in cap.indicante.num.4.de teſta.cõmunem dicit ex Are. in. l. legato generaliter.§.1.ff.de.leg.1.

59 Limita iſtam communem in legato pio,quia debetur maius.Couarru.ibi communẽ dicit ex Panor.ibi.& Bart. in.l.Titia.§. Se ia.de au.& argen. leg. ff.& Roma.ſin.515.

60 Legatario licèt tres actiones competant pro legato,perſonalis, ex teſtamento,rei vendicatio & hypothecaria.per.l.1.C.communia de leg.ſed tamen actio ex teſtamento, non competit pro legatis factis dũtaxat ad honorem & vtilitatem teſtatoris vt conſtruatur capella, quia tunc competit officium iudicis.Ripa.in.l.per omnia num.42.ff.de leg.1.communem dicit ex Bart. ibi. licèt ſibi non placeat, ſed quòd competat actio ex teſtamento, & officium iudicis.

61 Fallit ſecundò in legatis quæ ſuſtinẽtur de iure ſpeciali,vt in legatis cõditionalibus, pro quibus competit actio in factum, vel officium iudicis. Idẽ Ripa.ibi.nu.43.communẽ dicit.

62 Nota,quòd dict.l.1. inquãtum dicit, quòd pro legatis competit rei vendicatio, limitatur in vniuerſalibus fideicommiſsis, quia non competit niſi facta reſtitutione per hæredem. Quæ ſublimitatur in legato vniuerſali relicto eccleſię ſecuta acceptatione per hæredem. Ripa ibi. nume. 51. communem dicit.

63 Item limita dict.l.1.in legata parte bonorum,quia non competit rei vendicatio. Idẽ ibi. nu.55.cõmunẽ dicit.

64 Itẽ limita in legato vnius rei facto duobus.Idẽ ibi.nu.56.cõmunẽ dicit.

65 Nota,quòd actio hypothecaria pro re legata non fuit cognita de iure digeſtorũ. Idem ibi.nu.64.cõem dicit.

66 Nota,

66 Nota, quòd dicta. l. 1. in quantum dicit, quòd hypothecaria competit pro legatis, non habet locum in re legata. Idem ibi. num. 65. cõmunem dicit.

67 Amplia iſtam communem in legatis, pro quibus competit officium iudicis. Idẽ ibi. nu. 66. cõmunem dicit.

68 Legatario non accreſcunt quæ acquirũtur ex re legata ante aditam hęreditatem. Pe. Raue. in alpha. aure. in verbo, Legatum. communem dicit.

• §. Concordat cum hac communi à cõtrario ſenſu l. 37. tit. 9. par. 6. & quãdo res legata pluribus, accreſcit alijs. vt. l. 33. eo. titu.

69 Amplia ad legitimã, quia poſtquã eſt aſsignata alicui, non accreſcit illi, ſed patri vel hęredi. Cur. Seni. cõſ. 84. nu. 3. communem dicit contra Bal. in cap. cùm. m. Ferrarien. de conſti.

70 Fallit in addito à teſtatore poteſt teſtamẽtum in re legata, quia accreſcit legatario, ſi ſit legatus totus fundus, vel ſimpliciter fundus: ſecus tamen ſi pars fundi. Coua. in quæſt. practi. q. 2. nu. 2. in verbo, tertiò eſt omnino. communem dicit ex Bar. & Alex. Soci. & Ripa. in. l. ſerui electione. §. vlti. ff. de lega. 1.

71 Amplia & ſi ſit additũ verbũ, meũ. Idem ibi. communem dicit ex Pau. & alijs in. l. ſi ex toto. ff. de leg. 1.

72 Amplia ſecundò, & ſi teſtator rem vel fundum habuerit pro indiuiſo, nã ſimpliciter legata, non addito etiam verbo, meum, accreſcunt legatario. Idem ibi. nu. 5. communem dicit ex gloſſ. in dict. §. vlti.

73 Reſtringe has communes, quando habẽs rem pro indiuiſo poſt teſtamẽtum redemit à fratre alteram partẽ, quia non cenſetur legatario accreſci, ſiue ſimpliciter leget, ſiue cum verbo, meum. Idem ibi in ſeptima & octaua conſideratione communem dicit ex gloſ. & Ripa in dict. §. vlti.

74 Item reſtringe ſecundò, cùm adiectum eſt rei legatæ per teſtatorem: ſecus ſi perſonæ, quia tunc non accreſcit legatario. Idem ibi. num. 6. communem dicit ex Cuma. & Bart. in. l. cùm fundus. ff. de au. & arg. leg. Adduntur rei legatæ quæ per alluuionẽ vel facto ipſius teſtatoris iunguntur, vt puta mutatis intermedijs rei legatæ, accreſcunt perſonæ, quæ ex venditione, vel alio titulo acquiruntur, nõ mutata forma antiqua. quæ ipſemet Couarru. explicat.

75 Legitima neceſſariò eſt relinquenda iure inſtitutionis. Alex. cõſ. 70. vo. 2. Iaſ. in auth. nouiſsima. C. de inoffi. teſta. num. 16. Ripa. in Rub. ff. de ſolu. ma. num. 44. communem dicit. licèt Alex. in. l. inter cętera. ff. de libe. & poſthu. communem dicat contrariam de iure canonico. nu. 31. quem Iaſ. refutat, & dicit cõmunem primam. & hanc dicit magis communem gloſſ. in. l. 6. tit. 8. par. 6. in verbo, Como heredero. & illa. l. 6. videtur approbare primam in verbo, mas ſi aquella parte le dexaſſe enel teſtamento nõ como heredero, entõce podria quebrãtar tal teſtamento. Sed cùm hodie de iure regio legitima ſit aucta per. l. 9. et 13. tit. de las mãdas. fo. ll. & l. 1. ti. de las here. fo. ll. legitima poteſt relinqui

quo-

quocunq; titulo, vt notat Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præte. quem refert & sequitur Socin. in loco imperiali nus. nu. 42. ff. de leg. 2. & cum hoc transire communiter doctores in l. Paul.

76 Amplia ad legitimam patris, quæ iure institutionis est relinquenda. Iaſ. in auth. nouiſsima. nu. 38. post Alexan. communem dicit.

77 Fallit, nisi ex causis filius priuetur legitima ex causis notis in glo. in c. quinta valis, de iureiuran. & in auth. cum de appella. cognoſc. col. 8. si causas comprehensas, & ex maiori causa etiam expreſsis. Curti. Iuni. consil. 82. nu. 10. & Iaſ. in d. l. non licet. nu. 7. C. de lib. præte. communem dicit.

78 Nota, quod licet requiratur, quod iure institutionis legitima relinquatur, non requiritur quod tota, sed sufficit quod aliquid relinquatur, nec filius habet querelam inofficiosi testamenti, si tota non sit relicta, sed potest petere supplementum. Corne. cons. ... Z. vol. 2. communem dicit.

79 Legitima patris ... auth. nouiſsima. C. de inofficioso testa. quem refert Socin. in d. l. cum patronos nu. 14. ff. de leg. 2. communem dicit.

* De iure legitimæ per l. ... legitima patris tota ... de hæreditate pars tertia parte bonorum, de qua filius potest disponere ... tollitur ambiguitas doctorum ... de qua per Socin. in d. l. ... tionis. num ... dicit ex Alex. cons. 2.

80 Nota, quod pater potest exheredare filium ex iniuria verbali ...

cons. 148. ... communem dicit.

* Concordat cum d. l. ... par. ...

81 Nota, quod si filia simpliciter excludatur à successione, non tamen censetur exclusa à legitima. Corne. cons. 243. nu. 8. communem dicit ex Soci. cons. ... quem Goza intelligit, si excludatur ab homine, secus tamen si ab statuto ... nu. 25. & 26.

82 Legitima ex causa potest minui per statutum, tolli autem non potest. Hiero. Cagno. in d. l. iura sanguinis. nu. ... ff. de reg. iur. communem dicit. ... verbo, Legitima. & Deci. consil. ... Boci. decis. 88. nu. 6. magis communem dicit contrarium, quod potest tolli, & idem dicit Iaſ. in auth. nouiſsima. C. de inoff. testa. Sed Hiero. Cagno. ibi dicit, quod legitima, quæ de iure ciuili debetur, potest tolli in totum, quæ autem debetur de iure naturali, non potest. Io. Nicolaus in add. ... tracta. de ... legi. ... Aut est rationabilis causa statuendi, & potest in totum tolli. Aut non est causa rationabilis, & non potest. Et hanc opinionem dicit magis communem, dummodo alimenta ex toto non tollantur, & sic coincidit cum Cagnolo. & dicit communem ex Curti. Iuni. cons. 10. Et sic est intelligendus Alexan. in cons. ... vol. 7. vbi dicit, quod per statutum potest tolli ex toto legitima filijs etiam naturalibus, vbi dicit magis communem, quem refert Goza. consil. 4. nu. 24. Ex quo sequitur, quod licet princeps concedat facultatem constituendi maioriam de omnibus bonis patris, ...

O pater

pater non poteſt tollere legitimã naturalem alijs filijs, quæ ſuccedit loco alimentorum, nec princeps, nec pater eſt tutus, ſi præſtet talem facultatem omnium bonorum, vt per plura deducit Xuarez in l. quoniam in prioribus. ff. de inoffi. teſta. ſuper. 1. § Secũdò limitabis per totum nu. 14. & talis facultas eſt odioſa, vt per Pala. rub. de dona. inter vi. & vxo. in c. per veſtras. §. 24. nu. 20. Ex quibus etiam reſultat, quòd cùm legitima aſcendentium debeatur iure ciuili, quòd per ſtatutũ poteſt tolli, de quo in verbo, Aſcẽdẽtes. num. 253.

83 Nota, ꝙ grauamen appoſitum in legitima ipſo iure tollitur. Xuarez in d. l. quoniam in prioribus. ampli. 10. nu. 4. communem dicit, reprobata gl. in l. ſcimus. ff. de inoffi. teſta. & concordat cum. l. 9. & 11. tit. 4. part. 6. & l. 17. tit. 1. part. 6. a ibi, deuen la auer libre y quita ſin embargo y ſin agrauamiento, y ſin ninguna condicion, caſuali mixta vel poteſtatiua. vt per Roderi. Xuarez in num. 11.

84 Legitimus ille cenſetur, qui ex matrimonio contracto in facie eccleſiæ natus eſt, oportet enim dicenti cõtrarium non ſolùm inter parentes matrimonium non poſſe ſubſiſtere, ſed etiã malam fidẽ amborũ probare. Coua. in epi. 4. c. 8. § 3. nu. 2. communem dicit ex Panormi. & Præpo. in c. peruenit. qui fili. ſint legi. & vi. in verb. Filius. num. 130.

§. Concordat cum l. 1. tit. 13. par. 4.

85 Nota, quòd ſi pater nominat filium ſuum legitimum in teſtamento, non ſtantibus filijs legitimis, efficitur legitimus, viua matre habili ad contrahẽdũ matrimoniũ. Boe. deci. 240. nu. 6. vſq; ad nu. 19. & communem dicit.

86 Legitimus non eſt temerè quis pronunciandus, niſi cum legitimo cõtradictore. Idem ibi cõmunem dicit ex Anto. Abbate in c. cauſamq; el. 2. qui fi. ſint leg. tamen ſententia lata pro vno fratre, omnes alios fratres comprehendit. l. 29. tit. 22. par. 3.

87 Nota, quòd ius legitimitatis nõ præſcribitur per quinquennium à morte patris. Idem ibi. §. 3. nu. 2. communẽ dicit. Nec obſtat l. 25. tit. 29. par. 3. quæ loquitur in libertate, & habuit ortum a. l. 1. C. ne de ſta. defuncto.

88 Legitimatus excludit ſubſtitutum. Curti. Iuni. conſil. 83. nume. 8. Iaſ. in l. cùm autem. de inſti. & ſubſti. num. 7. C. communem dicit.

89 Limita ſi nõ ſit citatus ſubſtitutus, quia tunc nõ excluditur. Idem ibi. nume. 11. communem dicit.

90 Amplia iſtam limitationem & ſi ſit legitimatus viuente patre. Deci. conſil. 95. Coua. in epi. 4. c. 8. §. 9. nume. 8. communem dicit. De quo vi. in verbo, Citatio. num. 6.

91 Legitimatus verbum idem importat, quòd legitimus, Curti. Iuni. conſ. 145. nume. 10. communem dicit, & ſic filius legitimatus dicitur verus legitimus. Decius conſil. 258. cõem dicit.

62 Amplia ad excludendum ſubſtitutum. Deci. conſi. 363. nu. 6. cõmunem dicit ex Alex. conſ. 2. vol. 1. & gl. in l. 4. in verbo, todas las honras. ti. 15. par. 4. vbi etiã dicit cõem. & vi. per eũ plura

ad

ad intel.l.12.Tau.præcipuè in illa quæſtione,an filius nobilis legitimatus, nõ expreſſa nobilitate patris, ſi gaudeat nobilitate patris. Et cõcludit ꝙ non.

93 Amplia ſecundò non ſolùm quo ad ſucceſsionem patris, ſed etiã quo ad ſucceſsionem agnatorũ, ac cognatorum.gloſ.in.l.7.in verbo, Los otros hermanos.tit.15 par.4. communẽ dicit ex Deci.cõſi.307.&.316.Quam cõmunẽ intellige quo ad omnes agnatos,vel cognatos,vt ſentit.d.l.7.nõ autẽ quo ad auum. vt in expreſſo tenet Caſſa.in conſue.Bur.rub.8.§.3.glo.ab inteſtato.nu.4.& Ange. in auth.qui.mo.natu.effici.legiti.§.fi.col.7.et Bar. in l.omnium.C. de natura. libe. quia quo ad aſcendẽtes dicitur extraneus. & tenet do.de Pala.rub.in.l.12. in ordi.Tau.& gl.in.d.l.7.Eſt enim diuerſa ratio aſcendentium ad alios agnatos,quia lege non coguntur agnati inſtituere agnatum, aſcendẽtes autem iure naturæ tenentur, & eſt debita legitima.c.ius naturale.1. diſt. in.l.cùm ratio. ff. de bonis damna. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. debet.n. conſentire auus, ne ei inuito ſuus hæres agnaſcatur.vt in.§.ſed ſi quis. Inſti. de adopti. Et hoc in expreſſo tenet dict.l.12. Tau. vbi requiritur, ꝙ in diſpenſatione exprimatur auus,& alij aſcendentes,aliàs ad illos non extenditur.

94 Fallit quo ad ſucceſsionẽ in feudo, quia non ſuccedit legitimatus niſi ſit dictum quod ſuccedat.Cur.Iu. conſi, 136,nu.1.communem dicit.

95 Reſtringe iſtam limitationem in legitimato per ſubſequens matrimonium.Iaſ.in.l.cùm autem.nu.10.C.de inſti.& ſubſti.communem dicit.

96 Reſtringe iſtã reſtrictionẽ,ſi in contractu matrimonij ſint inſtrumẽta dotalia,aliàs nõ.Curti.Iu.conſ.136.nu.2. cõem dicit. Quã intellige de iure ciuili,non tamẽ canonico. Quã per plura deducit Deci.conſi.155. & dicit cõem opi.nu.1.in fi.& glo.in.l.1.in.verbo, Se caſa con ella.ti.13.part.4.& vi.congeſta per Coua.in epi.4.c.8.nu.8.

* §.De iure regio approbatur indiſtinctè hęc ſecũda opinio,dicens per ſubſequens matrimonium etiam quo ad ſucceſsionẽ legitimari in.l.1.ti.13. part. 4. &.l.12.ti.6.par.1.&.l.2.tit.6.lib.3.fo. ll.& cùm lex indiſtinctè loquatur, indiſtinctè debet intelligi. c. ſi Romanorum.19.diſtin.

97 Reſtringe ſecundò iſtam reſtrictionem,quando ambo contrahẽtes fuerunt in bona fide in cõcubitu, ex quo natus eſt filius,quia tũc per ſubſequẽs matrimonium efficitur legitimus. Secus tamen, ſi vnus ſolus ſit in bona fide,credens alium ſolutum, qui vxoratus erat, filius non legitimatur per ſubſequens matrimonium.glo.in.l.2. in verbo, En adulterio.tit.15.par.4.cõmunem dicit ex Ioan. And.in.c. tanta. qui filij ſint legi. quia dabat operã rei illicitæ in cõcubinatu. Cùm aliud ſit calore matrimonij, quia ignorantia vnius, efficit prolem legitimã. vt notat Anto.in.d.c.tanta.

98 Fallit ſecundò,quando legitimatur quo ad quædam.Curti.Iuni. conſ.75. nu.4.communem dicit,quia tunc nõ dicitur propriè legitimus.

99 Fallit tertiò in legitimatis per papam,quia non ſuccedũt in bonis exiſtentibus in imperio.Curt. Iuni.conſ. 136.nu.7.communem dicit.

• §.Concordat cum.l.4.tit.15.par.4.

100 Amplia,etiam ſi legitimatus ſit clericus,cum quo diſpenſatũ eſt per Romanum pontificem,quia quo ad bona ſecularia requiritur diſpẽſatio principis ſecularis.Coua. in epi.4. c.8.§.8. n.19.cõem dicit ex Soci.cõſ.47.vo.4.

101 Amplia econuerſo, ꝙ legitimatus per principem ſecularem non cenſetur legitimatus quo ad munera eccleſiaſtica.Coua. ibi cõmunem dicit ex gl.in.c.lege.10.diſtin.in nu.8.

102 Nota,ꝙ princeps non poteſt legitimare non ſubditum,etiam de cõſenſu eorum,quibus pręiudicat legitimatio quo ad bona ſita extra ſuam iuriſdictionem.Alex.conſ.67.vo.1.cõmunem dicit,licèt Crotus in.§. & quid ſi tantũ.ff.de libe.& poſth.dicat contrariam communẽ, quẽ refert & non ſequitur Coua.in d.c.8.§.8.nu.15.

103 Fallit quartò in ſtatutis. Ludoui. de Goza.cõſi.6.nu.9.communem dicit. & Coua.in.d.§.8.nu.3.magis communem dicit.

104 Nota, ꝙ legitimati à principe ſine præiudicio venientium ab inteſtato, poſſunt inſtitui hæredes legitimis filijs non ſtantibus.Io.Durã.in arte teſtan.ti.3.cau.8.communem dicit.

105 Nota,ꝙ clauſula,Sine pręiudicio veniẽtium ab inteſtato,habet locum in caſu inteſtati, non tamen ſi fiat teſtamentum.Goza.conſ.6.nu.33. cõmunem dicit. & ſolùm excludit fiſcũ, ac vxorem.Deci.conſil.338. cõem dicit.

106 Legitimatio poteſt fieri per procuratorem.Petrus Raue.in alpha.aure. in verbo,Legitimatio.cõmunẽ dicit.

107 Legitimatio eſt de reſeruatis principi in ſignũ ſupremę poteſtatis.Alc.in l.2.nu.48.ff. de verb. obli. cõem dicit.

108 Legitimationem non eneruat,ſi filij legitimi ſuperueniant. Ludo. de Goza.conſ.6.nu.56.cõmunem dicit. Effectus tamẽ legitimationis limitatur ac reſtringitur,quia concurrunt cum legitimato filij legitimi nati ex Bart. in.l.ex facto.ff.de vulga.& pupi.

• §.Contrarium diſponitur per.l.12. Tau.ſiue ſuperueniant legitimi, ſiue iam ſint nati, excluduntur legitimati in totum à ſucceſsione parentum.

109 Legitimationẽ vitiat obreptio eorum,quæ ſi eſſent expreſſa,vel nõ fieret,vel redderet concedentem difficilem ad concedendum.Cur.Iuni.conſi.32.nu.5.communem dicit.

110 Legitimatio non valet, quando nõ fit mentio de filijs legitimis. Tiraq.in l.ſi vnquam.in verb. Donatione largitus.q.16.nu.311.de reuo.dona. C.cõmunem dicit.

111 Nota,ꝙ ſpecialis mẽtio parentũ vel cognomina eorum nõ eſt neceſſaria, ſed generalis mentio ſufficit.Alex.cõſi.195.vo.2.nu.2.communem dicit.

112 Item nota, quòd in legitimatione eſt facienda mentio de qualitate ſpurietatis, & non ſufficit dicere in genere eſſe ſpurium. gloſſ. in.l.9. tit. 18. par.3.in verbo,Non auia marido,cõmunem dicit ex Panormita.in.c.per venerabilem. qui filij ſint legiti. &

Anto.

Anto.ibi in ver.nunc venio ad ſecundum. Contrariam, vt ſufficiat ſolùm exprimere ſpurium in genere, Iaſ. in cõſil.11.cõem dicit ex Inno. & Io. An. in.c.fi.de fi.pręſ.& Roma.in cõſi.194. & hanc etiam tenet Deci.cõſi.55. Sed primam ſequitur Coua. in epi.4.in.2. par.c.8.§.9.num.4. & dicit magis tutam. & eam etiam tenet Rebuffus in conſti.regijs.de reſtitutionibus. in gl. vlti.nume.8. ex Felin. in.c. poſtulaſti. el.2.de reſ.

113 Item nota, quòd ſi legitimatio petitur pro adulterino ex vtroq; parente, debet fieri mentio de vtroq; adulterio. Couarru. ibi. nume.3. communem dicit ex Ferdinando de Loazes de matrimonio. dubio.10.

114 Nota, quòd legum expreſsio in diſpenſatione ac legitimatione contra quas fit diſpenſatio, nõ eſt neceſſaria, niſi aliàs aliquod graue præiudicium inferatur. Gomezi.in.c.1.nu.6.de conſti.communem dicit.

Nota etiam, ꝙ derogatio generalis ſufficit ad tollendum. §. naturales. ſi de feu. fue. controuer. in vſib. feudo. vbi diſponitur, ꝙ naturales licèt fiant legitimi, ad feudum non admittantur. Cur. Iu. conſ.157. cõmunem dicit.

115 Nota, quòd generalis facultas legitimandi non comprehendit infantes, cùm non poſsint conſentire, ſed requiritur ſpecialis clauſula. Curti. Iuni.conſ.32.num.4. Carol. Moli.in addi.ad Alexan.in conſ.11.vo.1.nume.7. communem dicunt.

116 Nota, ꝙ legitimandi facultas reſpectu poteſtatis eſt fauorabilis, reſpectu legitimati eſt odioſa. Alcia.in.l.2. nu. 47.ff.de verbo.obli. cõmunem dicit, & ideo non extenditur. Cur. Iuni.cõſ. 75.nu.8. communem dicit. Idem Alci.in paradoxis. c.16. concludit reſpectu patris eſſe odioſam, reſpectu tamen filij eſt fauorabilis. Quod nota.

117 Legitimandi habens facultatẽ, non poteſt proprios filios legitimare. Coua.in epi.4.c.8.§.8. nu.21. cõmunẽ dicit ex Deci.in.c.3.de proba.

118 Legitimãdi habens poteſtatẽ natos ex adulterio itẽ & ex inceſtu põt legitimare, ſi ambo concurrũt. Alcia.ibi. nu.46.& in parado.c.16. cõem dicit.

119 Nota, quòd habens facultatem legitimandi non poteſt legitimare ſine cauſa, etiam ſi habeat ampliſsimam poteſtatem, quæ in Romano pontifice non requiritur. Curti. Iuni.con.75. nu.4. communem dicit.& vi. in verbo, Diſpenſatio.nu.86.

120 Legitimandi habens facultatem ab Imperatore, non poteſt legitimare in terris eccleſiæ, vel in loco domini nõ recognoſcentis ſuperiorem. gloſſ. in l.4. tit.15. par.4. in verbo, En cuyo ſeñorio. communem dicit ex Bald.in.l. eam quam.C.de fideicommiſ.&in.l. 1.C.de iure aure.

121 Legitimãdi poteſtas data poſt mortem patris, non intelligitur conceſſa in præiudicium fideicommiſsi. Curti. Iuni.conſ.83.nu.10.cõmunem dicit.

Nota, ꝙ ſi concedatur facultas alicui pro ſe & filijs, filij poſſunt in vita patris legitimare. Anto. Rube. in. l. Gallus.§. quidam recte. ff. de libe. & poſth.col.fi.cõem dicit ex Iaſ.in dict.

§.quidam recte. Quam intellige, niſi acquiſita ſit pro filijs & hæredibus, quia tunc filij admittũtur ordine ſucceſſiuo, ex Cur.conſi.73.

122 Nota, ꝙ imperator non poteſt legi timare in terris ſubiectis alterius dominio. Pariſi.conſ.1.vo.1.nu.103. communem dicit ex Anto. & alijs in cap. per venerabilem. qui fi. ſint legi. & Alexan.conſ.57.vo.1.& Deci.con.55. & vi.Deci.conſ.150.

123 Lex, vel ſtatutum ſemper eſt in viridi obſeruantia, etiam ſi poſt multum tẽpus caſus legis nõ contingat, ſecus tamen ſi caſus acciderit, & contra legem vel ſtatutum fieret actus. Cur. Iuni.conſ.129. nu.12. communem dicit.

124 Lex ciuilis obligat in foro conſcientię, & contraueniens legi, peccat mortaliter. Alcia.in.c.cùm contingat.nu. 99.de iureiurã.cõem dicit. Vi. plures limitationes per Feli.in. c.1. de conſti.

125 Lex exprimens aliquos caſus ratione frequentioris vſus, nõ intelligitur excluſus alius minùs frequens. Curti. Iuni.conſi.107.nu.8.cõmunem dicit.

126 Limita in pœna ſtatuti concurrenti cum pœna legis cõis, quia per ſtatutũ videtur receſſum à pœna legis cõmunis. Hippo.in practi.crimi.in.§.quæritur.nu.6.in princi. magis cõem dicit.

127 Lex noua imponens pœnam concurrens cum legẽ veteri etiam pœnali, quælibet pœna poteſt imponi, quã proſequutus eſt accuſator. Panor. in c.de cauſis.de offi. deleg.nu.14. communem dicit.

128 Lex, vel ſtatutum cõceptum verbis vniuerſalibus de futuro, continens actum & non conceſsionem quæ reſtringitur ad habiles, non habet locũ ratione publicæ vtilitatis. Iaſ.in.l. hoc edicto.§.renuntiatio. nu.5. ff.de noui ope.nun.communem dicit.

129 Amplia, ſi concepta ſit lex ex verbis geminatis cum dictione vniuerſali, quia non reſtringitur ad habiles. Et idem erit, ſi ſola ſit dictio vniuerſalis ſuper actu aliàs conceſſo. Alcia. de verbo. ſignifi.li. pri. pagi.18.in princi. communem dicit, quas communes intelligit in idoneitate ciuili, ſecus tamen in naturali. Nam ſi lex promittentem dotem obligat cuiuſcũq; ſtatus vel conditionis ſit, non aſtringit minorem, quia impedimentum naturale obſtat, & ob id dicit Salicetum in l.2.C.de noxa.nõ poſſe defendi, dum dicit, ꝙ ſi ſtatutũ ſit, vt quicunq; quo modocunq; aliquem occiderit, ꝙ occidatur, non ſit diſtinguendũ, an dolo, vel culpa necauerit in ſui tutelam, necne, qa ſi vim repellẽdo, ꝙ naturaliter licèt occidat, lex nõ habebit locũ.

130 Lex reprobans conſuetudinem nõ ſolùm intelligitur de præterita, ſed etiam de futura. Iaſ. in. l.de quibus. num.55.ff.de legi. communem dicit. & in.l.cũctos populos. C. de ſumma tri.num.74.

131 Lex ſtatuens ſuper matrimonium ac ſuper aliud ſpiritale, per quod intimidatur, non valet. Deci. in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.nume.36. de conſti. & Coua.in epi.4.par.3.c.3.§.8.num.6. communem dicit.

132 Amplia, quia etiã dicta lex non habet locũ circa accidẽtia matrimonij.

Præpo.in.c.1. de ſpon. cõmunẽ dicit.

133 Nota,ꝙ leges loquẽtes de clericis in his, quę non contradicũt canonibus, ſunt obſeruandæ. Alci.in.c.cùm non ab homine. nu.1. de iud. cõem dicit.

134 Nota,ꝙ de ſubſtantia legis non requiritur ſcriptura.gloſ.in.l.4.ti.1.par.1.in verbo, Leyenda.communẽ dicit ex Feli.in rub.de cõſti. Sed contrariã dicit communem Sali. ꝙ requiratur ſcriptura in.l.humanũ.C.de leg.Glo. autem ex dicto Bald.in.d.l.humanũ. concordat iſtas communes, ꝙ de ſubſtantia legis non requiritur ſcriptura, ſed ex accidẽtali ad hoc ꝙ liget requiritur,& ꝙ ſic debet intelligi.d.l.4.

135 Lex.ſi vnus.§.pactus.ff.de pactis.vbi Paulus dicit, ꝙ in ſtipulationibus ius continetur,cõmuniter interpretatur, hoc eſt ſolennitas authoritate iuris introducta eſt efficax ad tollendã priorem ſtipulationem ipſo iure ſine miniſterio exceptionis.Oldẽdor. de excepti. in.q. quid ſit exceptio. pagi.10. communem dicit.

136 Lex.quiſquis.C.ad legem iu. maieſta.loquens de patre committẽte crimẽ læſæ maieſtatis,extenditur ad matrem ex identitate rationis.Iaſ.conſil. 106. vo.4. nu. 2. communem dicit ex glo.in.d.l.Vnum tamen nota, ꝙ licèt ſecũdùm diſpoſitionem. d.l. filij ſunt incapaces ſucceſsionis parentum & collateralium,filiæ tamen non,ex Sali.ibi & Iaſ.in.d.conſi.106.poſt Ange. de Are.in.d.l.quiſquis.

137 Lex ſecunda.C.de reſcinden. vend. non habet locum in tranſactione. cõmunem dicit Alex.conſ.42.vo.1.Cõtrarium,immo ꝙ habeat, dicit cõmunem Fabi.in tracta.de empti. & vendi.q.8.& hanc dicit magis communẽ Deci.conſ.203.nu.4.vbi aſsignat concordiam,quam dedit Corne.con.27. vo.4.dicens, Vel exceſſus vltra dimidiam eſt mediocris, & procedat prima.Vel exceſſus eſt maximus, & habet locum ſecunda.quam nota.& vi. eundem Deci.conſil.216.per totum. vbi allegat Corne.conſil.166.vo.1.& hanc diſtinctionẽ tenet Caro.Molin. in addi.ad Alex.in.d.conſil.42.nu.11.

* §.De iure regio eſt approbata communis prima, ꝙ in tranſactione non habeat locum.per.l.34.tit.14. par.5.& in eadem lege etiam diſponitur contra diſtinctionem Cornei, etiam ſi ſit enormiſsima læſio ibi, quantoquier que montaſſe aquella parte que quitaſſe el demandador.

138 Nota,quòd ad hoc, quòd remediũ. d.l.2.competat emptori,ſufficit,quòd læſio excedat dimidiam pretij rei emptæ,ita quòd ſi pretium rei emptę nõ excedebat centum,& ipſe dedit quinquaginta & vnum ſupra centum,habet locum remedium dictæ legis.Couarruuias in reſo.lib.2.c.3.nu.8.communem dicit.

* §.Concordat cum cum.l.4.ti.7.lib. ordi.reprobata.l.16.tit.11.par.4.quæ videbatur innuere pretium rei emptæ debere excedere in duplum. vt ſi res valebat centum,pretium eſſet ducenta & plus.Et iuxta.l.4.nota, quòd reſtituens nõ tenetur ad fructus,& hoc potiùs ex cõſuetudine,quàm de iure. vt per Rofre.in.4.par.de libellis.Rub.

de actione ciuili quanto minoris. de qua per.d.Coua. nu.9. Et intellige.d. communem in modica læſione, ſecus in enormiſsima, quæ etiam iuramentum non euitat, vt in verbo, Iuramentũ.nu.206.& vi.Calca.conſ.75.nu.27. ex glo.in.c.fi.de reſti.in inte.lib.6.

139 Nota, ꝙ renũcians ſpecialiter remedio.d.l.2.non poteſt ſe iuuare illius remedio. Couar. in lib.2.reſol.c.4.nu.1. communem dicit ex Bar.& Iaſ. in.l.ſi quis cùm aliter.ad fi.ff.de verbo:obli. Generalis autẽ renuntiatio nihil quo ad hoc præiudicat. Coua.ibi communem dicit ex.l.vlti.§. item quæſitum. ff.de condi. indebi.& Bart.in dict.l.ſi quis cùm aliter.

140 Amplia in ſciente verum valorẽ rei & pretium, etiam ſi nõ renũciet, quia non competit ei remedium.d.l.2. Couar. in.d.c.4.nu.2. cõmunem dicit ex Deci.conſi.183. Vnum tamen nota in practica, quòd licèt ſit verum, quòd ſciens vel renũtians. d. legis remedio minimè poſsit contrauenire, intelligitur, quando modicus eſt exceſſus vltra dimidiam, ſecus tamen ſi ſit maximus. vt notat Caſiodo. de emptio. & vendi.deci.prima.& Calde.conſ.8.de iureiuran.& Deci.conſi.180.&.380.& Caſtro.con.12.vo.1.& Coua.in. d.c.4. nu.5.in fi. dicit ita receptum in praxi.

141 Nota, ꝙ libellus in remedio. d. l. 2. non requiritur quòd concludat alternatiuè rem tradi, vel pretium ſupplere, ſed ſufficit vnum concludere, & iudex pronunciabit ſecũdùm naturam actionis alternatiuæ. Goza. conſi.44. nume.11. communem dicit ex Salice. in dict.l.2.

142 Nota circa.d.l.2.quòd res eſt in obligatione, & pretium in ſolutione. Coua.in.d.c.4.num.14.ex glo.in.d.l.2.& Caro.Moli.in conſ.Pari.tit.1.§.22.nu. 42.communem dicit.concor.cum.l. 56.tit.5.par.5.

143 Nota, quòd remedium.d.l.2. habet etiam locum re perempta. gloſſ. in.l. 56.tit.5.par.§.communem dicit, ex Sali.in.d.l.2.q.14.&.19.& Panor.in.c. cũ cauſam.de emptio.& vendi.Contrariam, immo quòd re perempta nõ cõpetat remedium.d.l.2.dicit communem Coua.in.d.c.4.nu.14.ex gloſſ.in d.l.2.& Burgen.in.c.dilecti. de empt. & ven.contra Panor.

• §.De iure regio per.d.l.56.approbatur hæc ſecunda communis ex Azo. in ſumma eo.ti.dicens, quòd re perẽpta, nec emptori, nec venditori non competit remedium.d.l.2.

144 Nota, quòd ſi emptor iuſto titulo oneroſo ac vero pretio rem vendiderit, venditor contra tertium poſſeſſorem agere non poteſt. Couar. in.d.c. 4.nu.10. communem dicit ex Tiraq. in.l. ſi vnquam. in verb. Reuertatur. num.271.C.de reuo.dona.ex Bal.Cremenſi.& Cino.in.d.l.2.tamen ſi lucratiuo titulo vel iniuſto tertius conſequutus eſt rem, poterit, ſi prior nõ ſit ſoluendo, conueniri. Coua.ibi. communem dicit.

145 Nota, quòd remedium.d.l.2.poteſt intentari intra triginta annos. Couar. in.d.c.4.nu.22.in verb. Sed vt rem. cõmunẽm dicit ex glo.in.d.l.2.

• §.De iure regio debet intentari intra

tra quadriennium per.l.4.tit.7.li.5.ordi. Quam intellige in priuatis. In eccleſia, fiſco, vel minori reſtitutio poteſt peti intra triginta annos per.l.vlti.tit. vlti.par.6.de quo per Couar.in dict.cap.4.contra Roderi.Xuarez in Alleg.21.reſtringens tempus petendi reſtitutionem intra octo annos.

l.24. tit.21. par.1. prima cõmunis. Sed tamen ex mente dictarum ll. poſſunt reduci ad concordiam, quòd miles licèt actu non ſit in bello, ſi tamen eſt in curia, vel ſeruitio regis, quòd gaudeat hoc priuilegio, & ſic dicta l.49. dicit, quòd res emptæ ex pecunijs militum, quòd ſint militibus, ſi ſunt in ſeruitio regis, & contra eos nulla curr it præſcriptio. vt in dict. l.14. & vi. Couarru. in cap.1. de teſta. num.5. qui loquitur de re empta ex pecunia eccleſiæ vel minoris. Et nota in hac materia, quòd maximum diſcrimen ſit inter milites, & illos, qui deſcendunt ex genere nobilium (quos fidalgos vulgo dicuntur) quia milites ſunt, qui cũ ſolẽnitate militari armati ſunt decore militię, & de his loquitur noſtra cõmunis, & totus ti.21. par.1. Sed alij, qui ſunt de genere nobilium, etiam ſi nõ ſint in expeditione, nec in ſeruitio regis, gaudent priuilegijs nobilium, de quibus per Petrum Nuni. in Alphabe. Hiſpano. in verbo, Cauallero. vbi ponit quatuordecim priuilegia, quem vide.

150 Amplia noſtram communem ad milites cæleſtes. Iaſ. ibi cõmunẽ dicit.

151 Milites breuiloquè ſubſtituẽdo perſonis imparibus, ſi probatur de eius voluntate fuiſſe, quòd etiam poſt aditam hæreditatem ſubſtitutio locum habeat, non obſtante imparitate in perſona pupilli, habebit locum pupillaris directa, per quam pupillo in omnibus ſuccederetur: ſed in perſona fratris maioris, habebit locum militaris directa. Iaſ. in l. in teſtamento. C. de teſta. mili. nu.11. communem dicit.

152 Mixtum regulariter non comprehenditur ſub ſimplicibus. Iaſo. in. §. omnium nu.28. Inſti. de acti. communem dicit, niſi in tribus caſibus.

153 Cauſa vitandæ contrarietatis.

154 Item quando lex hoc expreſſit. vt in dict. §.

155 Item in priuilegijs vel beneficijs. Idẽ Iaſ. nu.31. communem dicit.

156 Itẽ in fauorabilib⁹. Crotus in l. Gallus. §. quid ſi tantũm. num.34. ff. de libe. & poſth. communem dicit.

157 Item quando qualitates ſunt inſeparabiles. Soci. in l.2. nu.11. ff. de verbo. obli. communem dicit.

158 Mixtum ſub ſimplicibus non comprehenditur in odioſis. Alci. in dict. l. 2. num.22. communem dicit.

159 Ex quo non comprehenditur ſub diſpenſatione, cùm ſit odioſa. Couar. in epi.4. par.2. cap.6. §.10. nu.12. & Iuni. con.5. nu.8. communem dicit.

160 Item in pœnalibus. Gome. in d. §. omnium. nu.26. communem dicit.

161 Item in grauibus non comprehenditur. Iunior in dict. conſi.5. nume.8. communem dicit.

162 Item virtualiter non comprehenditur mixtum ſub ſimplicibus. Iaſ. in dict. l.2. num.5. & Alci. num.4. communem dicunt.

163 Monachus retinet iura ſuorum. Iaſ. in l. patre furioſo. nu.47. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. communem dicit.

164 Monachus ſolutus eſt à patria poteſtate. Iaſ. ibi. communem dicit.

165 Monachus poteſt inſtitui de beneficio curato ſine diſpenſatione. Pano. in cap.

in cap.quod dei timorem.num.7.dē ſtatu mona.communem dicit.& Co ua.in cap.2.de teſta.nu.3. vbi vi.decil Rotæ.483.in no.contrarium dicentē.

166 Amplia ad præſtimoniale. Idem Panor.ibi.communem dicit.

167 Amplia ad epiſcopatum. Panor. ibi.nu.5.communem dicit.

168 Nota, quòd monachus effectus epi ſcopus non liberatur à tribus ſubſtan tialibus religionis,nec à veſtibus.Co ua.in cap.1.de teſta.nu.18.communē dicit ex cap.clerici officia.de vi.et ho. cle.& gloſ.in cap.in noua.16.queſt.7.

169 Nota, quòd monachus non poteſt ſine diſpenſatione promoueri ad dignitatem ſecularē.Prępo.poſt Cardi. in cap.priſcis.55.diſti.cōmunē dicit.

170 Item nec ad beneficium ſimplex ſine diſpēſatione. Panor. in cap.deus qui.col.fi.de vi.& hone.cle.communem dicit, ex quo nec in canonicum creari poteſt.Imol.in cle.1.num. 47. de teſta.mona.

171 Nota, quòd monachus poſitus in dignitate poteſt eſſe iudex delegatus. Are.in cap.cauſam.de iudi.nu.17.cōmunem dicit ex gloſ.in cle.& ſi principalis. de reſ.

172 Monachus ſi ſit canonicus eccleſiæ cathedralis nō poteſt eſſe iudex delegatus.Gome.in cap.ſtatutum.nu.32. de reſ.in.6.communem dicit.

173 Monachus fugitiuus potiùs ſimilatur filio, quàm ſeruo. Iaſ. in.l.profeſſio.§.ſeruum.num.14.ff.de acqui.poſſe.communem dicit.Sed Are.ibi. dicit communem contrariam, immò quòd æquiparetur magis ſeruo. Sed pro concordia dic, quòd æquiparatur ſeruo quo ad effectum acquiſitionis; ſed in acquiſitione ęquiparatur filio, quod & voluit ibi.Iaſ.

174 Monacho mortuo intra annū profeſsionis,bona ſua pertinēt ad monaſterium, non ad venientes ab inteſtato.Deci.in cap.in pręſentia.de proba. num.73.communem dicit. vi.de hoc Tira.de vtroq; retra.§.1.gloſ.8.num. 36.in gloſ.1.& hanc dicit magis communem gloſ.in.l.17.tit.1.par.6.ſed cōtrariam dicit communem Vbal. de ſucceſsi.ab inteſta.num.10.& hāc dicit magis iuri conſonam dict.gloſ.in l.17.& eam multi doctores excellentes,vt per Tira.ibi.tenent.

175 Nota, quòd teſtamentum factum per ingreſſum in monaſterium, per profeſsionem non reuocatur. Couar. in cap.2.num.5.de teſta.communem dicit ex Deci.con.31.& Ripa.in.l.ſi vnquam.quæſt.35. C.de reuo.dona. vbi etiam addit, quòd ad hoc quòd iſtud teſtamentum non rumpatur, requiritur vt monaſterio legitima relinquatur titulo inſtitutionis:quod commune dicit ex Petro Ci.& Raph.in auth. ſi qua mulier. Tamen concludit frequētiori calculo eſſe approbatam diſtinctio. Bar.in dict. auth. ſi qua mulier.de ſacroſan.eccle.C. Aut cōſiderauit de ingreſſu, & non rumpit. Aut non conſiderauit, & reuocatur quaſi ex noua cauſa. arg. l. ſancimus. C.de inſti.tut.quam diſtinctionem approbat Deci.in cap.in pręſentia. num. 6. de proba. Contrariam, immò quòd indiſtinctè per ingreſſum in monaſterium

ſterium reuocatur teſtamentum, dicit communem Io.de Imol.in.l.1.nu. 11.ff.de teſta. & Duran. in arte teſtan- li.3.caute.9.Sed pro concordia dic, ꝙ viuente monacho, etiam poſt profeſſionem, teſtamentum erit in pendenti, & monaſteriū habebit bona, mortuo autem, hæres inſtitutus ſuccedit. Xuarez.in Alleg.20.pagi.7.folio mihi.183.communem dicit ex Specu. & Bal.in eius addi.de ſtatu.mona.queſt. 50. & ſi interim moriatur hæres, ſuccedit monaſterium tanquam caducum.ar.l. ſtatus.ff.de iu.fiſci. Et hanc reſolutionem tenet Couarru. in cap. 2.de teſta.

176 Amplia iſtam reſolutionem, etiā ſi ingrediatur in monaſterium, quod non poteſt habere proprium in communi, nec in particulari, quòd viuente profeſſo venientes ab inteſtato nō habebunt bona. Idem ibi communē dicit Xuarez.ex Bart. & Bal. & Imol. & Ang.in.l.cùm pater.§.hæreditatē. ff.de leg. 2.

177 Amplia, quòd bona ingredientis ſic acquiruntur per monaſteriū, quòd nulla opus eſt apprehenſione. Iaſ. in auth.Ingreſſi.nume. 40.C. de ſacroſan. eccle. communem dicit. & vi. eundem num. 108.

178 Amplia ſecundò etiam quo ad vſufructum ingredientis, qui non extinguitur, ſed acquirit monaſteriū. Deci.in cap.in pręſentia.de proba.num. 66.communem dicit.

179 Amplia tertiò quo ad bona feudalia, ſi monaſterium poterit præſtare ſeruitia, vt ſunt penſiones. Deci. ibi. nu.74.communem dicit.

180 Amplia quartò quo ad bona emphyteotica.Bero.quæſt.70.nu.3.communem dicit ex Bart.& Alexan. in.l. ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verbo.obli.& Io. An.in cap. in præſentia.de proba.

181 Nota, quòd licèt ſit in cōtractu emphyteotico inhibitum, quòd non fiat alienatio in eccleſiam, non procedit, ſi emphyteota ingrediatur monaſterium. Bero. ibi. communem dicit ex Dino.Bar.& Ang.in dict.§.ea lege.

182 Nota, quòd bona ingredientis in monaſterium minorum, quod nō poteſt habere propriū in particulari vel communi, pertinent ad venientes ab inteſtato. Deci.in capit.in præſentia. nu.68. de proba. communem dicit, quam intellige vt in cōmuni. ex nu. ſi autem ingrediatur in alijs monaſterijs mendicantium, bona eius venduntur, & in neceſſarijs monaſterio expenduntur. Idem in num.69.communem dicit. & de prædicatoribus loquitur Alex.con.88.li.2.

183 Amplia quintò ad bona aduentitia filij ingredientis monaſteriū, non dimminuto vſufructu patris, qui debetur in ſua vita. Deci. ibi nume. 61. communem dicit.

184 Monaſterium tenetur ad debita ingredientis, ſiue ex contractu, ſiue ex delicto. Iaſ.in auth.Ingreſſi.nu.43.C. de ſacroſan.eccle.communem dicit.

185 Ætas requiſita de iure in ingredientem religionem non ſuppletur per malitiam ingredientis. Couar. in epi. 4. par.1.cap.2.in principio communem dicit ex gl. in.c. propoſuiſti.de regul.

186 Mona-

186 Monaſterio inſtituto hærede ſub cõditione, quòd recipiat filiũ in monachũ, valet inſtitutio, & monaſterium conſequitur hæreditatem vel legatum, ſi admittit monachum, & non dicitur ſymoniaca conditio. Guiller. Bene.in cap. Rainutius. in verbo.cuidam Petro.nu.13.cõem dicit ex Bal.in l.1.C.de inſti.& ſub.& Iaſ.in.l.2.eo.ti. contra Bar.ibi.vbi dicit, quòd valet inſtitutio, & recipitur conditio.

187 Monacho inſtituto hęrede, & repudiante hęreditatẽ, poteſt monaſteriũ acceptare, & adire. Iaſ. in.l.cùm proponis.C.de hære.inſti.cõmunẽ dicit.

188 Monaſteriũ habetur loco filij. Iaſ. in auth. ſi qua mulier. nu. 18.C.de ſacroſan.eccle.communem dicit.

189 Amplia iſtam communem, etiã vt excludat ſubſtitutũ filio inſtituto ſub cõditione, ſi deceſſerit ſine filijs. Alex. con.121.vo.2.nu.11.& Coua. in reſo.li. 1.cap.19.nu.11.communem dicit.

160 Amplia iſtam ampliationem, etiã ſi in ſubſtitutione dicatur, ſi ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerit ſubſtitutus, excluditur monaſterium. Caro.Molin.in addi.ad Alex. conſi. 121. in verbo, Contrariam.vo. 2.communem dicit.& Deci.con.416.nu.1.

191 Amplia iſtam ampliationem, etiã ſi teſtator addiderit de matrimonio habitis, vel alia verba æquipollentia. Idem ibi.communem dicit ex Pau.& Bal.in.l.Deo nobis.C.de epi.& cleri. & Corne.in auth.niſi rogati.eo tit.

192 Amplia, etiam ſi dicat de ſuo corpore natis. Coua.in cap.19.li.1.reſo.nu.11. magis cõmunẽ dicit. ex Deci. in.c.in præſentia.de proba.num.39.

193 Amplia ſecundò ad emphyteoſim conceſſam pro filia, quæ virum naturalem & legitimum acceperit, quia ingrediens monaſterium, virum habere dicitur. Bero.q.70. nu.7. cõem dicit ex Deci.in.c.in pręſentia.de ꝓba.

194 Fallit primò in monaſterio mendicantiũ, quia nõ excludit ſubſtitutũ ſub ea conditione, ſi ſine filijs legitimis & naturalibus decedat. Lãdria.in addi.ad Bar.in cõſ.1. cõmunem dicit.

195 Fallit ſecũdò, ſi ſubſtituta ſit pia cauſa. Corne.cõ.153.nu.5.li.4.cõem dicit.

196 Fallit tertiò, ſi teſtator excluſit monaſterium. Caro.Molin.in dict. conſ. 121.communem dicit ex Pau. & Bal. in.l.Deo nobis.C.de epiſ.& cle.

197 Monaſteriũ ingrediens, patitur minimã capitis diminutionem. Iaſ.in.d. auth.ſi qua mulier.nu.17.cõem dicit.

198 Moneas & inducas, nõ inducit pręciſam cohertionem. Feli. in cap.tuæ. de ſimo.communem dicit.

199 Monitio requiritur ad incurrẽdam pœnam, quando aliquid pręcipitur ſine pręfinitione temporis. Prępo.in.c. quidam.5.quęſt.1.cõmunem dicit.

• §.Concordat cum.l.12.ti.9.par.1.

200 Amplia ad incurrendã pœnã.auth. hoc amplius. C.de fideicommi. Goza.in con.34.nu.6. cõmunem dicit, quòd licèt ad inducendã morã in legatis ad pias cauſas, in quibus dies certus eſt, nõ requiratur interpellatio, bene tamen ad incurrendam pœnam.

201 Fallit, ſi per cõſtitutionẽ ſynodalem epiſcopi ſit pręceptũ, ꝙ legata pia ad impleantur, quia tũc dies interpellat.

ad

ad incurrendam pœnam. Idem Go-
za.num.8.communem dicit ex Are.
con.67.& Abbate.con.59.

202 Mora purgatur in trāſactione. Iaſ.
in.l.ſi maior annis. num.3.C.de tran-
ſa. communem dicit.

203 Intellige iſtam communem,ſi pur
gatur mora ſiue ante ſiue poſt litem
conteſtatam, ante tamen ſentētiam.
Iaſ.ibi.communem dicit.

204 Mora purgatur in omnibus cōtra-
ctibus ante ſentētiam,Iaſ. in.l. pacto.
nu.8.C.de pactis. communem dicit.

205 Moræ purgatio admittitur, quādo
agitur de veteri actione conſeruan-
da, etiam vbi eſt dies & pœna. Cur.
in. l. ſi ſuper. num. 4. C. de tranſa.
communem dicit.

206 Nota,quòd tempus,per quod pur
gatur mora, relinquitur arbitrio iudi
cis.Deci.con.138.nu.7.cōmunē dicit.

• §.Concordat cum.l.15.tit. 11.par.3.

207 Mora contrahitur ex lapſu bien-
nij,vt vſuræ & fructus debeātur à die
promiſsionis dotis,quando dos eſt aſ
ſignata ab extraneo à patre, vel mu-
liere, ſi promittat ſtatim nō expecta-
to biennio debentur. Caſſa. in cōſue.
Burgun.rub.4. §.23. communē dicit.

208 Nota,quòd morę purgatio,quę ad
mittitur ante litem conteſtatam,pro
cedit, niſi actori interſit vt detur cre-
ditori principale & intereſſe. gloſſ.in
l.35.tit.11.par.5. cōmunē dicit ex gloſſ.
in.l.inſulam.ff.de verb.obli.

• §.Contrarium determinatur per.d.
l.35.de iure regio,quòd ſi ante litē con
teſtatam purgatur mora,non eſt præ
ſtandum intereſſe creditori. Et nota,
quòd hoc procedit in caſu dict. l. 35.
& gloſſ.in dict.l.inſulam. quādo dies
non ſit certus ſolutioni,etiam ſi tantū
tempus trāſierit,quòd poterit imple-
ri, ſecus tamē ſi certus dies ſit appoſi-
tus.vt in.l.33.tit.4.par.3.&.l.cùm dies
§.fi. ff. de arbi.

209 Nota, quòd purgatio moræ, quæ
per dict.l.inſulam.permittitur ante li
tem conteſtatam,procedit etiā ſi mul
tùm tempus pręceſſerit ante litē con
teſtatam.gloſ.in dict.l.35.in verb.que
reſpōdiſſe, communem dicit ex do-
cto.in dict.l.inſulam.contra Bar.

210 Nota, quòd euētus conditionis nō
inducit moram ante interpellationē,
vt ſi promittas ſoluere ſub aliqua con
ditione.gloſ.in.l.8.tit.14. par.5. com-
munem dicit ex Bar.& Iaſ. in.l. quo-
tiens in diem.ff.de ſolu.

211 Limita in die incerta adiecta à lege,
quia non eſt neceſſaria interpellatio.
gloſſ. ibi. communem dicit ex Imol.
Alex.& Iaſ.in.d.l.quotiens.& de iſtis
interpellationibus vi. in verbo, Inter
pellatio.num.134.

212 Mors ciuilis & naturalis ſolùm ęqui
parantur in caſu,in quo ex ciuili effe-
ctu cauſaretur idem quod per natura
lem. Are.in.l.eam partem.§.inſulam.
ff.de verbo.obli. communem dicit.

• §.Nota ex hac communi &.l.28.tit.
4.par.3.quòd monachus ſeruus,ac in
perpetuum exulans effectualiter di-
cūtur mortui. Quod nota,& vi.Gui-
ller.Bene. in cap. Rainutius. de teſta.
in verbo,mortuo.

213 Morienti creditur ad ſuum præiu-
dicium, non tamen in alterius preiu-
dicium.

dicium. Mar. Anto.in.l.fi. de quæſti. nu.393.communem dicit.

214 Mulier ſi de facto ordinetur, non recipit characterẽ. Maine.in.l.fœminę. num.8.ff.de reg.iu.communẽ dicit.

215 Mulier ſimpliciter nubẽdo, nõ videtur dare omnia bona ſua in dotẽ. Cur. Iuni.con.168.nu.4.communẽ dicit.

216 Nota, quòd dos binubentis mulieris, ſi à patre, vel ab ipſa pręſtetur, cenſetur repetita dos prioris matrimonij, non autẽ de nouo cõſtituta, & animo compenſandi præſtita. Boe. deci.137. communẽ dicit ex Bart. in ſua quęſti. mulier habens amplũ matrimoniũ.

217 Mulier pro dote non præfertur anterioribus creditoribus habentibus hypothecam expreſſam. Ripa. in. l. quæſitum.num.7.de priui.credi.ff.& Io.Cora.in.l.qui liberos.nu.118.ff.de ritu.nup.communem dicunt.

• §.Concordat cum.l.33.tit.13.part.5.

218 Mulier non poteſt relinquere bona ſuis propinquis, quorũ ex forma ſtatuti expectatur conſenſus in condendo teſtamento.Io. Durã in arte.teſtã. tit.11.cau.2.nu.2.communem dicit.

219 Mulier dotem non habens, vel paruam, habebit ex bonis mariti quartã partem, ſi non ſunt vltra tres filios: ſi tamen ſunt plures, habebit virilem portionem. ſ. quantam partem vnicuiq; filiorum prouenit. Io. Durã.ibi tit.6.cau.20.communem dicit.

220 Mulier nõ iuuatur Velleiano, ſi interceſsit pro dote.Io.Cora.in. d.l.qui liberos.nu.112.communem dicit.

• §.Concordat cum. l.3. titul.12. part. 5. in, 2. caſu.

221 Amplia iſtam communem in muliere recipiente pretium pro fideiuſſione, ſi tãtum pretium recepit, quod moueret quẽcunq; hominem diſcretum ad fideiubendum, quod relinquitur arbitrio iudicis.glo.in.l.3.ti.12.par. 5.in quinto caſu.communem dicit ex Bal.in.l.antiquę.C.ad Velle.

• §.Nota iſtam communem ad intellectum.dict.l.3.

222 Nota, quòd mulier in iudicio poteſt renuntiare Velleiano, & valet renuntiatio, ſi certioretur, extra iudicium tamen, etiam ſi certioretur, non valet renuntiatio.Coua.in cap quanuis pactum.par.2.§.2.num.4. ſeptima concluſio.de pactis.li.vj. communem dicit.ex Imol.in cap.ex reſcripto.de iureiuran.cõtraria in ſecunda parte cõmunis dicit communẽ Iaſ.in.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pa.num.17.& hanc dicit cõſuetudine obſeruari Feli.& Imol.in dict.cap.ex reſcripto.& in.l. poli. C. ad Velle. quòd ſi mulier ſit certiorata etiam in extraiudicialibus ſibi præiudicat renuntiatio.

• §. De iure regio per.l.3.titul. 12.par. 5.approbatur hæc ſecunda communis & vltima.

223 Nota, quòd mulier ſi iurat cùm fideiuſsit, & ſi non ſit certiorata, videtur renuntiaſſe Velleianum.Couarru.in cap.quanuis pactum.part.2.§.3.num. 5.communem dicit ex Bart. in auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.& Abbas. Imol. & Felin. in dict. cap.ex reſcripto.Cõtrariam, immo ꝙ non videatur renuntiaſſe, cõmunem dicit Bal.cõſi.47. vo.1, cui ad herent

alij,

alij, quos refert Couarruuias ibi. & Tiraquel. in.l. ſi vnquam. de reuoca. donatio. C. in princip. nume. 146. Couarruuias autem tranſit cum prima. & hanc etiam affirmat gloſſ. in.l. 3. tit. 12. part. 5. quo ad hunc effectum, vt cenſeatur certiorata, non tamen quo ad alios, ne plures ſpecialitates ſequantur contra text. in.l. 1. C. de dotis promiſſ.

224 Mulier non præſumitur certiorata, quando renuntiat Velleianum in dubio. Tiraque. in.l. ſi vnquam. de reuo. dona. C. in prin. nu. 98. communem dicit ex Angel. in. §. item ſi in iudicio. Inſti. de excep. & Soci. conſil. 263. nume. 14. lib. 2.

225 Mulier ſi ex forma ſtatuti debet lucrari aliquam partem bonorum mariti, intelligitur de conſummato matrimonio. Hippo. ſing. 106. communem dicit.

226 Mulier ſponſata non dicitur maritata in odioſis. Bene. in. c. Rainutius, in verbo, duas habens filias. nu. 151. de teſta. communem dicit. vi. in verbo, Matrimonium. nu. 107.

227 Mulier ꝙ ſine conſenſu patris non poſsit contrahere matrimoniũ, non poteſt induci ſtatuto. Iaſ. in.l. 1. §. hui9 ſtudij. nu. 12. ff. de iuſti. & iu. communem dicit.

228 Mulier ſi ſecundum formam ſtatuti non poteſt contrahere, poteſt tamẽ quaſi contrahere. Iaſ. in.l. barba. nu. 4. de offi. præſi. ff. communem dicit. licèt teneat contrarium.

229 Mulier de iure ciuili indiſtinctè admittitur in teſtem. De iure canonico in criminalibus nõ admittitur niſi in caſibus in iure expreſsis. Iñ ciuilibus tamen, etiam ſi agatur de crimine, indiſtinctè admittitur. Panormita. in cap. quoniam. de teſti. num. 2. communem dicit. & Alexan. conſ. 11. vo. 1. num. 11.

230 Amplia ſecũdam partem communis præcedentis, etiam contra clericum in cauſa criminali ciuiliter intentata. Maran. in ſpecu. aure. part. 4. diſtin. 1. num. 33. communem dicit poſt gloſ. in cap. quoniam. de teſtib. & c. mulieres. eo. tit.

231 Amplia iſtam ſecundam partem ad cauſam matrimonialem. Alexan. conſil. 11. volumi. 1. & Deci. conſil. 133. communem dicit ex cap. cùm ſuper eo. de teſti.

232 Limita dictam cõmunem tam de iure canonico, quàm ciuili in teſtamento, quia nõ poteſt eſſe teſtis. Bello. conſ. 14. num. 8. communem dicit contrariam, immo quòd de iure canonico poteſt eſſe teſtis dicit cõmunem Couarru. in. c. cùm eſſes. de teſtamen. nu. 14. ex Croto in tracta. de teſti. par. 1. num. 11. quam ipſe Couarruui. repellit, & concludit cum noſtra communi. ex Alexand. conſil. 72. & 77. volu. 2. & Alber. Bru. de corre. & rela. ſolenni. quæſtio. 8. & Tiraquel. in legi. connubi. in nona lege. nume. 45. & dicit quòd ſtandum eſt cum noſtra communi. Et nota, quòd quando mulieres admittuntur in teſtimonium, non ſufficiunt duæ mulieres ad condemnationem. vt per Deci. in regul. 2. de regul. iu. ff. nume. 35.

me.35.quod ipſe Deci.in con.342. relinquit arbitrio iudicis ex qualitate mulierum. quod.l.17. tit.16. par.3. videtur approbare.

233 Fallit hæc limitatio in teſtamẽto ad pias cauſas. Bello.ibi.cõmunẽ dicit.

234 Fallit ſecundò in teſtamento inter liberos. Deci.in.l.2. ff.de reg.iu.nu.31. communem dicit. & vi. Couar. in.c. cùm eſſes.de teſta.nu.14.

* §.De iure regio mulier bonæ famæ & opinionis in quacunq; cauſa & in omni caſu,excepto in teſtamento,poteſt eſſe teſtis. per.l.17. tit.16. part.3. & ſic euacuatur.l.96.ſtili.ac.l.8.tit.8. li.2. foro.ll.& vi. Dueñas in reg.315.per totum,nec etiam poteſt eſſe teſtis in codicillis,vt concludit Deci.in.l. fœminæ.nu.28.ff. de reg.iu.per tex.in.l.hac conſultiſsima.C.qui teſta.fa. poſſunt. quæ approbatur per.l.3. in deci. Tau. Quod nota.

235 Mulier nõ tenetur ſtare colono vel locationi per maritum factæ ſoluto matrimonio de bonis vxoris. Coua. in reſo.li. 2.c.15. nu.5. communem dicit ex Carol.Molin.in conſue.Pariſ.§. 30.q.22. vi.in verb.Locatio.nu. vbi ponuntur regula & limitationes.

236 Mulier non poteſt exercere officiũ argentariæ in publico, poteſt tamen per ſeruum exercere. Goza.in.l.fi.nu. 11.C.de pactis communem dicit.

237 Muliere ſemel excluſa, perpetuò durat excluſio. Cur.Iuni.de feu.par.3. in princip.nu.32.communem dicit.

238 Mulieri ſi per ſtatutũ prohibeatur ꝙ non poſsit teſtari ſine licentia viri, vel propinquorum,non valet prohibitio. Iaſ.in.l.ex facto.nũ.9.ff.de vulg. & pupi.communem dicit.

239 Mulier ratione tutelæ poteſt incarcerari, ſi ſit debitrix, cùm aliàs nõ poſſet pro debito carcerari. Ciſon.in.l.62 Tau.communem dicit.

240 Mulieri ſi promittatur aliquid ob coitũ,& ſequatur cauſa,debetur promiſſum. Naua.in manua.confeſſo.c. 17.nu.39.& Iaſ.in.l.generaliter.in fi.ff. de verbo.obli.communem dicit.

241 Intellige in meretrice publica, ſecus in focaria priuata. Couar. in reg. peccatum.par.2.§.2.num.2. communem dicit.

242 Mulier prohibita contrahere ſine conſenſu propinquorum,non poteſt donare cauſa mortis. Soci. in.l. 2.in prin.nu.9.& Alcia.nu.10.ff.de verbo. obli.communem dicit.

243 Mulieri relictum quãdiu vidua permanſerit, & poſt eius mortem Titio, ſi ſecundo nupſerit,confeſtim,nõ expectata morte,debetur Titio. Ioan. à Gar. de pœnis ſecũdo nuben. nu. 10. communem dicit.

244 Mulier inhoneſtè viuens poſt mortem viri patitur pœnas mulieris binubẽtis. Idem ibi.pœna.28. communem dicit.

245 Mutuans eccleſiæ,minori, regi,vel ciuitati, licèt teneatur probare neceſſitatem inſtantem, & quòd verſum ſit mutuum in eorum vtilitatem iuxta auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle.&.§.hoc ius.10.quæſt.2. & glo.communiter approbata in.§.ſi vero.in auth.de alie.& emphy. colla. 9.tñ in alijs contractibus ſufficit probare

bare inſtantem neceſsitatem. gl.in.l. 3.tit.1.par.5.in verbo,ala igleſia.communem dicit ex Panor. in. c. 1. de depo.& Deci.conſ.36.

246 Mutuans vniuerſitati,vel collegio, vel alicui de eius mandato non oportet probare verſum in eius vtilitatem. glo.ibi.in verb.Villa. communem dicit ex Bart. in. l. ciuitas. ff. ſi certum petatur.

247 Mutus & ſurdus qui habent perfectam intelligentiã,æquiparantur maioribus vigintiquinq; anno. Alcia. in l.1.in princip.nu.60.ff.de verb. oblig. communem dicit.

## N.

1 NEGATIVA quando eſt fundamentum intentionis,dicenti incumbit onus probandi.Iaſ.in.l.qui ſe obtulit.§. condemnandum.nume.7.ff.de re iudica.

2 Negatiua probatur ſic, In bonis Petri non ſunt alia bona qui vult dicere,aliud probet.Curti.Iuni.conſi.150. num.10.communem dicit ex gloſ. in l.de lege. ff. de proba. Quam intellige, quando pro hærede vel dicẽte eſt alia præſumptio, vt ꝙ confecerit inuentarium.Coua. in reſo.c.6.li.2. nu. 4.communem dicit ex Alcia.de præſumpti.reg.3.præſump.20.

3 Negotiorũ geſtor poteſt facere proteſtationem incitatiuam debitori vt ſoluat domino, & conſtituit eum in mora, non tamen ſi incitat ꝙ ſibi ſoluat.Ioan.à Ripa in.c.cùm.m.de conſti.nu.141.communem dicit.

* §.Nota iſtã cõmunẽ ad intel.l.3.tit. 13.par.6.&.l.7.tit.6.lib.3.fo.ll.

4 Negotiorum omnium geſtor, etiã ſi alius minimè ſit geſturus, tenetur de neglectis.glo.in.l.34.ti.12.par.5.cõmunem dicit ex docto.in.l.ſi pupilli. §.videamus.C.de nego.geſtis.

* §.Huic communi videtur contradicere dict.l.34. quia ſolùm ibi dicit, quando alius adeſſet geſturus omnia, quia tenetur tunc de neglectis. Tamen ſi bene ponderetur dict.l. ſiue alius ſit geſturus omnia,ſiue quædam geſturus,tenet de neglectis.Qđ nota.

5 Nepos ex primogenito præfertur ſecundo genito in ſucceſsione regni. Barba.conſil.4.vo.2. & Fran. de Are. conſi.85.quem refert Tho.Gramma. in deciſ.1.Neapoli. nu.24. communẽ dicunt. Sed Alexan. in conſi.4.vo.4. & in conſ.54.vo.3. quem refert Iaſ. in l.maximum vitium.C.de libe. præte. nu.4. communem dicit contrariam. Quam intellige, ſi primogenitus moriatur viuo patre.vt tenet Deci. conſ. 443. maximè ſi filius poſsidet. nu. 28. Sed pro opinione Barba.fuit pronunciatum Neapoli.

* §.Opinio Barbatij approbatur per l.40.in ordi.Tau.indiſtinctè.

6 Nepos,qui eſt ſuus,cui nullus præcedit in gradu,non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali vel mixta.Iaſ. in.l. ſi pater.nu.16. C.de inſti.& ſub. communem dicit.

7 Nepos legitimus ex filio ſpurio ab inteſtato non põt ſuccedere auo.Cur.

Iuni.con.157.nu.1.communem dicit. & Pyrrhus de ſucceſsionibus.in conſue. Aure.c.6.

8 Nepos legitimus vel naturalis ex filio ſpurio deficiente prole legitima poteſt inſtitui ab auo. Coua. in epi.4. c.8.§.5. nume.13. communem dicit ex Deci.conſ.462.

9 Amplia,etiam ſi proles ſit legitima ex reſcripto principis.Idem ibi.ex Deci.conſ.158.communem dicit.

10 Amplia ad nepotem legitimum ex filio clerici à ſacro ordine inſigniti. Idem ibi.ex Corſe.in fin. in verb.Fornicatio.communem dicit.

• §.De iure regio cùm filius clerici dicatur procreatus ex damnabili coitu per.l.9.Tau.cum nec poſsit ſuccedere patri nec matri,iuxta.l.22.ti.3.li.1.ordi. noſtra communis non procedit.

11 Fallit in nepote ex filio inceſtuoſo. Idem Coua.ibidem ex Bal.in.l.ſi quis inceſti.C.de inceſtis nupti.cõmunem dicit.& vi.Hippo.ſin.143.& Bal.in.c. in præſentia.de proba.

• §.De iure regio hæc communis nõ procedit,cùm ex.d.l.9.coitus dicatur damnabilis,ſi mulier mereretur pœnam mortis ex coitu.Et excipit filiũ clerici,religioſi, vel monialis: quia licèt nõ mereatur pœnam mortis,propter magnitudinẽ criminis eſt ſic ſtatutum,& mulier inceſtuoſa per.l.3.ti. 18.par.7. detruditur in monaſterium, non tamen pœnam mortis incurrit.

12 Nepos ſuccedit cum patruo in ſucceſsione patrui in legato,ſecus in fideicommiſſo.Deci.conſ.1.nu.5.communem dicit.

13 Nepos ex filia mortua auo viuente habet ius petendi legitimam ex perſona propria,etiam ſi mater renuntiauerit legitimæ.Ioan.à Ripa de leg.li.1.c. 6.nu.3. cõmunem dicit.ex Roma. in l.ſuperſtitis.ff.de acqui. hære. Limita ſi interuenit iuramẽtũ, vt tenet Deci. conſ.181.& Coua.in.c.quanuis pactũ. par.3.§.2.num.4.de pactis.in.6.vbi dicit cõmunem.Et in hoc reſolutio cõmunis eſt.Aut mater renuntiauit ſucceſsioni patris nihil accepto, & tunc nepotes, etiam ſi renuntiatio veſtita ſit iuramento, poſſunt mortua matre petere legitimam. Aut aliquid accepit nomine legitimæ,& nepotes non poſſunt. Hæc reſolutio eſt ex mente Ripæ.in dict.reſpon.6. & Tho. Grãma.de.57.nu.39.& Roma.in dict.l.ſuperſtitis.&eſt communis teſte Coua. in dict.§.2.in fi.Et licèt mater nõ poſſit contrauenire etiam ſi nihil receperit cùm firmauit iuramento renũtiationem,vt tenet Imol.in dict.l. qui ſuperſtitibus.& Domi.in.d.c.quãuis pactum.& Geor. Natan. in.l. vlti. C.de pactis.limi.5.& Alexã.in.l.ſtipulatio hoc modo concepta.nu.9.ff.de verb. obliga. tamen abſolutio ei facillimè eſt præſtanda.

14 Nepoti patre repudiãte hæreditatẽ aui,vel lapſo tẽpore querelæ de inofficioſo teſtamento, cõpetit querela de ſucceſſorio edicto.Iaſ.in rubri. de ſucceſſo.edi.C.nu.5.communem dicit.

15 Nobiles non gaudent priuilegio ꝙ non conueniantur vltra id quod facere poſſunt.Couarru.in reſo.lib.2.c. 1.num.4.communem dicit ex Cumano

no in.l.miles.ff.de re iudi.

* §. De iure regio nobiles (qui vulgo hijos dalgo dicuntur) nõ poſſunt pro debito incarcerari.l.4.tit.2.li. 4.in ordi.niſi debitum deſcendat de delicto, vel ſi ſit locator bonorum fiſcalium, vel pro debito regio. per. d. l. 4. Item nec executio in domibus ſuæ habitationis, nec in armis, equo, vel mula ſit.l.3. eo. tit. Nec poteſt torqueri. d.l. 4. Et vide alia quindecim priuilegia, de quibus in verbo. Milites.nu. 149. Et nobilis de iure regio quis dicatur, vi.l.2.ti.11.par.2.& Pala.in repe.rub.de dona.inter virum & vxorem. col.29. Et qualiter nobilis ſit carcerandus. §. 7.nu.15.col.26.&.l.4.tit.29.par.7.

16 Nobilitas non perditur per ingreſſum religionis.Boe.in cõſue.Bitu.des coſtumes concernens les mariages. §.5.communem dicit.

17 Notarius nõ præſumitur niſi probetur titulus, etiã ſi conficiat inſtrumẽta vt notarius. Alci.in de præſump. reg. 3.præſ.13.nu.15.communem dicit.

18 Nota, quòd ſi inſtrumentum negetur à notario confectum, non ſufficit quòd probetur haberi pro tali, ſed eſt probandum eſſe talem, aliàs inſtrumentum nõ valet. Iaſ.in.l.Barbarius. nu.48.ff.de offi.præſi.cõmunẽ dicit.

* §.De iure regio per.l.115.tit.18.part.3. ſufficit, ꝙ habeatur in illo loco pro notario publico, & quòd ſit fama, ꝙ ſit talis, & tanquam talis vtebatur officio tabellionatus.

19 Fallit in antiquiſsimis, in quibus pręſumitur titulus notarij. Aimon de antiquitate.par.3.verſi. & vidimus in genere.nu. 8.communem dicit ex Bal. in auth. quas actiones.in fi.C.de ſacro ſan. eccle.&.vi.Boe. deci.36.nu.11.vbi concludit eſſe verum, quando conſtat alia inſtrumenta confeciſſe ante vel poſt illud de quo quæritur, quia hoc ſufficeret vt trãsferatur onus probandi in negantem eſſe notarium, vt tenet Bal. Alexan. & Iaſ. & Deci. & Iaco. de ſan. Georgi. in. l. 1. C. qui ad mi. ad bo. poſſe.

20 Notarius non conficit inſtrumẽtũ niſi rogatus à partibus, nec ei creditur, nec poteſt rogari niſi de his quæ tunc fiunt à partibus. Cur. Iuni. con. 166.nu.2.communem dicit.

21 Notarius non præſumitur rogatus, niſi in inſtrumento dicatur eſſe rogatus.Boe.deci.25. nu. 7.& ſi dicat, ego ſcripſi.communem dicit.

22 Limita in teſtamẽto ad pias cauſas, quia non requiritur rogitus notarij. Io.de Gradi.in addi. ad Alex. in con. 70.nu.21.vo.2.communẽ dicit.

23 Notarius ſi non dicat in teſtamento teſtes eſſe rogatos, & ad hoc ſpecialiter vocatos, nõ valet qđ agitur. Boe. deci.34.nu.4.communem dicit.

24 Fallit ſi ſit ad pias cauſas. Idẽ ibi.nu. 5.communem dicit.

Fallit ſecũdò, ſi teſtes ſe ſubſcripſerunt.Idem.ibi.nu.8.cõmunem dicit.

25 Notarius ſi in protocolo ſcripſit, talis vendidit talem rẽ tali præſentibus teſtibus & cætera, alius notarius non poteſt abbreuiaturam & cætera extẽdere. Iaſ.in.l.argentarius. ff. de eden. nu.3.communem dicit.

26 Amplia etiam ad ipſummet notarium,

rium,qui confecit inſtrumentũ,quã-
do redactum eſt in ſcriptis, quia non
poteſt extendere. Soci.in.l. Gallus.§.
idem credendum.ff.de libe.& poſth.
nu.14. communem dicit, etiam cum
authoritate iudicis,niſi cum cauſæ co
gnitione.Idem ibi.nu.16.

§.De iure regio notarius non poteſt
conficere inſtrumentum in quo po-
natur abbreuiatura,& cætera, ſed te-
nor totius contractus debet inſeri pla
nè in pragma.pragma.204.c.1.

27 Notarius ſi omiſit aliquas clauſulas
ſolitas apponi, habentur pro appoſi-
tis. Soci.in dict.§.credendum.in fi.cõ
munem dicit.

§. Hæc cõmunis de iure regio eua-
cuatur per dictam pragma. 204. quia
poſteaquam fuerit confecta,non po-
teſt aliquid addi,nec mutari.

28 Nota, ꝙ Clericus poteſt eſſe nota-
rius in cõſiſtorio eccleſiaſtico.Couar.
in.c.19.nu.8.in quæſti. practicis. com
munem dicit ex Anto.& Abba.in.c.
ſicut.ne cleri.vel mona.

29 Intellige iſtam cõmunem ſub hac
diſtinctiõe. Aut eſt in curia, & poteſt
vti officio tabellionatus, ſiue habeat
beneficium,ſiue non, ſiue ſit in mino
ribus,ſiue in ſacris. Aut extra curiam,
ſi habet beneficiũ clericus,ſiue in mi-
noribus,ſiue in ſacris,nõ poteſt exer-
cere officium tabellionatus: ſi tamen
nõ habet beneficium, etiam in ſacris
poteſt exercere.Coua.ibi. cõem dicit
ex Anto.& Abba.in.d.c.ſicut.

30 Nota, quòd licèt clericus nõ poſſit
creari notarius,ſi efficiatur,& cõficiat
aliqua inſtrumenta,valent tamen,li-
cèt ipſe malè faciat.Coua.ibi.num 8.
ver.ꝙ ſi ſacerdos.cõem dicit ex Alex.
in.l.prætor.§.his etiam.ff.de eden.

§.De iure regio per.l.15.ti.18.li.2.or-
di.prohibetur,ꝙ clericus ſit notarius,
& inſtrumenta, quæ coram eis cele-
brantur,nullam fidem faciunt.

31 Nota,ꝙ clericus in minoribus ordi
nibus conſtitutus ſi non ſit beneficia-
rius,poteſt officium tabellionatus co
ram iudice laico exercere.Idẽ Couar.
conclu. 4.communem dicit ex Ripa
in.c.2.de iudi.nu.120.

§.Hæc cõmunis opinio euacuatur
per.l.17.ti.3.li.1.ordi.in fine. vbi caue-
tur,ꝙ clericus non coniugatus nõ po
teſt exercere officium publicum.

32 Notarius principis (qui vulgo Se-
cretarius dicitur)non poteſt eſſe infa-
mis.Coua.in.q.pra.c.19.nu.5.verſ. pri
ma concluſio. cõmunẽ dicit ex Bart.
& Sali.in.l.1.C.de man.prin.

33 Nota,ꝙ inſtrumentum confectũ à
notario infami infamia iuris tolerato
valet,& tenet. Idem ibi conclu.5.cõ-
munem dicit ex Inno. Anto. & Feli.
in.c.fraternitatis.de hære. tamen ſi ſit
publica infamia notatus, non valet,
vt ibi per eum.

34 Notarius & ſi ſit infamis infamia fa
cti etiam publica valent ab eo confe-
cta inſtrumenta.Idem ibi. concluſ. 6.
communem dicit ex Feli. & Anto.in
c.cùm dilectus.de fi.inſtru.

35 Notarius acquirit alteri. Panor. in
proœ. Decre.nume.22. communem
dicit. Quam intellige in actionibus
vtilibus, non tamen in directis. Alci.
in cap. cùm contingat.de iureiuran.
nu.133.

nu.133.communem dicit.

36 Fallit ſi ſtipuletur pacem pro abſente,nam abſenti non acquirit ius. Alci. ibi.nu.137 communem dicit.

37 Notarius non poteſt ſine authoritate iudicis cõmittere alteri notario ingroſſationem inſtrumenti. Boe.deci. 36.nu.8.communem dicit.

§. Hæc communis concordat cum l.8.ti.9.par.2. loquẽte de notario principis, cui cõmiſſum eſt ſecretum, alij autẽ notarij ex infirmitate, vel ex alio caſu impediti poteſt committere ingroſſationem inſtrumenti, dum modo ſeruetur traditũ per.l.55.tit.18.part. 3.&.l.ſti.189. & vi. quæ habes in verb. Ingroſſatio.nu.53.

38 Nota,q; ingroſſatio inſtrumenti requirit ſignum notarij defuncti. Boe. ibi communem dicit.

36 Notarius publicè excõmunicatus ſi conficiat inſtrumentum, non valet quod agitur. Io. de Ripa in.l.3. de dona.reſpon.2.communem dicit.

40 Notario dicenti certioraſſe mulierem de Velleiano,creditur, & firmat inſtrumentum. Alci.de præſum.re.3. præſ.13.cõmunem dicit.& Caro.Moli.in addi.ad Alex. in conſ.141.in verbo,nõ probat.vo.2.& vi.in verb.Mulier.nu.122. & in verbo,Iuramentum. nu.189.cum ſequen.

41 Notario aſſerenti ſibi commiſſum, nõ creditur,niſi cum fide alterius notarij. Cur.Iuni.conſ.166.nu.13.Couar. in.c.relatum.el.1.de teſta.in ver. nec committẽdum.communem dicit ex Iaſ.con.155.& Deci.c. quoniã contra. nu.45. de proba.& magis communẽ dicit. Alexan.conſil.212.vo.6.num.22.

42 Item non creditur dicenti in teſtamento ægrum ſanæ mentis tempore conditi teſtamenti. Iaſ.in.l.ſeniũ ætatis.C.qui teſta.face.poſſunt.communem dicit.

43 Nouatio non fit per ſecundum inſtrumentum,niſi expreſsè ſit actũ inter partes vt fiat nouatio,ſed ſecunda obligatio accedit priori. Lu.de Goza. conſ.38.nu.1.communem dicit ex Soci.in.l. certi condictio.§.numos.ff.ſi cert.petat.

44 Amplia iſtam communem,etiam ſi noua perſona interueniat. Alexã.in conſi.72. vo.2. nu.1.magis cõmunem dicit.cõtra Bar.in.l.pe.ff.de præto.ſtipula. & Alex. ſibi contrarius in.l.4.§. ſi ex conuentione.ff.de re iudi. cõmunem dicit. Sed Caro.Moli.in addi. ad Alex.in conſ.13.vo.2. dicit,q; enumeratis docto.inuenitur,quòd prima eſt magis communis, & hanc dicit communem Goza.in dict.conſ.38.

45 Reſtringe hãc cõmunem,ſi ex coniecturis apparet de animo nouandi. Carol.Moli.in addi.ad Alexan.in.d. conſ.13.communem dicit.

46 Fallit ſecũdò in delegatione, etiam ſi expreſsè non ſit dictum,quòd animo nouandi fit. Iaſ.in.l.ſingularia. ff. ſi cert.peta.& gloſ.in.l.15.tit.14.par.5. communem dicit ex Bar.Ang.Io an. de Imol. & Caſtro in.l. delegare. la.1. ff.de noua.

§.De iure regio per.d.l.15.approbatur indiſtinctè magis cõmunis contra Bart.quòd non fit nouatio ni ſi expreſsè fiat,etiam ſi interueniat noua

perſona, ſed ambo remanent obligati, & cùm d.l.15.loquatur indiſtinctè, euacuatur quam dicit communẽ Caro.Moli.in nu.45. ſi ex coniecturis apparet velle nouari, cùm in dicta lege requirat͛ expreſſa nouatio. Qđ nota.

47 Nouum opus poteſt denuntiari in opere, etiam nemine præſente, ſed tamen non præiudicat domino, niſi deueniret ad eius notitiã. Iaſ.in.l.de pupillo. §. nuntiationem. ff. de no. ope. enun.nu.5.cõmunem dicit. Poſt ſciẽtiam autem, etiam ſi nullus ſit in opere, præiudicat. gloſ.in.l.1.ti.32.par.3.in fi.communem dicit ex gl.in.l.1.§.nuntiatio.ff.eo.& Alex.ibi.

• §.De iure regio requiritur, ꝙ in opere ſit aliqua perſona, approbata opi. Hoſtien.in ſumma eo.ti.in.§.cùm ſit. per dict.l.1.in fi.

44 Nota, ꝙ noui operis denuntiatio facta domino extra opus, ei non pręiudicat.Iaſ.in.d.l.de pupillo.§.ſi quis fortè.nu.3.communem dicit.

49 Denuntiatio facta fabris, etiam abſente domino & ignorante, in opere, præiudicat.Idem Iaſ.in.d.l. de pupillo.§.ſiquis.nu.3.communem dicit.

50 Nouum opus non denuntiatur niſi habenti poteſtatem.Iaſ.in.l.hoc edicto.nu.2.ff.eo.communem dicit.

51 Noui operis enuntiatio non fit per ſeruos, amicos, vel filios ſine mandato.glo.in.l.1.tit.32.par.3.communem dicit in verbo, deuen dar recaudo. ex Bar.in dict.l.1.

• §. De iure regio denuntiant cũ cautione de rato per.d.l.1.

51 Item inquilinus, aut colonus etiam procuratorio nomine minimè denũtiat. Iaſo in.l. in prouinciali. §. ſi ego. nu.5.ff.eo.communem dicit.

52 Item nec minor etiam maior decẽ & octo annorum, etiam ex cauſa reipublicę, & cum authoritate curatoris non denuntiat. Iaſ. in.d.l. de pupillo. nu.3.communem dicit.

53 Item nec forenſis quando ædificatur in publico, niſi ædificaretur in via. Iaſ.in.l. ſi in prouinciali. §. ſi in publico.nu.1.ff.eo.communem dicit.

54 Item non denuntiatur prætori, ſed proteſtatur contra eum, cùm lis non poſsit ei moueri.Iaſ.in.d.l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori.num.1.ff.eo.communem dicit.

55 Nota, quòd nouum opus poteſt denuntiari contra vicinum ædificãtem in ſuo ſolo, cùm ſibi non prodeſt, & alteri nocet.Iaſ.in dict.l.de pupillo.§. meminiſſe nu.9. ff.eo. cõmunẽ dicit.

56 Nouum opus ſi denuntietur, ſuperſedetur per tres menſes, etiam ſi offeratur ſatiſdatio, cùm denuntians dicit, hodie conſtat, hodie agatur. Iaſ. in.l.hoc edicto.nu.19. ff.eo. communem dicit. licèt ipſe teneat, ꝙ indiſtinctè ſiue dicat ſiue non, debet per tres menſes ſuperſedere.

• §.Lex.9.tit.32. par.3. indiſtinctè dicit, quòd ſuperſedeatur in opere per tres menſes.

57 Nullus ſi ſit actus eo modo quo agitur, minimè valet prout valere poteſt, quando agitur ad obligationem contrahendam, quæ à duorum volũtate pendet.Couar.in epi.4.c.3.communem dicit ex Bar.in.l.1. ſi quis ita. ff.de

ff. de verbo. obliga. contra quam Panor. in cap. quòd ſedẽ. de offi. deleg. dicit eſſe tex. in cap.1. de deſpon. impu. ideo cogita de communi.

58 Fallit, niſi aliàs illud quod fieri poterat, ſub eo quod fiat includatur. Coua. ibi. communẽ dicit ex Floria. in .d.l.1.

59 Nullitas ſententiæ, quæ prætenditur reformari ex eiſdem actis, eſt petẽda coram iudice ipſius actus. gloſ. in.l.4. C. de accuſa. Aut principaliter prætenditur pronuntiari nulla, & tũc datur optio grauato, niſi allegẽtur ſordes iudicis. Feli. in cap. per tuas. de ſen. exco. communem dicit. Intellige iſtã communem in ordinario, vt intelligit Sebaſti. Van. de nulli. proce. ver. coram quo iudi. nu.8.

• §. Nota iſtam communem ad intellectum.l.2.tit.28.par.3 &.l.2.tit.15.li.3. ordi. in qua lege aſsignatur tempus ſexaginta dierum ad dicendum de nullitate. De iure autem cõmuni in actore durat vſq; ad tempus actionis, & in reo in perpetuum. Iaſ. in.l. data opera ff. de fideiu. quẽ refert Anto. de Tremo. in addi. ad Bonacur. in practi. exceptio. de impe. execu. nu. 18. in verb. in perpetuum. Vnum tamen nota, ꝙ ſi appellatio eſt ꝓpoſita ex cauſa probabili, quòd nullitas poteſt proponi etiam finita cauſa appellationis: ſi tamen cauſa erat improbabilis, non poteſt proponi, vt notat Bal. in. l. contra maiores. C. de inoffi. teſta. & ſic debet intelligi dictum Pauli. con. 208. vo.1. nu.3. Itẽ nota, quòd licèt de iure ciuili quando nullitas eſt euidens poteſt proponi in perpetuum, vt per Balbũ. de præſ. in.4. par. quæſt. 32. tamẽ cùm per dict.l.2. taxatum ſit tempus, etiã ſi ſit euidens, debet intra illud tempus proponi, vt traditur per Alexan. con. 105. vo.5. num.4.&.5. Item nota, & tene menti, quòd ſi iudex admiſit nullitatem poſt illud tẽpus, cùm aliàs non deberet admittere, debet pronunciare ſuper nullitate. vt per gloſſ. & ibi. Panor. & Feli. in cap. cùm contingat. de offi. deleg.

60 Nullitas abſque appellatione non deuoluit cauſam de ordinario ſuffraganeo ad metropolitanum. Vantius de nullita. proceſ. ver. coram quo nulli. pro. nu.20. communẽ dicit ex capit. Romana. in prin. de fo. comp. in.6. & vi. Coua. in quæſt. pra. queſt.9. nu.2.

61 Nullitas ex defectu poteſtatis non cenſetur ſublata per ſtatutum prohibens exceptionem nullitatis ponere. Vãti. ibi. verſ. quis poſsit dice. de nul. num.37. communem dicit ex gloſ. in cle.1. in fi. de ſequeſ. po. & fruct.

• §. Nota iſtam communem ad intel. l. fi. in ordina. de Madrid, per quã mãdatur executioni ſententia arbitraria, non obſtante nullitate.

62 Nota, quòd ſi proceſſus pronuntiatur nullus, teſtes ibi producti in noua lite poſſunt de nouo produci. Tho. Gramma. deci.65. num.46. communẽ dicit ex theori. l. legata inutiliter. ff. de leg.1. & vi. quę habes in verb. Inſtantia perempta. nu.83.

63 Nuncio dicenti citaſſe de commiſſione iudicis non creditur, niſi iuxta officium: quia commiſsio iudicis nõ præſumitur niſi probetur. Alci. de pręſum.

ſum.reg.3.præſ.14.nu.9.cõem dicit.

* §.De iure regio per.l.1.tit. 7.par.3.in fi.nũtio regis creditur cum vno teſte: ſi autem ſit nũtius alterius à rege, nõ creditur niſi cum duobus teſtibus affirmantibus citaſſe.

64 Nuntio dicenti citaſſe potiùs creditur, quàm parti neganti. Alcia. ibi commune dicit. & Deci. in cap. comparari. de appel. num. 10.

* §.Concordat cũ.l.21.ſtili. Et ob hanc legem non ſumitur argumentum à contrario ſenſu ex.l.8.tit.7.par.3.quæ videbatur innuere contrarium.

65 Nuptię inceſtę illæ dicũtur ad hoc, quòd contrahentes incurrant in pœnas ciuiles contra eos promulgatas, cùm contrahitur contra diſpoſitionẽ canonis, non legis. Couarru. in epi. 4. cap. 6. §. 8. num. 18. communem dicit ex Deci. in conſi. 158.

66 Nuptiæ ſi ſint inceſtuoſæ, maritus non habet annum ad præſtandã dotem. Couarru. ibi. num. 24. communem dicit.

67 Item licèt maritus non poſsit conueniri vltra id quod facere poteſt, ſi inceſtuoſæ ſint nuptiæ, nõ gaudet hoc priuilegio. Bal. noue. de dote. part. 11. nu. 18. communem dicit.

## O.

1 OBLATIONES debitæ vni perſonæ ſi in aliquo feſto offerantur, & ſi in die domini co ad alium pertineãt, ſi dies dominicus & feſtũ in vno die concurrant, diuidendę ſunt inter eos. Iaſ. in. l. arrogator. ff. de adopti. communem dicit.

2 Obligatio naturalis non oritur ex ſtipulatione. Io. à Ripa. de pactis. in Rub. nu. 7. communem dicit.

3 Obligatio naturalis poteſt cedi. Iaſ. in. l. hoc edicto. §. vſufructuarius. nu. 6. ff. de no. ope. enũ. communẽ dicit.

4 Obligatio ſub conditione poteſtatiua tranſit in hæredes. Boe. deci. 351. num. 2. communem dicit.

5 Obligatio ſi ſonat in cõtractum nominatum, & non poteſt valere, nec valebit vt contractus innominatus. Iaſ. in. l. ſi quid ante. nu. 18. ff. de acqui. poſ. communem dicit.

6 Obligatio generalis comprehendit merces venales. Anto. de Fano. de pigno. part. 2. mem. 2. num. 17. communem dicit.

7 Intellige iſtam communem, ſi ſunt penes debitorẽ. Io. Crotus. in. l. ſi conſtante. lectu. ſecunda. num. 203. ff. ſolu. ma. communem dicit. Iaſ. autem in. §. itẽ. Seruiana. nu. 5. Inſti. de actiõ. dicit magis communem cõtrariam. Couar. autem in reſo. li. 2. cap. 5. dicit, quòd ſi obligatio referatur ad certum locum, res venales non comprehendũtur, vt in mercibus illatis in domũ conductam. vt in. l. debitor. ff. de pigno. Vel poſſumꝰ dicere, vt aliàs dicit Gomecius in dict. §. item. Seruiana. ꝓ etiam in caſu dict. l. debitor, quòd veniant merces venales, quãdo nõ ſunt alia bona, in quibus dicta obligatio verificetur. vt in. l. pediculis. §. itẽ cùm quæritur. ff. de au. & arg. leg. Vel dic

ſecundũ

ſecundum Zazium in dict.§. Itē Serviana. nu.20. quòd etiam inuectę & illatæ merces comprehendantur in obligatiōe generali tacita vel expreſſa taliter, quòd ipſæ vel loco illorum poſitæ ſi inueniantur in domo cōducta tempore ſolutionis, ſint obligatæ per. l. cùm tabernam. ff.de pigno. & ſic generaliter noſtra cōmunis ſit intelligenda, quòd in obligatione generali veniāt merces venales, quod aliàs ita tenuit ipſe Iaſ. ſibi contrarius in.l. qui Romæ. §. Calimachus. ff.de verbo. oblig. vbi magis cōmunem dicit, & ita eſt tenendum.

§. Nota omnia ſupradicta ad intellectum.l.5.tit.8.par.5.

8 Obligatio ad carceres, & renuntiatio ceſsioni bonorum non firmatur iuramento. Alci.in cap.cùm contingat.nu.69.de iureiuran.cōem dicit.

9 Obligatio naſcitur ante diem, quæ tacitè ineſt ratione loci, actio tamen non. Hiero. Cagno.in. l.in omnibus ff.de reg.iu.communem dicit.

10 Obligatio dandi eſt indiuidua.Cur. Iuni.con.74.communem dicit.

11 Obligatio ad dandum ex ſtipulatione viā, tenetur ſtipulari dationē & factum. Alci.in.l.2.§.1.nu.38.ff.de verb. obli.communem dicit.

12 Obligatio ad dādum aliquid in genere, præſtando partem, nō adimpletur, nec liberatur obligatus in totum, nec in illa parte. Obligatus tamen alternatiuè, dando partem, licèt in illa parte non liberetur, tamē ceſſat exercitium actionis in illa parte. Alci. ibi nu.55.communem dicit.

13 Amplia quòd intantum eſt vera, quòd creditor non compellitur recipere partem. Idem ibi. num. 10. ver. ſeptimò limita. cōmunē dicit, licèt ſibi non placeat in puncto iuris.

14 Fallit in pœna appoſita in obligatione dandi vel faciēdi, cùm factum eſt indiuiduum, quia nō tenetur niſi pro parte, pro qua non fuit completa, vel fuit contrauentum. Boe. deci.349.nu. 8.communem dicit.

15 Obligatio generalis omnium bonorum ſolùm comprehendit bona præſentia, non futura. Boe. deci. 20. num.2.communē dicit ex glo. in.l.fi. C.quæ.res pigno. oblig. & Bar. in.l.ſi ita.ff.de au. & arg.leg.

16 Obligatio ſtatim naſcitur, licèt executio ſuſpendatur, ſi aliquis promiſit aliquid præſtādum ſi moriar, vel quādo moriar, quia non dicitur obligatio conditionalis, & ſi ante mortem pręſtetur, nō competit repetitio, cùm ſit mera obligatio. gloſ.in.l.12. tit.11. par. 5.in verb.el dia. communem dicit ex Paul.de Caſtro.in.l.nam & ſi cùm maritum.ff.de condi.indeb. & Bal. in.l.1. ff.de condi.& demonſtra.

Nota quòd licèt obligatus ad tradēdum ſpeciem ex præſcriptis verbis, ſi res pereat medio tempore, ſit liberatus, nec poſsit conueniri ad rem tradendā, nec ad intereſſe, cùm non fuerit in mora, vel dolo, tamē tenetur ad condictionē ſine cauſa ex capite pœnitentię, vt ſi promiſi Stichum & des ſcyphum, ſi perimit Stichus, teneris ad tradendum ſcyphum. Berenga.in l.pacta.ff.de contra.empti.in fi. communem

munem dicit.fo.86.num.5.

17 Obligatus ad aliquid tradendum de his quæ conſiſtunt in pődere numero & menſura ſine præfinitione temporis, pretium rei conſideratur ſecundùm tempus interpellationis, etiam extra iudicium. gloſſ. in.l.8. titul. 1. part.5.in verbo,en juizio.cōmunē dicit.ex gloſſ.in.l. vinum. ff.ſi cer.peta.

* §.Contrarium eſt determinatum per dict.l.8.ibi,a la ſazon que ſelo demandare deſpues en juizio. Et de iure veriorem dicit Deci. in dict. l. vinum. Et mora non attenditur niſi à tempore litis conteſtatę, licèt dict. gloſſ. dicat dict. l. 8. ſupplendam per communem opinionem. de quo vi.Caſſa. in conſue. Burg. Rub. 4.§.23. in verbo. ſera ſoffiſament interpellen. per totum. vbi ponit reg. & 11. limitationes.& vi.Seg.& eius addi. in.l.ſi ex legati cauſa.ff.de verbo.obli. num. 163. Vnum tamen eſt contra gloſſ.in dict. l.8.quòd in.ll.partitarum ad inducendam moram, ſemper conſideratur petitio iudicialis, vt eſt in. l. 8. & in.l. 4.tit.3.ea.par.& in.l.9.tit.14.par.ea.& ſic eſt intelligenda. l. 18. tit.11.part. ea. Nec obſtat.l. 3. tit. 2. ea. part. quia illa lex loquitur, cùm dies certus eſt appoſitus, quia dies interpellat pro homine.l.15.tit.11.par.5.

18 Obligatus ad factum, liberatur præſtando intereſſe. glo. in.l.3.tit. 14.par. 5.in verb.pudieſſe hazer.cōmunē dicit ex Bart.& Iaſ.in.l.ſtipulationes nō diuiduntur. ff.de verb.obli.

* §.Contrarium diſponitur de iure regio per dict.l.3.& 35.tit.11.par.5.vbi diſponitur, quòd ſi poteſt adimplere factum, compellitur ad illud.

19 Limitatur communis, ſi aſtringitur ad factum medio iuramēto, compellitur ad illud pręſtandū,& non ſatisfacit cum intereſſe.Fortu.Garſia. in c.1. de pactis.num.16.in fi.cōem dicit.

20 Amplia iſtam limitationem ad obligatum ad ſcribendum librum, quia non ſatisfacit cum intereſſe, ſed præciſè compellitur ad factum Iaſ.in.l.ſtipulatio.§.habet.num.11.ff.de no.ope. nun.communem dicit,& reprehēdit Alex. dicentem cōmunē cōtrariam.

21 Nota, quòd obligatus ad factum, ex eadem tenetur ad intereſſe, & ex eadem poteſt conueniri. Iaſ.in.l. ſi quis promiſerit.num.3.ff.de re.iudi.communem dicit.

22 Obligatus ad dandum rem vel quātitatem reſpectu rei, perempta re, perimitur obligatio.Deci.in.l.quòd te. nu.6.ff.ſi cer.pe. & Couar. in cap.28. in quæſt.pra.nu.7.Nam quid attinet. communem dicit.Et nota iſtam communem ad obligatum alternatiuè, de quo in verbo.Debitor.nu.10.

23 Obligatus ſatiſdare, ſatisfacit dando fideiuſſorem, aut pignora.Hiero.Cagno. in.l.plus cautionis. ff. de reg.iu. communem dicit.

24 Obligatus ad dandum fideiuſſorē, non liberatur dando pignus. Idē ibi nu.4.communem dicit.

* §.Nota iſtam communem ad intellectū.l.2.tit.3.li.2.fo.ll.vbi diſponitur quòd ſi debitor in iudicio vocatus nō ſit idoneus in facultate, quòd debet præſtare fideiuſſorem, aliàs incarcera tur.

tur. Et ſic ex iſta communi &.l. colligitur, quòd non ſatisfacit dando pignus. Quod & facit ad intel. l.1. tit.5.li. 2.fo.ll. quę loquitur de petente ferias. & ad intel.l.17.tit.13.par.5.&.l.33.ti.18. par.3.&.l.7.tit.18.li.3.fo.ll. Sed tamen dic, quòd de iure regio ſatisfacit dando pignus, ſi nó habet fideiuſſorem, per. l. 7. tit.8.li.2.fo.ll. approbata opini. Bart.in.l. prætoriæ.ff. præto.ſtipu. de qua per Xuarez.in dict.l.2. tit.3.li. 2.fo.ll.num.10. Et nota de iſto fideiuſſore, qui pręſtandus eſt, ad hoc quòd reus liberetur à carcere, ſufficit, quòd ſit ſatiſdatio faciei. & ſic dictas.ll. intelligit Xuarez. num. 4. in fi. & quòd ſic obſeruatur.

25 Nota, quòd promittens ſe obligaturum ad decem, poteſt ſtatim conueniri vt dandum illa decem. Tho. Grāma.deci.103.nu.19. communem dicit ex Alex.in.l. cùm fundus. §. ſeruum tuum.ff.ſi cer.peta.

26 Obligatio, quæ re contrahitur, alteri per alterum acquiritur. Coua.in reſo.cap 14.li.1. reſo. nu.1. communem dicit ex.l.ea quæ ciuiliter.ff.de acqui. re.domi. Albe. Fulgo. Alex. & Iaſ.in l.certi cōdictio.§.ſi nūmos.ff.ſi cer.peta. & in.l.quotiens.C.de dona.

• §. Concor.cum.l.7.tit.4.par.5.

27 Nota, quòd licèt viuēte patre filius poſsit facere vt liberetur à creditoribus paternis, & valet talis liberatio quantum ad actum liberatorium, nō tamen quo ad actum obligatorium. Iaſ. in.l. iuris gentium. §. ſi ante additum. num. 3. ff. de pactis. communem dicit.

28 Obligati ſi ſint duo, vel tanquā correi fideiuſſores in ſolidum, ſi conueniatur vnus, ad quem nihil peruenit, poteſt petere, vt ſuo periculo & expēſis ille, ad quem res peruenit, conueniatur. Are.in.l.in duobus.§.vbi duo. in fi. ff. de reb. dubi. communem dicit ex Bart.ibi.per.l. vnde quęritur.ff. commoda. &.l. cùm plures. §. veſtimenta.ff.loca.

29 Obligata ſi ſint plura bona pro aliquo tributo vel penſione annua, ſi deueniant ad diuerſos, poteſt agi contra quemlibet in ſolidum pro tota pēſione. Coua.in reſo.li.3.capit.7.nu.7.ad fi.magis. communem dicit ex.l. Moſchis. & ibi gloſ. & Bart.ff. de iu.fiſci. & Corneo. con.135.vo.1. Quam ipſe intelligit, quando agitur ex hypotheca ordinaria, ſecus tamen ſi ex irregulari, quæ in conſtitutione annui reditus redemibilis tamen apponitur, ex Caſſane.in conſue.Burgun.rub.5.§.2. num.27.& Afflicto deci.26.quē vi.& Rupel.in.l.1.inſtitutio.forē.n.27.

30 Occidi poteſt fur pro defenſione rerum, quæ aliàs non poſſunt recuperari. Iaſ.in.l.vt vim. nu.25.ff. de iuſti: & iure. communem dicit. limitat tamē de iure poli in clerico, & in re parua.vi.l.3.tit.8.par.7.

31 Occidere licet offendētem patrem, filium, vxorem, aut conſanguineum, aut cognatum. Idem Iaſ.ibi. num.27. communem dicit.

32 Amplia ad extraneum, ſi aliàs vita eius aliter non poteſt ſaluari. Idem ibi num.29. communem dicit. Limita tamen quo ad incurrendam irregularitatem.

tatem.glo.fi.in in cle.1.de homi.

33 Officialis abſque peccato poteſt exequi ſententiam principis, qui abſque proceſſu mandat vt aliquis furca ſuſpendatur. Hiero. Cagno. in.l. velle. nu.15. ff.de reg. iu. communem dicit.

34 Officium iudicis non datur contra tertium bonæ fidei poſſeſſorem ignoranter ſuccedentem in rem affectam ex violentia. Cora. in.l. naturaliter.§. nihil commune. ver.explicitis. nu.53. de acqui.poſſe.ff.communem dicit.

35 Item etiam officium iudicis contra tertium ſuccedentem in rem violenter affectam non datur. Idem Cora. ibi. nu. 50. cõmunem dicit ex Panor. in cap.ſæpe. de reſtitu.ſpoli.

36 Officium iudicis nobilis procedit in criminalibus accuſatione propoſita etiam per partem. Cur.Iuni.in.l.imperium.num.60.ff. de iuriſ.omni.iudi.communem dicit.

37 Oratio particularis plus prodeſt, quàm generalis in remiſsionem peccatorum. Præpo. in cap. ſacroſanctã. 22.diſtin.poſt Panor.in cap.fraternitatis.de ſepul.communem dicit.

38 Ordinarius nõ poteſt deponere promotum à papa. Feli. in cap. per tuas. de maio.&obe.communem dicit.

39 Ordinarius delegat ea, quæ ſpecialiter competunt ei, ſi ſe abſentat, vel ſi eſt infirmus. Iaſ. in.l.quęcunq;. num. 77.ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ.&. Alci.in cap.quòd ſedem.de offi.ordi. nu.74.communem dicũt.vi.in verb. Delegatus.nu.39.cum ſequen.

40 Nota, quòd dicto ordinarij ſtatur dicentis, quòd delegat ex iuxta cauſa. Alci.ibi.num.17.no.2.cõmunẽ dicit.

41 Ordinarius poteſt dare ſuo delegato poteſtatem ſubdelegandi. Iaſ. in dict.l.quæcunq;.num. 16. & in.l.à iudice.num 8.de iudi.& Anto. de Tremo. in addi.ad Bona. in practi. exce. Rub.de impe.execu. nu.7. ver.merũ imperium.communem dicunt.

42 Amplia ad ordinarium minimum, qui poteſt delegare cum hac poteſtate.Maran.in ſpecu.aure.par.4. nu. 58. communem dicit ex gloſ. in cap.cui. de offi. deleg.li.6.

43 Ordinarius, cui commiſſa eſt cauſa vt procedat ſummariè & de plano, cẽſetur delegatus. Iaſ.in.l.hoc edicto.§. & poſt operis.num.4.de no.ope enũ. ff.communem dicit.

44 Amplia & ſi in commiſsione non ſit verbum, Delego, etiam ſi non alteret ſuam iuriſdictionem.Cur.Iuni. in.l.mandata.nu. 5. ff.de offi. eius cui man.eſt iu.communem dicit.

45 Nota, quòd ordinatus ad minores ordines debet degradari.Couar.in. c. quia nos. nu. 5. de teſta. communem dicit ex Anto.in cap.at ſi clerici. de iudi.& tex. in cap. clericus.de vi.& honeſta. cleri.& glo.communiter ibi recepta intelligitur, clericos in minoribus ordinibus cõſtitutos eſſe ſine gradu, id eſt ſine gradu ſacro.

46 Obreptio & taciturnitas vitiat diſpenſationem legitimationis.Cur.Iuni.con.83.nu.8.communem dicit.

47 Originem non denotat, ſi aliquis vocetur Hiſpanus, vel Lombardus. Boe. de.13.num.24.magis communẽ dicit. Si tamen dicatur Petrus de Anglia,

glia, vel de Hiſpania, denotat præſumi originem. vt notat Bart. in. l. 1. ff. ſolut. matri.

## P.

1 PACTVM de futura ſucceſsione non firmatur iuraméto. Guiller. Bene. in cap. Rainutius. in ver. duas habens filias. nu. 194. de teſta. Cur. Iuni. con. 25. nu. 7. communem dicit.

§. De iure regio per. 13. tit. 5. par. 5. diſponitur, quòd pactum de futura ſucceſsione generali valet, ſecus tamen de particulari, niſi de voluntate illius, de cuius hæreditate paciſcitur. Et no. quòd non ſolùm ſi agatur de ſucceſſione aliorum non valet pactum, ſed etiam ſi inter ſe duo paciſcantur de ſuccedendo ad inuicem per. l. 33. tit. 11. par. 5. niſi in caſu illius. l. quando ambo intrant in bello.

2 Amplia, quia nec ſtatuto, nec conſuetudine poteſt introduci. Idē Guiller. ibi. nu. 197. communem dicit.

3 Fallit in ſucceſsione de re certa, quia valet. Bello. con. 60. nu. 2. Iuni. conſi. 81. nu. 4. communem dicit.

4 Fallit ſecūdò in pacto de certa quota bonorum. Io. Duran. in arte teſtan. tit. 2. cau. 10. communem dicit.

5 Fallit tertiò in pacto de non ſuccedendo, quia bene firmatur iuraméto. Iaſ. in. l. pactū dotale. C. de colla. nu. 3. communem dicit. iuxta cap. quanuis pactum. de pactis. li. 6.

6 Amplia iſtam fallentiam in minore, maiore autem quatuordecim annorum. Coua. in dict. cap. quanuis pactum. par. 3. §. 1. nu. 3. communem dicit ex Pari. conſi. 26. num. 13. vo. 3. & Natan. in. c. quāuis pactū. limitat. 4.

7 Amplia ſecundò, etiam in filia ingrediente religionem, etiam ſi nō recipiat integram legitimam, dummodo competentem dotem tradendam monaſterio recipiat ipſa, vel monaſterium. Couar. ibi. §. 2. nu. 3. magis cōmunem dicit ex Bar. & Bal. in. l. vlti. C. de pactis. & Deci. con. 31. Cōſultiùs fit per patrem, ſi iſtud pactum iniatur cum monaſterio. vt notat Purpura. & Cagno. in dict. l. vlti.

§. Fallit quartò in pacto inito inter coniuges de ſucceſsione ad inuicem poſt annum contractus matrimonij, l. 9. tit. 6. li. 3. fo. ll. & l. 23. tit. 11. par. 4.

8 Pactum appoſitum in cōtractu matrimonij, quòd mulier ad alium locū nō ducatur, valet. Panor. in cap. 1. qui ma. accuſa. po. communem dicit.

9 Pactum de non alienando, ſeu prohibitio, non tollit alienationem, ſi nō interuenit ſpecialis hypo. Anto. de Fa. de pigno. par. 2. memb. 1. num. 4. communem dicit.

10 Pactum nō impedit tranſlationem dominij. Cur. Iuni. con. 174. num. 19. communem dicit.

11 Pactum appoſitum in emptione, quòd quandocunque pretium tradatur, teneatur emens reuendere, præſcribitur per triginta annos. Alci. in Rub. de præſ. num. 6. & Balbus de præſ. par. 4. par. 5. quæſt. 3. communem dicit.

§. Nota

§.Nota iſtam communem ad intellectum.l.42.tit.5.par.5.& vi.tres limitationes ad iſtam communem.

12 Nota, quòd iſtud pactum tranſit ad hæredes, etiam ſi de eis non fiat mentio.gloſ.in.l.42.tit.5.par.5 in verb.hæ rederos.communem dicit ex gloſ.in l.2.C.de pactis.per gloſſ. ibi. in verb. Quando quiera.Prima, quia ſi eſt appoſitus terminus triginta annorum, ille obſeruabitur ex Fabiano. de empti.& ven.quæſt.2.Secunda, ſi contractus eſt vſurarius ex Decio.in.l.petẽs C.de pactis. Tertia, ſi conueniatur inter partes, quòd præfixio termini nõ obſtet quouſque conueniantur de maiori termino dando, ex Caſtro. conſi. 11. vo.1.

13 Pactum, quòd debitor priùs mittatur in carcerem quàm fiat executio in bonis, non valet.Ripa.in.l.obligationi. num. 24. ff. de pigno. communem dicit.

14 Amplia ad pactum, quòd creditor poſsit detinere debitorem propria authoritate, quod non valet. Ripa.ibi. num.21.communem dicit.

15 Pactum, quòd donatio non reuocetur præ textu ingratitudinis, non valet. Anto. Rub. conſil. 114. communem dicit.

16 Fallit ſi firmetur iuramento. Idẽ ibi nu.31.communem dicit.

17 Pacto partiũ poteſt introduci, quòd actus non poſsit probari niſi per teſtes.Hippo.in Rub.de proba.nu.33. communem dicit.

18 Pactum ſi eſt appoſitum per monachum contra ſubſtantiam ordinis, valet profeſsio, & reijcitur pactum. Iaſ. in auth.Ingreſsi.n.317.C. de ſacroſan. eccle.communem dicit.

19 Pactum de non expellendo colonum eccleſiæ operatur, quòd nõ poſſit ſtatim expelli intra biennium. Iaſ. in.l.qui rem.nu.13. C.de ſacroſan.eccle.communem dicit.

20 Pactum & præſcriptio à pari procedunt.Balbus de præſ.in part.5.part.5. quæſt.6.communẽ dicit. & vi.in ver. Præſcriptio.num.544.

21 Pactum initum inter partes, quòd ſtetur iuramento alterius ſuper expenſis vel intereſſe, valet. Albe. in. l. iuſiurandum.num.1. ff.de iure iuran.communem dicit.

22 Pactum factum cõtra ſubſtantiam actus, etiam de conſenſu partium, nõ valet, & vitiat actum. Iaſ. in auth.Ingreſsi. num. 32. C. de ſacroſan. eccle. communem dicit.

23 Pactum dicitur in continenti appoſitum in contractu, quando apponitur antea quàm partes habeant contractum pro perfecto & abſoluto, & ſic donec contractus ambulat, & eſt in fieri.Iaſ.in.l. iuris gentium. §. quin immo. num. 23. ff. de pactis. communem dicit.

24 Pactum factum cum hęrede defuncti poſt aditam hæreditatem per maiorem partem creditorum, nõ nocet minori parti, ſecus tamen ſi ante aditam hæreditatem paciſcantur. Iaſ. in l.iuris gentium.§.hodie tamen. ff. de pac.in prin.communem dicit.

25 Amplia iſtam communem ad debitorem principalem, quia non præiudicat

dicat minori parti pactum initũ per maiorem partem creditorum. Iaſ. ibi. nu. 2. communem dicit.

§. De iure regio per. l. 5. & 6. tit. 15. part. 5. diſponitur contrarium tam in remittendo partem debiti, quàm in prorogãdo tempus ſolutionis. Et nota quòd abſentes ſunt vocandi ad remittendum vel ad concedendam dilationem. gloſſ. in. d. l. 6. communem dicit ex Bar. in. l. reſcriptũ. ff. de pactis.

26 Papa, vel Imperator ſi aliquid concedant, ſemper intelligitur ſine præiudicio alterius. Pe. de Ancha. in. c. dudum. nu. 10. de deci. cõmunem dicit.

27 Papa poteſt expedire ardua ſine cõſenſu Cardinalium. Barba. conſ. 1. vo. 1. col. 3. communem dicit.

28 Papa non inuoluitur crimine ſymoniæ. Feli. in. c. ex parte. nu. 2. de offi. de le. communem dicit.

29 Papa de plenitudine poteſtatis pôt committere cauſam ſuſpecto ſine facultate recuſandi. Panormita. in cap. ad hæc. in fi. de reſ. communem dicit & Feli. in cap. cùm inter. de excepti. licèt Panormi. ibi videatur inclinare in partem contrariam. & vi. addi. Lanfran. de Ori. in cap. quoniam contra falſam. de proba. c. 3. de recuſa. nu. 14.

30 Amplia, quia poteſt committere cauſam appellationis iudici à quo eſt appellatum. Anto. de Tremo. in addi. ad Bona. in practi. excepti. in rub. quæ contra reſcriptum. num. 8. in verbo, libellum. communem dicit.

31 Papa poteſt dare poteſtatem teſtandi de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis per clericum. Deci. conſ. 157. Ioan. Duran. in arte teſtan. ti. 3. cau. 3. nu. 1. communem dicit.

32 Papa poteſt diſpenſare contra ius humanum, etiam per concilium generale pronunciatum. Couarruui. in epi. 4. cap. 6. §. 9. nume. 6. communem dicit ex gloſ. in cap. propoſuit. de conce. præben.

33 Papa poteſt diſpenſare in matrimonio nondum carnali copula conſummato. Couar. in epi. 4. c. 7. §. 4. num. 13. communem dicit ſecundum canoniſtas. Theologi autem tenent contrarium, immo ꝙ non poteſt diſpenſare, & dicit cõmunem theologorum. nu. 14. & ipſe reſidet cum iſta vltima communi, quippe quæ fuit opinio Panor. in. c. ex publico. de conuer. coniuga. Cur. Iuni. in conſ. 170. nu. 1. dicit, quòd ex cauſa poteſt diſpenſare, ſine cauſa autem non. & dicit communem. & cum hac poſſunt concordari opiniones contrariæ. & hanc etiam dicit cõmunem Gozad. conſil. 2. nu. 4. & vi. eundem in num. 14. vbi dicit, ꝙ de poteſtate abſoluta ſine cauſa de voluntate amborum coniugum poteſt diſpẽſare, de ordinaria tamẽ requiritur cauſa. Quod nota.

34 Papa pôt diſpẽſare cũ monacho in voto cõtinentiæ. Coua. in. c. 2. de teſta. nu. 10. communem dicit ex Io. An. & Abba. in. c. monaſterium. de ſta. mona. cum maxima tamen cauſa.

35 Item cum exiſtẽti in ordine ſacro vt contrahat matrimonium, non poteſt niſi cũ maxima cauſa. Hiero. Cagno. in. l. actus legitimi. nu. 8. ff. de reg. iur. communem dicit.

36 Papa poteſt dare poteſtatem excõmunicandi laico de pleni. poteſta. Bero. q. 7. nu. 3. communem dicit. ex glo. in c. cauſam. de præſ. §. verum. diſtin. 32. in verbo, duabus. vbi conclu dit papam poſſe committere laico omnia ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non tamen ordinis. quem vide.

37 Participans in crimine criminoſo cum excommunicato, eſt excommunicatus ex ſentẽtia canonis. Car. in c. nuper. de ſenten. excommu. communem dicit.

38 Pater etiam per iudicem ſecularem poteſt compelli præſtare alimenta filio ſpurio. Alci. in rub. de verb. oblig. ff. num. 12. communem dicit ex Soci. conſ. 161. Et ſic errat Aretinus in conſ. 48. vbi vult glo. in c. cùm haberet. de eo qui du. in ma. quẽ pollu. per adul. ſolùm excitaſſe iudicem eccleſiaſticũ. Et nota dictum ſatis notabile Bal. in auth. Niſi rogati. q̃ filius ſpiritualis ex baptiſmo poteſt compellere in ſubſidium patrem ſpiritualem ad alẽdũ. C. ad Trebelli.

• §. De iure regio põt pater filio ſpurio etiam ſtãtibus liberis legitimis donare vel legare quintum bonorum. per. l. 9. Tau.

39 Fallit, ſi filius poteſt aliunde alimenta comparare. Cur. Iuni. conſ. 148. nu. 1. communem dicit.

• §. Concor. cum. l. 6. tit. 19. par. 4.

40 Pater, qui emancipauit filium, tenetur præſtare dotem ipſi filio, cùm ex emancipatione conſtituatur in ſuã libertate. Boe. decis. 95. num. 5. cõem dicit ex Bal. Io. de Imol. Paul. & Alex. in l. cùm dotem. §. tranſgrediatur. & §. ſin autem. ff. ſolu. matri.

41 Pater poteſt prohibere filio alienare legitimam vſq; ad certã ætatem. Boe. deciſ. 87. num. 6. communem dicit.

• §. Nota iſtam communem ad notata per docto. in l. 27. Tau. vbi omnes concludunt, patrem non poſſe imponere grauamen aliquod in legitima. & Boe. in deciſ. 87.

42 Pater habens iuriſdictionem mixtã cum alijs rebus diuidẽdis inter filios, poteſt eligere vnum ad iuriſdictionẽ exercendam. Ioan. Duran. in arte teſtan. tit. 1. cau. 8. nu. 1. cõmunem dicit.

43 Pater poteſt relinquere filiæ pro dote vel ſua legitima certam rem, & valet teſtamentum. Alexã. & Deci. in l. humanitatis. C. de impub. & ali. ſubſti. & Io. Duran. in arte teſta. tit. 5. cau. 20. communem dicit.

44 Nota, q̃ ſufficit patri inſtituere filiæ in ſola dote. Gui. Bene. in rep. c. Rainutius. in verb. Altherochæ filiæ, nu. 11. de teſta. communem dicit.

45 Pater poteſt adire hæreditatem filiofamilias inſtituto repudiante. Anto. de Tremo. in addi. ad Bona. in practi. exceptio. in rub. qui mo. nume. 18. ver. pro mortuis reputatur. communem dicit.

46 Pater non poteſt tollere ex ſuã ſtipulatione ius quæſitum filio, nec minuere. Iaſ. conſil. 113. volu. 1. Ioan. Duran. tit. 1. cau. 8. nume. 2. communem dicit.

47 Amplia, quia pater non poteſt repudiare bonorum poſſeſsionem delatam filio, non ſolùm in aduentitijs,

ſed nec & in profectitijs.Iaſ.in.l.emã cipatas.num.1.C.de repu.bono. poſſe.communem dicit.

48 Pater in codicillo non poteſt directam pupillarem facere,ſed per fideicommiſſum ſubſtituere poteſt, & ſui hæredes poſſunt deducere legitimã, niſi eis rogetur vt reſtituant. Iaſ. in.l. ex tribus. C.de innoffi. teſtamen.Ioã. Duran.tit.5.cau.34. & in dubio videtur inductum fideicommiſſum non filijs,ſed hæredibus.Iaſ.conſ.99.vo.2. communem dicit.

49 Nota,quòd pater non poteſt grauare impuberem per fideicommiſſum, quod poteſt facere in perſonam ſubſtituti pupillaris. Iaſ. in.l. arrogator. nu.31.ff. de adopti.communem dicit.

50 Pater nõ poteſt eligere ſepulturam filio impuberi. Guiller. Bene.in repe. c.Rainutius.verſi. abſq; liberis moreretur.el.2.§. ſecunda ſubſtitutio. nu.3. communem dicit.

51 Pater habens adminiſtrationem bonorum filij tanquam tutor, non poteſt conſtituere procuratorem in iudicio poſt litem cõteſtatam per filium. Iaſ.in.l.præſes.C.de tranſact.nume.3. communem dicit ex Bald.in.l.1.C.de bon.mater.

52 Pater cenſetur ſtipulari filijs vt hæredibus in dubio. Alcia. de præſump. re.3.præ.32.nu.7.communem dicit.

53 Pater ex ſimplici conſenſu præſtito filio aliquid agenti non obligatur. Are.conſ.92.num.1. communem dicit ex.l.Lucius Titius.Gaius Seius.& ibi Bar.ff.de admi.tuto.

54 Pater fideiubens pro filio, non habet beneficium excuſsionis. Pyrrhus in.l.1.de decuri.lib.10.communem dicit ex Boe.deciſ.221.nu.6.

55 Pater non acquirit vſufructum bonorum filij clerici,ſed integer proprietati adhæret, ſiue ſint bona quęſita intuitu militiæ clericalis,ſiue ex alio titulo.Couar.in.c.quia nos.num.2.de teſta. cõmunem dicit ex Roderi. Xuarez in.q.maiora.col.1.fo.vlt. poſt Pau. de Caſtro in.l.ſacroſanctæ. C. de epiſco. & cleri. & Io. Lupus in rub.de dona.inter vi. & vxo.§.42.nu.7.

56 Pater obligatur naturaliter in donatione facta per eum filio.Ioan.Coraſ. in.l.frater à fratre.§.quæſitum.nume. 46.ff.de condi.inde.communẽ dicit.

57 Pater ex mutuo filij acquirit obligationem naturalem.Ioã.Coraſ.ibi.nume.28. & non acquiritur filio. nu. 37. communem dicit.

58 Pater ſi ingrediatur monaſterium, filij efficiuntur ſui iuris. Iaſ. in.l. patre furioſo.nu.45.ff.de his qui ſunt ſui vel ali.communem dicit.

59 Pater qui adulteros poteſt occidere, poteſt committere filio.Couar. in epi.4.c.7.§.7. nu.5. communem dicit ex Tiraquel. de reuo. dona. C. in.l. ſi vnquam. in prin.nu.16.

60 Pater diſsipans bona anteaquam ei interdicatur adminiſtratio, põt ſubſtituere filio. Iaſ. in. l. is cui bonis. ff. de verbo.obliga.magis communem dicit ex Segu.in.l.imperator.nume.110. ff.ad Trebellia.

• §.De iure regio poteſt etiam facere teſtamentum.l.13.ti.1.par.6.

61 Pater filio non acceptante hæreditatem

 tatem

tatem adeundo excludit ſubſtitutum vulgarem.Iaſ.in.l.cùm proponas.nu. 12.C.de hære.inſti.cõmunem dicit.& Ripa in.l. hæredes.nume.141.ff. de libe.& poſthu.

62 Limita in filio non contemplatione patris inſtituto, vt in inſtitutione matris,ſi eſt ſubſtitutus alius coniunctus. Iaſ. ibi nu.15. communem dicit.

63 Pater adminiſtrator bonorum filij poteſt alienare immobilia ſine decreto iudicis,etiam ſi filius ſit minor, cuius bona minimè poſſunt alienari ſine decreto. Iaſ. in.l. præſens. de tranſa. nume.5. communem dicit. quam communem Couarru.in lib.1.reſolu. cap.8. refert ad neceſſariam alienationem,non autem ad voluntariam, voluntariá autem alienatio non valet, vt patet in.l. vlti.§. non autem licentia.& ibi gloſſ.C.de bo.quæ libe.& filius poteſt vendicare rem alienatam, etiam ſi pater ſit diues, vt habetur in l.1.C.de bo.mater.

• §.Contrarium diſponitur per.l.24. tit.13. par.5. vbi priùs bonorum patris excuſsio debet fieri, vt hypothecaria competat cõtra tertium poſſeſſorem in alienatione bonorum aduentitiorum filij,in quibus pater habet vſufructum, & eſt legitimus adminiſtrator.

64 Patris priuilegium habentis duodecim filios durat,etiam ſi filij moriantur. Alcia. in tracta.de præſum.reg.2. præſ.21.communem dicit.

65 Patria poteſtas non diſſoluitur per ordinem ſacrum, niſi ſit ordo epiſcopalis.Iaſ.in.l.patre furioſo.num.50.ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iu.communem dicit.

• Concordat cum.l.14. tit.19. part.4. Et plus dicit, quòd epiſcopus per ſolam electionem liberatur à patria poteſtate.

66 Reſtringe iſtam communem ad damnum clerici, ſecus ad eius commodum, quia bene liberatur à patria poteſtate per ſacrum ordinem.Coua. in.c.quia nos.de teſta. num.5. cõmunem dicit ex Alex. in.l. ſub conditione.ff.de libe.& poſth.

67 Patria poteſtas non perditur per expoſitionem factam de filio. Anto. de Tremol, in additio. ad Bona. in practi.excepti.in rubri.qui. mo. num.13. in verb.lex ſecunda.licèt ita communem dicit.

68 Patronus vendens ius patronatus, & emens perdunt illud. Præpo.in. c. qui ſtudet.1. quæſtio.1. communem dicit.& cui acquiratur, vi. in compendio meo de iure patrõ.§.11.nume.1.& 2. &.3.

69 Pauper quis ſit,relinquitur arbitrio iudicis, conſiderata qualitate perſonarum.Bello. conſil.16. communem dicit ex Deci.conſ.120.

• §. De iure regio per. l. 55. in curijs de anno.1558. approbatur iſta communis ad hoc quòd aliquis dicatur pauper, vt audiatur ſine expenſis litis. Sed ad hoc quòd appellans reſtituatur ex eo quia intra tempus appellationis non appellauit, dicitur pauper,quãdo in bonis non habet viginti morabetinos.l.20.ti.23.par.3.

70 Nota,ꝙ paupertas probatur eo ipſo quòd aliquis aſſerit in bonis Titij, nõ

ſunt

ſunt alia bona præter iſta, & dicenti alia bona, incumbit onus probandi. Coua. in c. 6. num. 3. li. 2. reſolu. communem dicit ex Bart. & Angel. in l. 1. §. ſi vſufructus. ff. ad leg. falcid. ex gloſſ. in l. cùm de lege. ff. de proba. quam intellige vt in verb. Inuentarium. num. 138.

71 Pauperi per iudicem de publico administrandæ ſunt expenſæ. Afflict. in conſue. Sicili. in l. p. de dan. aduoca. in l. præſenti. num. 6. communem dicit ex. l. 1. §. ait prætor. ff. de poſtulan. Contrariam, immo quòd de ſuis teneatur iudex conſulere pauperi, communem dicit ex canoniſtis in cap. ſi qui teſtium. de teſti. Sed prima eſt cómunior, quia eam ſequitur Areti. & Felin.

§. De iure regio in expenſis remittendis vi. l. 2. tit. 17. lib. 8. ordina. vbi diſponitur, quòd ſi delinquens eſt diues ſuis expẽſis, aliàs expenſis alterius partis debet defendi. ſi tamen ambo ſunt pauperes, expenſis iudicis qui habet carceratum. & vi. Aufreri. in addi. ad q. Tholo. deciſ. 100.

72 Pax prodeſt abſenti etiam in foro iudiciali. Areti. in l. ſtipulationum. §. Cato. in fi. ff. de verborum obligatio. communem dicit.

73 Peccatum detectum in confeſsione de licentia pœnitentis, poteſt publicari, etiam ſi poſt confeſsionem non ſit ratificatum. Feli. in c. Matthæus. de ſimo. communem dicit.

74 Pecunia ſimpliciter tradita præſumitur mutuata. Alexã. in l. cùm quid. ff. ſi cer. peta. communem dicit.

75 Pecuniam ſolus princeps mutat ſine conſenſu populi. Boe. Deciſ. 27. nu. 7. communem dicit.

76 Pœna quæ debetur ratione delicti commiſsi, pertinet ad primum iudicem, ſeu firmianum, non autem ad ſucceſſorem. Boe. deciſ. 5. nu. 2. communem dicit. quam Petrus Nuni. de Auenda. in cap. 7. nu. 6. de exequen. mand. reg. ad decimã debitam algazelo vel executore extẽdit. quẽ vide.

77 Pœna appoſita in contractu promiſsionis facti exigitur. Alexan. cõſi. 76. num. 14. volum. 5. magis communem dicit. Et nota, quòd quando dationi quantitatis apponitur pœna, præſumitur in fraudem vſurarum. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. peta. quando verò apponitur ſuper promiſsione facti, ſeu dandi, nulla præcedente quantitatis obligatione per prius poteſt exigi, & non præſumitur in fraudem vſurarum appoſita, etiam ſi excedat intereſſe, & non requiritur alia probatio. Tho. Gramma. in deciſ. 58. nu. 6. communem dicit ex Panormi. in c. dilecti. §. ſexta. de arbi. Alexand. in l. ſtipulationum. §. ſortem. num. 6. ff. de verbo. obliga.

§. De iure regio per. l. fi. tit. 11. part. 5. etiã ſi apponatur pœna dationi quantitatis, non præſumitur in fraudem vſuræ, niſi in homine ſolito fœnerari. Approbata opini. Innocen. in cap. ſuam. de pœnis. & glo. in l. ſi pœnam. ff. de vſu. & in l. vtrum. ff. de peti. hære. & gloſ. in cap. illo vos. de pigno. & Archi. in c. cùm deuotiſsimã. 12. q. 2. & Bart. in l. cùm ſtipulati ſumus.

mus.ff.de verborum obligatio.

78 Pœna appoſita ex diſpoſitione hominis, non acquiritur illi, cuius contẽplatione apponitur, ſed venientibus ab inteſtato. Ioan. Nico. in. l. generaliter. num. 48. C. de ſecun. nupti. cõmunem dicit.

79 Pœna à lege vel canone irrogata, ipſo iure afficit, ꝙ poſt mortem hæredes tenentur ad illam ſoluendam, & poſſunt conueniri. Couar. in epi. 4. c. 6. §. 8. communem dicit.

80 Amplia ad fructus rei, quæ ipſo iure perditur à die cõmiſsi delicti. Idem ibi. nu. 7. communem dicit.

81 Limita quo ad forum conſcientiæ, in quo de his pœnis non curatur, niſi petantur. Idem ibi. num. 10. communem dicit.

82 Amplia iſtam limitationem ad dãnum ad quod quis tenetur ex culpa leui vel leuiſsima, quia in foro conſcientiæ non tenetur. Idem ibi. nu. 12. communem dicit.

83 Reſtringe iſtam ampliationẽ, quando culpa eſt in faciendo. Idem ibi. nu. 13. communem dicit ex glo. in. l. Cornelia. ff. ad Syle. & in. l. ſi mora. ff. ſolu. matrimo.

84 Pœna inceſtarum nuptiarum non incurritur, cùm inducuntur ad contrahendum ignorantia facti. Bal. nouel. de dote. part. 1. col. 8. communem dicit. quem refert Couarru. in epi. 4. c. 6. §. 8. num. 22.

85 Pœna ſi imponitur in actu, qui eſt contra legem, nec actus, nec pœna valet. Coua. in. c. quanuis pactum. de pact. in. 6. part. 2. §. 4. nu. 4. communẽ dicit ex Iaſ. in. l. impoſsibilis. col. vlti. ff. de verbo. obligatio.

86 Pœna autem ſi ponatur in actu, qui eſt præter legem, valet. Iaſ. in. l. non dubium. nume. 59. ff. de leg. communem dicit.

87 Pœna ſi apponatur in matrimonio à conſanguineis, vel amicis, non valet: ſecus tamẽ ſi ab extraneis. Panor. in. c. gemma. de ſpon. & Iaſ. in. l. Titia nu. 11. ff. de verb. obli. cõmunem dicit.

88 Amplia & ſi pœna ſit paruæ quantitatis. gloſſ. in. l. 39. in verbo, la pena. ti. 11. par. 5. communem dicit ex doct. in. d. c. gemma. & docto. in. d. l. Titia.

* §. De iure regio per. l. 39. tit. 11. par. 5. videtur approbata opinio Hoſtienſ. in dict. cap. gemma. vbi dicit, quòd ſi omnino extranei promittant nomine mulieris ſub pœna, tamen nomine ſuo, quòd non valet promiſsio. Secus tamen ſi omnino extranei intra ſe promittant quòd matrimonium fiat inter aliquos, ex quo nulla cohertio poteſt interuenire contrahentibus, quòd valet. Gloſſ. autem in dict. l. 39. dicit, quòd non auderet recedere à communi, quæ indiſtinctè loquitur. Ego autem ſequerer opinionem Hoſtien. & legis, ſi quantacunq; intimidatio matrimonij præſumeretur interuenire ex cõuentione extraneorum, cùm maxima libertas in matrimonio deſideretur, vt in dict. c. gemma. Arrha autem poteſt præſtari. l. 1. tit. 11. par. 4. quando arrha ab altero tãtùm præſtatur. Iaſ. in. l. Titio. ff. de verbo. obligatio. num. 29. ſecus tamen ſi adiuicem fit confeſsio arrharum. vbi

dicit

dicit communem, licèt non placeat Couarruui.in epi.4.c.3.§.7.num.7.& vi.in dict.l.39.

89 Nota, quòd licèt poſsit præſtari arrha in contractu matrimonij, arrha actualiter eſt tradenda ad hoc quòd valeat. Iaſ.in.l. Titia. nume.25. ff. de verborum obligatio. communem dicit ex Bar.ibi.

90 Nota, quòd licèt appoſitio pœnæ in matrimonio non valeat, tamen bene poteſt inuitari ad matrimonium contrahendum ſpe lucri. Iaſ.in dict.l. Titia.nume.10. communem dicit ex gloſſ.ibi. & Antoni. de Butri. in dict. cap.gemma.

91 Nota, quòd licèt pœna appoſita ab extraneo de contrahendo matrimonio per Titium cùm Berta valeat, tamen ſi promittens facit quicquid in ſe fuerit vt matrimonium contrahatur, liberatur à pœna. Iaſ.in dict.l.Titia.num.13.ff.de verbo.obligatio. cōmunem dicit ex Areti.in.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.poſſum. ff.eo. licèt Are. & Iaſ.cum ea non tranſeat.

92 Pœna, quæ imponitur per ſtatutum filijs contrahentibus matrimonium ſine licentia parentum, reijcitur, & valet matrimonium, & non ſtatutum. Deci.in.l. nuptias. ff. de ritu nup.communem dicit num.8. cōtra Bart. in.l. adijcimus. de murileg. lib.11.C.

93 Nota, quòd iudex poteſt in quocunq; delicto alterare pœnam. Fran. de Aret. in.c.at ſi clerici.§. de adulte. num.9. de iudi. communem dicit ex cap. de cauſis. de offic. deleg. &.l. quid ergo.§.pœna grauior. ff. de his qui notan. infa. &.l. hodie. ff. de pœnis. Sed cōtra iſtam communem eſt, quòd epiſcopus in criminibus maioribus adulterio non diſpenſat, niſi inueniatur conceſſum, quod commune eſt, vt per Are.ibi. Sed pro concordia dicit, quòd prima communis regulariter eſt vera de iure ciuili. De iure autem canonico ſi agatur per viam accuſationis, iudex in delictis grauioribus adulterio non poteſt pœnam à canone impoſitam alterare. Si tamen proceditur per inquiſitionem, in quocunq; crimine poteſt alterare, augere, vel minuere pœnam. Et ſic ſunt intelligendi.§.de adulterijs. & c. inquiſitioni de accuſa. Quod nota.

94 Amplia iſtam communem ad pœnam inflictam per ſtatutum, quam iudex poteſt ex cauſa minuere & augere. Tiraquel. de pœnis tempe. in præfatione.nume.22. magis commūnem dicit, contra Bald. in.l. C. ſi aduerſus delictum. & in.l.cum qui.in ſi.ff. de fur. vbi vi. plu. ad hanc communem.

95 Percutiens aliquem, ſi conſtat vulnus eſſe lethale, etiam ſi ab alijs ſit poſtea exanimatus, tenetur de occiſo: ſi tamen non conſtat, ſed eſt incertum an ſit lethale nec ne, tenetur de percuſsione. Couarru.in repe. clemen.1. de homi. part.2.§.2. num.4. communē dicit ex Iaſ.in.l.ſi ab hoſtibus.nu.9. ff.ſolu.matrimo.

96 Fallit ad incurrendam irregularitatē, quòd ſiue ſit certū vulnus eſſe lethale, ſiue incertum, licèt ab alio exanimetur,

 tur,

tur, percutiens efficitur irregularis. Idem ibi cõmunem dicit ex.c.ſignificaſti.& ibi.glo.de homi.

97 Nota, ꝙ ſi plures conſtat acceſsiſſe ad occidendum, & in mortuo vnum ſolum vulnus inuenitur, nullus punitur ordinaria pœna, ſed extraordinaria pœna ſunt puniendi. Idem ibi.cõclu.5.communem dicit ex Anania in c.ſignificaſti.nu.24.de homi.

• §.De hac communi vi.l.57.ſtili.diſtinguentem plures caſus in hac re.

98 Periculum rei venditæ, quæ conſiſtit in pondere vel menſura, ſub conditione, quòd menſuretur, ſpectat ad venditorem ante menſuram. Cur.Iuni.conſ.74.nu.17. communem dicit.

• §.Concordat cum.l.24.ti.5.par.5.& vi.Matth.de Affli.deci.399.& Coua. in.q.practi.q.3.nu.6.

99 Amplia iſtam communem ad venditionẽ rei immobilis factam ad mẽſuram, quia non eſt perfecta venditio ante menſuram. Coua.ibi.nu.6.communem dicit ex Bart.in.l. ſi in venditione.§.1.ff.de pe. & commodo rei ven. ad hoc, quòd non dicatur tranſlatum dominium vel periculum. ſecus tamen ad effectum, vt non ſit locus pœnitentiæ, vt ipſemet notat ex Pau.Pari.conſ.59.

100 Permutatio eſt contractus innominatus. Berenga. in repe.l. pacta.ff. de emptio.& venditio.par.9.nu.7.communem dicit ex gloſſ. in rubri.C. de re.permu.

101 Nota, ꝙ ex eo permutatio eſt contractus innominatus, quia non habet nomen ex parte vtriuſq; contrahentis. & hanc rationem dicit communem Iaſ.in.l.iuriſgentium.num.7.ff. de pactis.

102 Permutatio vel venditio perpenditur ex maioritate pretij, vel rei, nam ſi res pluris ęſtimationis ſit, quàm pecunia, quæ adiungitur, erit permutatio, ſin autem pecunia cenſetur venditio. Coua.in reſo.li.2.c.4.n.9.cõem dicit.

* §.Concor.cum.l.2.tit.16.par.5.

103 Permutatio beneficij, quod eſt de iure patronatus, ſi fiat irrequiſitis patronis, non eſt ipſo iure nulla. Roch. de iure patro. in verb. honorificum. nu.8.q.3.communem dicit.quam intellige vt habes in meo compẽdio de iure patronatus.§.14.nu.14.

104 Permutatio plurium beneficiorũ, quæ obtinentur de iure communi poteſt fieri cum vno beneficio. Ioan.Nicola.Delphina.de iu.patro. par.2.nu. 164.communem dicit ex Ioan.And. Panormita.& Feli.in.c. cùm venerabilis. de excep.& Fede.in tracta. permuta.q.12.

105 Nota, ꝙ renuntiatio cauſa permutationis, & collatio beneficij permutati debet fieri corã epiſcopo, & inferior prælatus eum non poteſt admittere. Idem nu.139.communem dicit ex gl. in cle.vni.de re.permu.& Hoſtien.in ſum.eo.ti.quod procedit de iure communi. Secus tamen ſi ſit præſcriptum. vt per eum ibi.quem vide.

106 Periurus nõ eſt priuatus beneficio, ſed venit priuãdus. Ripa in.c.2.de reſ. nu.73.communem dicit.

107 Periurus ſi inſtituatur, non valet inſtitutio ipſo iure, quia eſt infamis ipſo

iure

iure. Lāb. de iu. patro. par. 1. li. 2. quæſt. 9. ar. 15. communem dicit. vt ſi eſt periurus quia contrauenit cōtractui per eum iurato, vt vbi per eum, vbi etiam dicit communem.

108 Perſonæ digniores quæ dicantur, relinquitur arbitrio iudicis. Deci. in cap. ſedes. nu. 7. de reſ. cōmunē dicit.

109 Petitorium & poſſeſſorium adipiſcendæ poſſunt cumulari. Io. Cora. in l. naturaliter. §. nihil. commune. verb. explicitis. nu. 19. regula. 11. ff. de acqui. poſſe. communem dicit.

110 Nota, quòd poſſeſſoria omnia concurrunt cum petitorio, excepto poſſeſſorio retinendæ ratione contrarietatis. Iaſ. in dict. §. nihil cōmune. nu. 97. communem dicit. & Io. à Ripa. li. 1. de reſ. cap. 7. nu. 2.

111 Fallit, ſi intentetur poſſeſſorium retinēdæ reſpectu diuerſæ poſſeſsionis. Iaſ. ibi. nu. 98. communem dicit, vbi vi. diſtinctionem & intellectum.

112 Petitorium quādo propoſitum eſt ab vno, & poſſeſſorium ab alio, quodcunq; ſit poſſeſſorium, de eo priùs eſt cognoſcendum. Ludo. de Goza. con. 10. nu. 17. communem dicit ex Bar. in dict. §. nihil cōmune. cōbinatione. 6.

113 Fallit in poſſeſſorio difficilis recuperationis, vt in fortalitijs, quando litigantes ſunt diuerſæ iuriſdictionis, quia tunc poſſeſſoriū à petitorio non diuiditur. Goza. ibi. nu. 42. in reſpon. ad decimum, communem dicit, ſic limitās dict. Bar. in. l. 2. C. de diui. Adri. edicto tollen.

114 Petitorium poteſt ſuſpēdere actor intentans poſſeſſorium poſt litem cōteſtatam. Io. de Ripa in dict. §. nihil commune. num. 161. communem dicit, ex tex. in cle. 1. de cau. poſſeſ. et proprieta. Contrariam, immo quòd non poſsit, tenent legiſtæ. vt per Alexā. in dict. §. nihil commune. num. 8. & Iaſ. num. 137. vbi communem dicunt, ac dicunt priorem procedere in beneficialibus, ſecundam in alijs cauſis. Coua. in reſo. li. 1. c. 16. nititur diſtinguere. Aut eſt ortum poſſeſſorium poſt litem conteſtatam, & procedit prior, Aut ante litem cōteſtatam, & habet locum ſecunda. Cora. autem in dict. §. nihil commune. num. 32. dicit communem eſſe opinionē, quòd per poſſeſſorium de nouo ortum poſt litem conteſtatam non ſuſpenditur petitorium, ſed in vtroq; proceditur. Otalora autem in tracta. de nobilitate Hiſpani. par. 3. cap. 5. col. 3. ex mente Ripæ in dict. §. nihil commune. nu. 154. & Iaſ. poſt Alex. in. l. 1. de Carbo. edi. dicit magis communem, quòd poſſeſſorium non ſuſpēdit petitorium poſt litem conteſtatam, niſi in odium ſpoliatoris, quia contra eum ſuſpenditur, licèt non contra alium. quod nota.

* §. Nota iſtam communem ad intellectum. l. 5. tit. 10. & l. 28. ti. 2. par. 3. & l. 18. tit. 2. par. 7. & l. 3. tit. 10. li. 2. fo. ll.

115 Populi etiam ſubditi alterius imperio poſſunt facere ſtatuta. Alci. in cap. quod ſedem. num. 59. de offi. ordina. communem dicit.

116 Pignus datum in ſolutum à iudice creditori, cenſetur datum pro toto credito, & ſi quid minus valeat, cùm datur ſimpliciter creditore non contra-

 dicente.

dicēte. Anto.de Fano. de pigno.in.2. par.3.par.nu.36.mem.2.cōem dicit.

117 Pignus ſi detur pro tanto pretio; quod non ſit ſpes luitionis, potiùs dicitur alienatio, quàm pignoratio. Soci.in.l.1.§.per ſeruum.ff.de acqui. poſſeſ.communem dicit.quam refert Fanus.in.3.par.mem.1.num.20.

118 Pignus licèt ſolo conſenſu videatur remiſſum quando nō eſt ſequuta traditio, tamen ſi ſit traditum, ſolo conſenſu abſque traditione non remittitur. Idem Fanus.in.6.par. mem.3.nu. 35.communem dicit.

119 Pignus conuentionale non poteſt vendi niſi poſt biennium à tempore moræ. Iaſ.in.l.debitoribus.num.4.ff. de re iudi.communem dicit.

120 Nota, quòd ſi detur in pignus res aliena, cùm dominus habeat electionem vel rem pignoratam recuperare à creditore, vel petere pignus à debitore, ſi petijt pignus à creditore, videtur approbare pignus, & ſi nō proteſtetur, non poteſt agere contra creditorem. gloſ.in.l.9.tit.13.par.5.in verbi el ſeñor lo cōſintieſſe. cōmunē dicit ex gloſ.in.l.ex præſentium.de pigno.

* §.Concor.cum dict.l.9.

121 Nota, quòd ſi creditori detur facultas alienandi pignus, ſi vendat ſine denuntiatione, valet, licèt detur actio contra vendentem debitori. gloſ. in l.42.tit.13.par.5. communem dicit ex Cino. Albe.& Bal. in.l.creditor.ff.de diſtra.pigno.

* §.Contrariū innuitur per.l.41.&.48. tit.13.par.5. quòd non valet venditio.

122 Pignus captum pro executione, debet vendi poſt duos menſes computandos poſt quatuor menſes, qui dantur condemnatis ad ſoluendum. Iaſ. in.l.à diuo Pio.§.in venditione.nu.15. de re iudi.ff.communem dicit.

123 Pignoratus equus præſumitur ſumptibus creditoris alimentandus. Alci. de præſum.re.1.præſum. 50.in fi.communem dicit.

124 Poſſeſsio eſt duplex, ciuilis ac naturalis. Anto.Nice.in concor. gloſ.concor.69.& Cora.in.§.nihil commune. nu.6.ff. de acqui. poſſe. & Ripa in.l.1. nu.28.ff.de acqui.poſſe.cōmunē dicit Contrariā, immo quòd ſit vna tātùm diuerſos effectus dicit. Collecta.in.c. cū dilectus.de cauſ. poſſe. & proprie. nu.6.de quibus per Dida.Perez.in.l.1. ti.13.li.3.ordi.col.1125.ſed tene priniā, quia magis communis eſt.

125 Poſſeſsio ciuilis eſt ius inſiſtēdi rei nō prohibitę poſsideri apū producere ciuiles effectus. Cu.Iu.cō.127.n.2.cōem dicit.& Coua.in rep.cap. poſſeſſor.de reg.iuris li.6. par.2. nu.3. ex Bar.in.l.1. ff.de acqui.poſſe.

126 Poſſeſsio ciuilis poteſt acquiri à principio ſine naturali. Iaſ.in.l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas. ff. de acqui. poſſe.nu.37.magis cōmunem dicit.

127 Nota, quòd poſsidens ciuiliter, de voluntate poſsidentiſ, à quo cauſam habet, poteſt propria authoritate naturalem accipere. Cur.Iuni. con.127. num.5.communem dicit.

128 Amplia, ꝙ etiā poteſt propria authoritate expellere occupantē reſiſtentē. Iaſ. in dict.§. qui ad nundinas. nu.24. ff.de acqui. poſſe. communem dicit.

129 Poſſeſ-

129 Poſſeſsio tam ciuilis quàm natura lis ſi ſit occupata de voluntate poſsidentis transfertur. Anto. Gomez in dict.l.45. num. 43. communem dicit ex gloſſ. in. l.& habet. §.fi. ver. & placet. ff. de preca.

130 Poſſeſsio ciuilis retinetur per poſsi dentem ciuiliter ac naturaliter,etiam ſi reliquit rem ſolam, ſi aliquis ingrediatur clandeſtinè, Iaſ. in dict. §. qui ad nundinas.nu.36. communẽ dicit.

131 Nota, quòd poſſeſſor clandeſtinus vi poſsidet,ſiue ſi expellit poſsidentẽ, ſiue ſi poſsidens non ſit auſus ingredi poſſeſsionem, ſuſpicans vi poſſe expelli. Idem Iaſ. ibi. num. 34. communem dicit.

132 Reſtringe iſtud notabile quo ad timorem expulſionis, non tamen quo ad timorem capturæ, quia per iſtum timorem non perditur poſſeſsio. Iaſ. in.l.poſsideri.§.admittendi.nu.5.ff.de acqui.poſ.communem dicit.

133 Poſſeſſor clandeſtinus habet naturalem poſſeſsionem clandeſtinam,& ciuilem violentam.Iaſ.ibi.nu.47.cõmunẽ dicit in dict.§. qui ad nũdinas.

134 Nota, quòd naturalis poſſeſsio cũ mala fide,vel vſufructuarius non habet aptitudinem producendi ciuiles effectus,& ſic nunquam per illã præſcribitur dominium verum.Coua.in reg.poſſeſſor.par.2.nu.4.de reg.iu.li. 6.communẽ dicit ex gloſ. in.l.ait prætor.§.item ei.ff.ex qui cau.maio.reproba. opi. Bart. in.l.1.ff. de acqui.poſſe.

135 Poſſeſsio eſt iuris,non facti. Io.Cora.in.§.nihil commune. num. 3. ff.de acqui.poſſe.& Raue.in alpha.aure.in verb. Poſſeſsio. communem dicunt. Sed intellige vt per Iaſ.in. l.1. ff.de acqui.poſſe. & in.l.1.ff.de vſufru. num. 7.quòd in appræhenſione eſt facti,& poſtea eſt iuris, & dicit communem, & ideo Baſcoleta in tracta.de indiuiduo, in verbo ad ſecundum deueniẽdo,dicit quòd eſt mixtum iuris & facti,& dicit communem ex docto. in l.1.§.ſi vir.ff.de acqui.poſſeſ.

136 Ex qua communi infertur,quòd ſi Romanus põtifex dat delegatum vt cognoſcat de iure alicuius rei,poteſt cognoſcere de poſſeſsione.Couar. in dict.reg.poſſeſſor.par.2.nu.3. ver.ab hac diffinitione. communẽ dicit ex Inno. in cap. epiſcopi. de reb. eccle. nõ ali.pro qua eſt tex.in.l. peregrè.ff. de acqui. poſſe. & in cap. dilecto. de verbo.ſignifi.

137 Poſſeſsio acquiritur animo & corpore,& amittitur ſolo animo.Maine. in.l.fere.num.5.ff.de reg.iu. communem dicit. vi.l. 12.ti.30.par.3. vbi indiſtinctè tenet ad amittendam poſſeſſionem requiri, vt exeat à poſſeſsiõe, non admiſſa opinione ac diſtinctione Bar. in.l. 3.§.in amittenda.ff.de acqui. poſſe. quòd quando incepit ab animo,quòd animo perdatur poſſeſſio,ſin autem incepit à corpore,quòd requiratur corpus.quæ diſtinctio cõmunis eſt vt per gloſ. in dict. l. 12. ſed noſtra lex approbauit opini. Ang.in dict.§.in amittenda. quòd ſemper requiratur corpus.quod nota.

138 Intellige iſtam communem apprehenſione manuum in rebus mobilibus,& in immobilibus per pedũ poſitionẽ.

tionem. Anto. Gomez in l.45. Tau. nu.34. in fi. communem dicit ex Pau. de Caſtro in.l.1.&3.ff.de acqui.poſſe.

139 Intellige ſecundò iſtam communẽ non ſolùm per actum verum, ſed etiã per actum fictum. vt per viſum etiam ſi res diſtet per decem miliaria. Idem ibi.nu.45. cõmunẽ dicit ex gl.in.d.l.1.

140 Reſtringe iſtam intelligentiam ad voluntatem poſsidentis, cum actu viſus in conſpectu rei. Idem ibi ex Bar. in dict.l.1.§.quòd iuſſerit. cõem dicit.

141 Nota in iſta materia, quòd ſicut dominium transfertur ſolo animo tradẽtis, ſic poſſeſsio trãsfertur ſolo animo poſſeſſoris tradentis. Iaſ.in.l.poſſeſſio appellata.§.per procuratorem.nu. 9.ff.de acqui.poſſeſ. communẽ dicit.

142 Reſtringe ſecundò ad poſſeſsionẽ de nouo acquirendam, nam ſi acquiſita fuit, & deperdita, quamprimum venit in aſpectum illius acquiritur. Idem Anto.in dict.l.45. communem dicit ex gloſſ.in dict.l.1.

143 Nota, quòd poſſeſsio rei, quę in nullius bonis eſt, non acquiritur viſu ſine apprehẽſione. Idem Anto.ibi. num. 47. communem dicit ex.l.3.§. Neratius. & ibi docto.ff.de acqui.poſſe.

* §.Concordat cum.l.20.tit.28.part.3. reproba.l.16.tit.14.li.3.fo.ll.

144 Amplia iſtam communem & ſi ſit ſtatutum, quòd ſit inuentoris. Idem ibi communem dicit ex Bart.in.d.l.1.

145 Nota, quòd ſi iudex, vel executor & ſi non poſsideant, ſi per impetum latronum vel potentiã aduerſarij nõ poteſt tradere veram poſſeſsionem, poteſt illam tradere per aſpectum, & poſſeſsio acquiritur. Idem Anto.ibi num.45.& Tiraq.de conſti.in.3.part. limi.17.num.8. communem dicunt ex Ancha.in capit. contingit. de dolo & contuma.

146 Amplia iſtud notabile ad poſſeſsionem beneficij. Coua.in reſo.li.3.cap. 16.num.12. communem dicit ex Albe.in.l.1.de acqui.poſſe.ff.& Feli.poſt Panor.in.c.cum aliquibus.de re iudica.& Rip.in tra.de peſte.priui.19.

147 Nota etiam generaliter, quòd ſi ex dolo, vel vi aduerſarij non poteſt veniri ad aſpectum rei, poteſt tradi poſſeſsio abſente etiam re. Tiraq. ibi.nu. 9.communem dicit.

148 Nota, quòd etiam poſſeſsio tranſfertur per traditionem ſcripturæ dominij antiqui rei venditæ, non tamen per traditionis cõtractus, qui de nouo conficitur. Idem Anto.nu.57.cõmunem dicit ex Petro, Cino, & Bal. in.l.1. C. de dona. quod etiam tenet Bar.in.l.licèt.& Alexã.in.l.poſsideri. de acqui.poſſe.ff.

149 Amplia primò iſtam communem, ſiue res ſit præſens, ſiue abſens. Idem Anto. num.58. communem dicit ex Io.de Imol. in capit.2. de conſue.& Couar.in dict.cap.16.

150 Amplia ſecundò ad venditionem vel donationem. Idem ibi.num.59. cõmunẽ dicit ex docto.in cap.penul. vt lite pendẽ.& in.l.1.C.de dona.

* §.De iure regio per traditionem ſcripturæ de nouo confectæ transfertur poſſeſsio per.l.8.tit.30.part.3.&.l.44. Tau.ibi, o apoderandole de las cartas porque la el vuo, o faziendo otra de

nueuo,

nueuo, e dandoſela, gana la poſſeſſiõ: de quo per Coua. in dict. cap. 16.

151 Nota, quòd etiã poſſeſſio transfertur per traditionem clauium. l. clauibus. ff. de contra. empti. ſi traditio clauium fiat in conſpectu rei. Couar. in dict. cap. 16. li. 3. nu. 10. communem dicit ex Iaſ. & Ripa in dict. l. 1. de acqui. poſſe. ff. & idem tenet Anto. Gomez in dict. l. 45. Tau. in nu. 60. ex Bart. in dict. l. 1. Contrarium tamen affirmat Tira. de conſti. par. 2. Ampli. 3. immo quòd non ſit neceſſaria præſentia rei. quem vi.

152 Intellige iſtam communem, ſi tradens claues habet poſſeſſionem, aliàs non. Couar. ibi communem dicit ex Albe. & Ripa. in dict. l. 1.

153 Item acquiritur poſſeſſio per reſeruationem fructuum factam per vendentem vel donantem. Anto. Go. ibi nu. 63. communẽ dicit ex. l. quiſquis. de dona. & Bal. in rub. de preca. quando reſeruans habet plenum ius. ex gl. in. l. quanuis. ff. de acqui. poſſe. non tamen ſi reſeruat proprietatem, quia requiritur traditio. ex Roma. Are. & Alex. in. l. 3. ff. de acqui. poſſe.

154 Nota, quòd licèt poſſeſſio hæreditatis non transferatur ſine apprehenſione etiam ſi habeat effectum vſucapiẽdi. Cur. Iuni. in. l. fi. C. de edi. diui. Adri. nu. 27. communem dicit. tamẽ trãsfertur poſſeſſio per reconductionem factam per hæredem inquilino, qui habebat rem in conductionem per defunctum. Idem Anto. ibi. nu. 67. cõmunẽ dicit ex gloſ. in. l. qui vniuerſas. §. per colonũ. ff. de acqui. poſſe.

155 Item acquiritur poſſeſſio ſine noua apprehenſione, ſi rem, quam penes me habebam, fuit mihi vendita, vel donata. Idem Anto. num. 69. communem dicit ex gloſſ. in. §. interdum. Inſti. de re. diui.

* §. Concordat cum iſta communis. titul. 28. part. 3. l. 46. & nota omnes ſequentes ad ampliationem & limitationem illius. l.

156 Amplia primò, etiam ſi res ſit in abſentia acquirentis. Idem Anto. num. 70. communem dicit ex Albe. Ang. & Pau. in. l. certi condictio. §. fi. ff. ſi cer. peta.

157 Amplia ſecundò, etiam ſi res non ſit detenta de voluntate domini. Idẽ Anto. num. 71. communem dicit ex Bart. Pau. & Cuma. in. l. non ſolùm. §. vulgo. ff. de vſu.

158 Reſtringe iſtam ampliationem ad ſcientiam domini de detentione per emptorem, vel donatarium. Idem Anto. nu. 71. communẽ dicit ex gloſ. in. l. quædã mulier. ff. de rei vendica.

159 Item acquiritur poſſeſſio ſine apprehenſione, ſi ponatur cuſtos in re. Idem Anto. num. 74. communem dicit ex Albe. & Pau. in. l. quarundam rerum. ff. de acqui. poſſe.

160 Item acquiritur poſſeſſio ex ſignatione rei. Idem Anto. nu. 76. communem dicit ex gloſ. in. l. quòd ſi nequã in fi. de peri. & com. rei ven. ff.

161 Item poſſeſſio tam ciuilis quàm naturalis transfertur ex conſtituto. Anto. ibi. num. 78. communem dicit ex Bar. in. l. quòd meo. ff. de acqui. poſſe.

162 Intellige iſtam communem præſen

te

te acquirente, vel poſtea ratam habẽte, aliâs non. Idem Anto. num. 82. & Tiraq. de conſti. par. 3. limita. prima. nu. 2. in fi. cõmunẽ dicunt ex Panor. in cap. cùm veniſſent. de reſti. ſpoli.

163 Amplia primò dictam communẽ etiam quo ad veram poſſeſsionẽ, & nõ fictam. Tiraquel. ibi. par. 2. ampli. 1. in fi. communem dicit.

164 Amplia iſtam ampliationem ad omnes modos acquirendi poſſeſsionem per actum fictum. Anto. in dict. l. 45. nu. 92. communem dicit ex Bar. & Ang. in l. certe. §. 1. de preca. ff.

165 Amplia iſtam ampliationem ſecũdò etiam quo ad introducendam pręſcriptionem, quia præſcriptio etiam procedit ex poſſeſsione tranſlata miniſterio iuris. Couar. in reg. poſſeſſor. §. 1. nu. 5. communem dicit. de reg. iu. in. 6. communem dicit ex gloſ. & docto. in cap. contingit. de dolo. & contu. contra Roma. ſin. 410.

166 Reſtringe iſtam ampliationem in poſſeſsione, quæ habet plurimum iuris & minimum facti: vt in poſſeſsione, quæ nobis acquiritur etiam ignorãtibus vt ex cauſa peculiari per filiũ, vel per ſeruum, quæ non dat cauſam vſucapionibus. Coua. ibi. nu. 6. cõmunem dicit ex gloſ. in. l. 1. §. Itẽ acquirimus. ff. de acqui. poſſe. & Iaſ. nu. 39.

167 Amplia iſtam reſtrictionẽ ad poſſeſs ionem, quæ acquiritur captis per filium aut ſeruum, quia per poſtliminium ea quę ſunt iuris non tamen facti redeunt. Idem Couar. ibi communem dicit in verſ. hinc planè. ex Iaſ. poſt Bar. nu. 36. in. l. is qui pro emptore. ff. de vſuca.

* §. Nota iſtas communes ad ampliationem. dict. l. 45. & 17. Tau.

168 Amplia ſecundò communem principalem ad procuratorem, quia per eum poſſeſsio acquiritur per clauſulã conſtituti. Idem Anto. nu. 91. cõmunem dicit ex Tiraq. de conſti. part. 2. ampliatione. 25. n. 15. vbi magis cõem dicit ex Iaſ. in. l. is qui pro emptore. ff. de vſucapi.

169 Amplia tertiò, etiam ſi res non ſit præſens. Tiraquel. ibi. par. 3. li. 2. num. 1. communem dicit.

170 Limita primò dictas communes quo ad principales, ſecus tamen in alijs. & ſic tutor vẽdens rem minoris, non poteſt ſe conſtituere nomine alterius poſsidere, nec transfert poſſeſſionẽ. Idem Anto. nu. 88. cõmunem dicit ex Bar. in. l. 1. ff. de acqui. poſſe.

171 Amplia iſtam reſtrictionem ad procuratorem: quoniam licèt habeat mãdatum ad vendendum, non poteſt ſe conſtituere nomine emptoris poſsidere. Tiraquel. de conſti. part. 3. li. 13. nu. 6. communem dicit.

172 Limita ſecundò in conſtituto appoſito in minùs valido vel inutili contractu. Tira. ibi. fall. 7. num. 40. communem dicit.

173 Reſtringe iſtam limitationem, quãdo contractus licèt à principio ſit inualidus, tamen habet actum ſucceſsiuum in quo poſsit validari, vt in donatione inter virum & vxorem, quæ cõfirmatur morte. Anto. Gomez ibi. n. 30. communem dicit, ex Soci. in. l. 1. §. ſi vir vxori. ff. de acqui. poſſeſ. De quo etiam

etiam meminit Tiraquel.in dict. fallen. 7.num.22.

174 Nota, quòd ſi duobus res vẽdatur, & primo transferatur poſſeſsio per conſtitutum & ſecundo verè ſuſtinetur prior. Tiraq.de conſti.par.1.num. 23.communem dicit.

175 Intellige iſtam communem, ſi cõſtituatur poſsidere per ſimplicem cõſtitutum, ſecus tamen ſi per precariũ, quia alteri tradendo, verè prçualet vera ſecunda traditio. Tiraquel, ibi. nu. 14.communem dicit ex gloſ. in. l.interdum.ff.de acqui.poſſe.

176 Obligatio ſi fiat generalis omniũ bonorum cum clauſula conſtituti, ſi ex eis res quæpiam alienetur, poteſt agi per conſtitutarium contra tertiũ non excuſſo principali. Tiraq.ibi.nu. 57.& 64.communem dicit ex Cumano.in.l.in legibus ff.de acqui.poſſe.

177 Nota, quòd licèt conſtitutus ſimpliciter non poteſt ſubuertere poſſeſſionem conſtitutarij de omnibus ſuis bonis, ſi re vera tradat alteri rem quãpiam ex illis bonis, transfert vſucapiẽdi condictionem & dominium in illum tertium, quale erat apud debitorem. Tiraq.ibi.par.3.limi.14.num.10. communem dicit ex Bart.in.l. Celſus.ff.de vſucapi.

178 Nota, quòd conſtitutum non ſolùm operatur circa bona præſentia, ſed etiam circa futura in obligatione generali. Tiraq.ibi.part.3.limi.30.nu. 1.communem dicit ex Bar.in.l.vlti. C.qui res pigno.obli.poſſ.

179 Nota, quòd ſi vendens ſe cõſtituat poſsidere nomine emptoris, ſi diſtrahatur vẽditio, opus eſt vt interueniat etiam conſtitutum. Anto.Go.in dict. l.45.nu.8.communẽ dicit ex Bal.in.l. 1.C.quando liceat à vendi.diſce.

180 Item acquiritur poſſeſsio per denuntiationem noui operis, ſi denuncians poſsideat, & fiat denuntiatio in præſentia rei, quia ſtatim transfertur in alium, contra quem fit denuntiatio. Anto.Go.in dict.l.45.nu.11.communem dicit ex docto.in.l.1.§.in operis.ff.de no.ope.enun.

181 Item acquiritur poſſeſsio per ſtatutum ſine traditione per hæredem. Tiraq. in tracta. le mort ſaiſit le vif. decla.6.num.6.in præfa.communẽ dicit ex Iaſ.generaliter.in.l.1.num.7. C.communia de leg. vbi dicit, quòd per ſtatutũ poteſt introduci vt trãsferatur poſſeſsio ſine apprehenſione, & dicit communem.

§. De iure regio in bonis maioriæ transfertur poſſeſsio in hæredem ſine apprehenſione per.l.45.Tau.

182 Nota, quòd interdictum recuperãdæ non datur fictè poſsidenti, videlicet per ſtatutum diſponens, quòd poſſeſsio transferatur in hæredem. Alex. in.l.in ſuis.nu.9.ff.de lib.& poſth. & Alci. in tracta. de præſum.part.3.nu. 6.in fi.quos refert cum alijs Tiraquel. in dict.tractu.in.6.par.decla.4.in fi. & noſter Couar.in reſo.li.3.c.5.num. 6.in ver. ſi eſt interdicto recuperãdæ. communem dicunt. Couarru.autem & Tiraquel.tenent contrarium, & dicunt veriorem contrariam, cùm verã poſſeſsionem habeant. De quo per ipſum met Tiraq.de iure conſti.part. 1.nu.

1.nu.68.& in.2.par.ampli.11.

* §.Lex.45. Tau.in caſu hæredis approbat hanc poſteriorem.

183 Item nota, ꝙ ſi bona ſunt poſſeſſa ab alio de voluntate domini tradentis, transfertur per iſtos actus fictos ſine apprehenſione. Si tamen poſſeſsio ſit vacua, requiritur apprehenſio vera. Iaſ. in.l. poſſeſsio appellata. nume. 86.ff.de acquiren. poſſeſsio. communem dicit.

184 Nota, ꝙ per apprehenſionem vnius fundi vel partis fundi intelligitur apprehēſa poſſeſsio aliorum fundorum eiuſdem qualitatis & naturæ. Anto. Gome. in dict.l.45. Tau.nu.39. communem dicit ex gloſ. in. l.3. ff. de acqui.poſſeſ.

185 Poſſeſsio acquiritur ex ſola relatione tradentis, etiam ſi acquirens ſit incertus ratione loci, vel quotæ. Idem ibi.nume.96. conclu.4. communem dicit, ex Paul. & Imol.in dict.l.3.§. incertam.

186 Poſſeſsio acquiritur per infantem quinquennalem cum authoritate tutoris: ſi tamē ſit puer duorum vel triū annorum, qui fari non poteſt, non acquiritur, etiam cum authoritate tutoris, ſed per ſolum tutorem ſic. Iaſ. in dict.l. poſſeſsio.§. adipiſcimur. nu.17. communem dicit.

187 Fallit in poſſeſsione violenta ex iuſſu tutoris, quia non acquiritur etiam per ſeruum pupilli. Iaſ. ibi.§. item acquirimus. nu.44. communem dicit.

188 Poſſeſsio acquiritur tertio per ſeruū meum, volente ſeruo, & tertio ratum habente. Iaſ.in dict.l. poſſeſsio appellata §. hæc de ſeruis. num.6. communem dicit.

189 Poſſeſsio nō acquiritur per ſeruum emptum quouſq; poſſeſsio ſerui apprehendatur. Iaſ.in dict.l. poſſeſsio.§. veteres.nu.11.communem dicit.

190 Poſſeſsio naturalis ſerui licèt perdatur per fugam ſerui, non tamen ciuilis. Iaſ. in.d.l. poſſeſsio.§.per ſeruum. nu.3.communem dicit.

* §.In hoc caſu loquitur.l.penulti.in fi.tit.30. part.5.

191 Limita iſtam communem, ſi ſeruus diu ſe geſsit pro libero, quia tunc tā ciuilis quàm naturalis perditur. Idē ibi. nu. in fi.communem dicit ex docto.in.d.l.§.ſi ſeruus.

192 Poſſeſsio probatur per receptionē mercedis etiam in præiudicium tertij non poſsidentis. Boe. deciſ.239. nu.5. communem dicit. & ſic dicit intelligendam opinio. Bart. & docto. in. l. quanuis.ff.de acqui.poſſe.

193 Item probatur per dictum ruſticorum, dicentiū teneri & poſsideri. Deci.conſ.215.communem dicit.

194 Poſſeſsio intermedia probatur probatis extremis. Panormi.in.c. accedētibus. de primo etiam ad cauſandam præſcriptionem. Corſe.in ſing.in verbo, Poſſeſsio. el.2. communem dicit. & Couarru.in reg. Poſſeſſor. par.2.§.1. nu.1.communem etiam dicit.ex gloſ. in.c.volumus.16.q.4.

* §.Concor.cum.l.10.tit.14.par.3.

195 Poſſeſsione antiqua probata, nouus poſſeſſor præſumitur clandeſtinus, & inuaſor. Curti. Iuni. conſil.45. num.5. communem dicit.

196 Poſſeſsio

196 Poſſeſsio transfertur in volũtarium ſequeſtrum, ſecus tamen ſi ſit neceſſarium. Io. Coraſ. in miſce. lib. 3. c. 2. nu. 3. communem dicit. & Feli. in c. examinata. nu. 10. de iudi.

* §. De ſequeſtro neceſſario, q̃ non poſsideat de iure regio eſt. l. 11. tit. 11. part. 7.

197 Poſſeſsio retinetur in immobilibus quandiu dominus eſt in ipſa re, vel habet eam in conſpectu, vel ſi de facili poteſt illam intrare. Anto. Gome in d. l. 45. nu. 101. communem dicit ex gl. in l. 1. ff. de acq. poſſe.

198 Poſſeſsio naturalis amittitur, ſi poſſidẽs ſe abſentat ab ipſa re ex cauſa iuſta ſiue iniuſta. Idem ibi nu. 102. communem dicit ex Bar. in l. 3. §. amittenda. ff. de acqui. poſſe.

199 Poſſeſsio ciuilis amittitur per abſentiam, ſi quando venienti reſiſtitur, vel ſi animo ipſe deſijt poſsidere, vel ſuſpicatur ſe poſſe repelli, vel deuenit ad ſtatum res quæ poſsideri non poteſt, vt per inundationem, vel alluuionem aquarum, vel impetum latronum, vel potentiam occupantis. Idem ibi communem dicit ex Pau. Imol. & Cuma. in dict. l. quòd meo. §. fi. de acquirend. poſſeſsio. ff.

* §. Concor. cum. l. pe. ti. 30. par. 3.

200 Poſſeſsio etiam ciuilis per longam abſentiam decennij poſſeſſoris amittitur, ſiue ab alio poſsideatur res, ſiue non. Idem ibi verſ. quarto modo. cõmunem dicit ex gloſ. & Bart. in l. ſi id quod. ff. de acqui. poſſeſ.

* §. De iure regio poſſeſsio tam ciuilis quàm naturalis perditur per annum & diem, alio poſsidente de ſcientia poſſeſſoris. per l. 1. tit. 13. li. 3. ordina. & 242. & 292. in ll. ſtili. & l. 1. tit. 11. lib. 2. fo. ll. cum bona tamen fide & titulo. vi. in diſcordantijs legis regni ad ius commune in verbo, Poſſeſsio. nume.

201 Poſſeſsio ciuilis eſt, quæ cauſat præſcriptionem. Idem ibi num. 105. communem dicit ex Panormita. in cap. vigilanti. de præſ. & vi. Dida. Perez in l. 1. tit. 13. lib. 3. ordi. col. 1222.

202 Poſſeſsio ciuilis cum bona fide, etiã ſine titulo, acquirit fructus. Idem ibi. num. 106. communem dicit ex gloſſ. in §. ſi quis à non domino. Inſtitu. de re iudica.

203 Poſſeſsionem ſolam naturalem retinens, vt vſufructuarius, vel colonus ad longum tempus retinet animo ſi ſit abſens, & non perdit eam, niſi in caſibus, in quibus ciuilis poſſeſsio perditur. Idem ibi nu. 108. communem dicit ex gloſſ. in l. 3. §. vti frui. ff. de acquiren. poſſeſsio.

204 Poſſeſsio tam ciuilis quàm naturalis conſeruatur per colonum, per tutorem, filium, ſeruum, vel procuratorem, etiam ſi detentor abſens ſit à re. Idem ibi nume. 109. communem dicit ex gloſ. in l. ſi colonus. ff. de acquiren. poſſeſsio.

205 Amplia primò, etiam ſi detentor alteri locet. Idem ibi communem dicit ex Paul. in d. l. qui vniuerſas. §. fi. ff. de acqui. poſſeſ.

206 Amplia ſecundò, etiam ſi detentor efficiatur furioſus, non tamẽ ſi moriatur. Idem ibi cõmunem dicit ex gloſ.

in.l.ſi id quod.§.1.ff.de acquiren. poſſeſsio. Nota, quòd ſi colonus deſerat poſſeſsionem, dominus perdit naturalem poſſeſsionem.glo.in.l.13.tit.30. par.3.communem dicit ex Bar.in.l.ſi de eo.§.ſi fortè.ff.de acquiren. poſſeſ. quæ communis non procedit, quando colonus deſerit proditoriè vt alius poſsideat.vt in dict.l.13. ſi tamen colonus tradidit poſſeſsionem verè alio, dominus perdit poſſeſsionem per dictam.l.13. approbata communi opinione.de qua per Panor.in cap.olim. el.1.de reſti.ſpo.

207 Poſſeſsio tam ciuilis quàm naturalis perditur ſolo animo, etiam ſi inſiſtat in re, Idem ibi conclu.6.communem dicit ex gloſſ. in dict.l.3.§.in amittenda.

208 Nota, quòd obliuio, per quam poſſeſsio perditur, relinquitur arbitrio iudicis.Coua. in reg.Poſſeſſor.par.2.§.1. num.3. prope fi.communem dicit ex gl.in.l.furtum.ff.de vſucapi.

209 Nota, ꝙ quaſi poſſeſsio rei in corporalis vnico actu appreheditur.Couar. in.d.reg.poſſeſſor.par.2.num.6.communem dicit ex Panormi.in.c.1.de re li.domi.& Deci.conſ.129.

210 Ex quo infertur, præſentationē beneficij acquiri ex vnica præſentatione quo ad poſſeſsionem. Idem ibi, & in.q.practi.c.14.nu.2.ver.tertio.communem dicit ex Lamb.de iure patro. par.1.lib.2.q.3.ar.11.

211 Poſſeſſor hodie præſumitur qui olim erat poſſeſſor. Couarruui. ibi. §.1.num.1. communem dicit ex gloſſ. & Bart. in.l, ſiue poſsidetis. C. de proba. pro qua eſt text. in cap. olim.el.3. de reſti.ſpoli. quam intellige, ſi poſſeſsio hodierna allegetur. Idem ibi communem dicit ex.l.ſi adulterium.ff.de adul. Ex qua deducitur, quòd præſumptio iuris procedens ex facto proprio debet allegari.Felin.in cap. afferte.de præſumpt.

212 Reſtringe iſtam communem, quādo poſſeſsio allegatur ab aduerſario in damnum poſſeſſoris antiqui. Couar.in cap.Rainutius.§.11.num 2.ver. priùs tamen.communem dicit poſt Bar.in.l.ſiue poſsidetis.& Panor.in.c. cùm ad ſedem.nu.15.de reſti.ſpolia.

§.Contra iſtam reſtrictionem eſt.l. de iure regio in.l.10 tit.14.par.3. vbi diſponitur ſi agens rei vendicatione alleget reum poſsidere, ſi probauerit eum olim poſsidere, & nunc poſsidere dicendum erit.

213 Item reſtringe ſecundò intra decēnium, intra quod præſumitur durare animus poſsidendi, ſecus tamen poſt decennium, quia oportet conſtare de extremis totius decennij. Couar. ibi part.2.num.2. magis communem dicit ex Matthæ.ſingul.117. quam communem intelligit in poſſeſsione ciuili, cùm ſolùm durare præſumatur per tempus animi, quod eſt decennium, iuxta.l.furtum.&.l.fundi.ff.de vſu.& l.peregrè. ff. de acquirend. poſſeſsio. ſed ſi poſſeſsioni ciuili adeſt naturalis, & tunc poſsidens etiam poſt decennium præſumitur poſsidere. ex Alci. de præſum.reg.2.præſ.22.

214 Nota, quòd intentans interdictum vnde vi, debet probare ſe poſsidere, &

& ſpoliatum fuiſſe. Couarru. in dict. cap. poſſeſſor.§.1. nu.4. communem dicit ex.l.1.§. interdum.ff. de vi. & vi. arma.& Deci.conſ.125.& eſt tex. in.c. conſultationibus.de offi.deleg.

215 Intellige iſtam communem quòd ſufficit allegare poſſeſsionem, & ſufficit probare poſſeſsionem antiquam & ſi non probetur poſſeſsio tempore ſpolij. Idem Couarruui. ibi communem dicit ex Panormita. & Imol. in dict.cap.cùm.ſedem.de reſti.ſpoli. & & Alcia.de præſ. reg.2.præſ.21.nu.14. communem etiam dicit.

216 Nota, quòd non præſumitur quis poſsidere, niſi alleget poſſeſsionem. Alcia. ibi in princip.cõmunem dicit.

217 Poſſeſsio naturalis non tamen ciuilis perditur per traditionem rei factã per eum, qui de iure vel per ſtatutum non poteſt contrahere, vt in publico ſine conſenſu tutoris. Alexand.in.l.is cui bonis.ff.de verbo.obliga. num.4. communem dicit.

218 Nota, quòd ad hoc quòd hęres ſcriptus mittatur in poſſeſsionem ex beneficio.l.fi. C.de edi.diui. Adria. non requiritur, quòd probet teſtatorem eſſe mortuum, cùm præſumatur ex eo, quòd præſentat teſtamẽtum. Cur. Iuni.in.d.l.fi.nu.55. communem dicit ex Bar. ibi, licèt ipſe poſt Fulgoſium dicat contrariam veriorem.

219 Poſſeſsio ex diuo Adriano impeditur ex vitio inuiſibili teſtamenti, ſi in continenti probetur, vt eſt pręteritio filij.Cur.ibi.nume.3.communem dicit ex glo.in.l.2.C.eo.tit.

220 Item impeditur per tertium comparentem & oſtendentem ſimile teſtamentum, & cognitio fit ordinaria, & non ſummaria. Gozad. conſil.10. num.26.communem dicit ex Bar.in d.l.fi.pe.col.vi.de hoc in verbo, teſtamenta duo.nu.

221 Item impeditur, ſi teſtamentum in parte ſuſpecta eſt raſum, vel cancellatum, quia tunc non fit miſsio, ſecus tamen ſi in loco non ſuſpecto ſit raſura vel cancellatio.Cur. ibi.num.6. communem dicit.

222 Nota, quòd fideicommiſſarius, cui reſtitutio verbalis eſt facta per hæredem, habet beneficium.d.l.fi. Cur. in fi.nu.44.communem dicit.

223 Item tacito ſubſtituto cõpetit etiã beneficium.d.l.fi.Curt.ibi.nu.50.communem dicit ex Areti. in.l.ſi in teſtamento.ff.de vulg.

224 Item epiſcopus, vel executor teſtamenti, qui habet diſtribuere bona teſtatoris in pauperes, habet etiam beneficium.d.l.fi. Cur.ibi.nu.57. cõmunem dicit ex Bar.ibi.

225 Nota, quòd venientes ab inteſtato non habẽt beneficium dict.l.fi.Curt. ibi.nu.86. communem dicit ex Alex. Iaſ.& Deci.ibi.

§. De iure regio per.l.1.ti.14.lib.3.ordi. contrarium diſponitur, immo ꝙ etiam ab inteſtato habeat locum miſſio in poſſeſsionem.

207 Item fideicommiſſarius vniuerſalis non habet beneficium. d.l.fi. Cur. ibi.nu.46. communem dicit.

227 Nota, ꝙ miſsio in poſſeſsionem ex beneficio.d.l.fi.non competit inferioribus magiſtratibꝰ, ſed maioribꝰ.Cur.

 ibi.nu.

ibi.nu.58.communem dicit.

228 Nota, quòd non requiritur libellus, cùm petitur miſsio ex beneficio dict.l.fi.Curti.ibi.nume.61.communem dicit.

229 Nota,quòd iudex poteſt mittere in poſſeſsioné vnius ſpeciei.ſ.ciuilis vel naturalis. Anto.Gomez in.l.45. Tau. nu.44.communem dicit ex gloſ.in.l. 2.C.vbi in rem actio.

230 Miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto non dicitur poſſeſſor, ſed detentor.Anto.de Fano de pigno.par.3. mem.2.nu.6.communem dicit.

231 Fallit in actione reali, quia ante annum dicitur detétor, poſt annum autem poſſeſſor, ſecundùm canoniſtas. Legiſtæ autem dicunt,quòd ante annum eſt poſſeſſor reuocabiliter, poſt annum autem irreuocabiliter. Idem Fanus ver.6.communem dicit, & cõcludit tenendum cum legiſtis.

232 Amplia iſtam limitationem ad hypothecam, cùm dicitur actio realis. Idem ibi.nu.8.communem dicit.

233 Nota,quòd miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto facta vni ex creditoribus ex cauſa oneroſa, prodeſt omnibus alijs creditoribus ex eadem cauſa: ſi tamen cauſa eſt lucratiua, miſſo vno, alij non dicuntur miſsi. Fanus ibi. nume.10. reſtrictione.6. communem dicit.

234 Poſſeſsio data vigore ſecundi decreti reuocatur data ſatiſdatione. Iaſ. in.l. properandum. §. ſin autem reus. C.de iudi.nu.8.communem dicit.

235 Decretum de mittendo in poſſeſsionem ex primo decreto, durat quãdo creditor eſt præſens poſt bienium: ſi autem eſt abſens, per quadrienniũ. Idem Fanus par.3.mem.2.nu.3. communem dicit.

236 Nota,quòd miſſus in poſſeſsionem ex cauſa iudicati, non dicitur poſside re.glo.in.l.9.tit.15.par.5.in verb. entrega.communem dicit ex Alexand.in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudica.

237 Nota, quòd iudex poteſt facere, ꝙ pars intret in poſſeſsionem propria authoritate. Tiraquel.de conſti.par.3. lib.17. nume.13. communem dicit ex Bar.in.l.iuſtè poſsidet.ff.de acqui.po.

238 Poſſeſsioné intrans propria authoritate rei vacuæ, quæ à nullo poſsidetur, non cadit in pœnam, ſi continuò titulum oſtendat. Couarru. in reſo.c. 19.lib.3.nume.7.communem dicit ex gloſ.in.l. vlti. & Bald. C. de edi. diui Adria.q.5.nu.42.

239 Amplia ad legatarium, qui iacente hæreditate apprehédit propria authoritate rem legatam, licèt ſummaria cognitione poterit auocari à poſſeſsione per hæredem. Idem Couar. ibi communem dicit.

§.Contrarium per.l.1.tit.14.lib.3.or. ſtatuitur, quòd etiam ſi hæreditas ſit iacens, quòd perdatur legatũ authoritate propria occupatum. Verùm Couarru.in.d.c.16.dicit has pœnas.&.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. &.l.11.tit.13. par.5. iam antiquatas, & vſu ſublatas ex Hoſtié.in ſumma de reſti.ſpoli.§.1. vet.Item quidam, nu.9.

240 Poſſeſsionis quæſtio, poſſeſsionem litigioſam reddit. Curti. Iuni. conſil. 165.

165.num.6.communem dicit.

241 Poſſeſsio transfert onus probandi in aduerſarium, niſi aliqua præſumptio ſit contra poſsidentem, vt quando ius reſiſtit poſſeſsioni. Curti. Iuni. conſ.90.nu.3.communem dicit.

* §. Lex.10. tit.14. part.3. videtur hoc idem innuere.

242 Nota, quòd poſſeſſor, etiam ſi præſumptio iuris ei reſiſtat, non eſt turbãdus in ſua poſſeſsione. Coua. in. q. practi. c.17. in vndecimo requiſito. communem dicit ex Panor. & Imol. in. c. vt lite penden.

243 Poſſeſsio transfertur ex contractu ſimulato, quando agitur vt transferatur. Curti. Iuni. conſ.108. num.12. communem dicit.

244 Poſſeſsio iuris & quaſi iuris poteſt eſſe penes plures. Iaſ. in. l. poſsideri. §. ex contrario. nu.82. ff. de acqui. poſſe. communem dicit.

245 Poſsidere poteſt quis vnam rẽ duobus titulis, vno generali pro ſuo, & alio ſpeciali, vt puta pro emptore. Iaſ. ibi. §. ex pluribus. num.34. & 36. communem dicit.

246 Amplia, ſiue concurrat eodem tẽpore, ſiue diuerſis temporibus dominiũ vel poteſt detineri ex duobus cauſis in idem tempus cõcurrentibus. Iaſ. ibi. nu.38. communem dicit.

247 Poſsideri dicuntur mobilia. Iaſ. in l. poſſeſsio. num.39. ff. de acqui. poſſe. communem dicit.

248 Poſſeſſor malæ fidei ſolùm habet ius retentionis in re pro ſumptibus in ea factis, & ſic ante traditionem ſunt petendi. Nice. in concor. glo. concor, 117. cõmunem dicit in. l. ſi quis ſciens. C. de rei ven.

* §. Idem quòd iſta communis intendit. l.12. tit.28. part.3. ibi, antes que ſea entregado.

249 Poſſeſſor malæ fidei poſtquam ſoluit de ſuo ante litis conteſtationem acquirit vtilem actionem negotiorũ geſtorum contra dominum. Boe. de. 44. nu.4. communem dicit.

250 Poſſeſſor, contra quem agitur hypothecaria, poteſt negare illum, à quo habuit, habere titulum, & eſſe dominum illius rei, & creditor tenetur probare eſſe dominum, aliàs ſuccumbet, licèt ipſe debitor, ſiue agat, ſiue conueniatur, non poteſt dominium negare, vel cum creditore, vel cum alio tertio, quia allegaret turpitudinem ſuam. Fanus par.6. mem.3. nu.35. communem dicit.

251 Poſsidens ſine titulo, non eſt legitimus contradictor. Ludo. de Goza. cõ. 93. nu.5. communem dicit.

252 Poſſeſſoria remedia non dãtur pro iuribus merè perſonalibus. Otalora de nobilitate Hiſpanica. c.1. par.2. par. 3. nu.3. magis communem dicit ex docto. in. l. certis annis. C. de pactis. & in cap. querelam. de electi.

253 Poteſtas abſoluendi remanet ei, cui eſt poteſtas condemnandi ſublata, niſi cum certa ſolẽnitate in materia hæreſeos. Hiero. Cagno. in. l. nemo. nu. 4. ff. de reg. iu. communem dicit.

254 Poſitiones, quibus quis reſpondit, inductus aſſertione aduerſarij, qui dedit cauſam errori, poſsũt etiã poſt ſententiam reuocari. Balbus in. l. Celſus,

ff.de vſucap.verſ.nunc venio ad Bart. communem dicit.

255 Poſthumus non rumpit teſtamentum, ſi apponatur clauſula codicillaris per verba futuri temporis. Corne. conſ.225.vo.3.communem dicit. Cõtrariam,immo,ꝙ quibuſcunq; verbis concipiatur,ꝙ rumpit teſtamentum, magis communem dicit Barba..cõſi. 6.vo.2.& eum ſequitur Ioan. Duran. in arte teſtan. tit.3.cau.10. nu.3.bonis rationibus.quem vide.

256 Prælatus non ſolùm tenetur ad præſtandam patientiã demolitionis ædificij à prædeceſſore facti,ſed etiam tenetur præſtare expenſas. Iaſ.in.l. qui opus.nume.3.in fi.ff.de no.ope.enun. communem dicit.

257 Prælatus eccleſiæ licèt nõ poſsit hypothecare vel obligare rem eccleſiæ ſpecialiter,generaliter tamen poteſt. Anto.de Fano.de pigno.part.2.mẽ.1. cõmunem dicit.& magis cõmunem glo.in.l.4.tit.5.par.5.in ver.enagenar.

258 Prælati factum conſiſtens in alio q̃ in negligẽtia,nõ nocet eccleſiæ. Cur. Iuni.de feudis.part.2.q.18. communẽ dicit ex Bar.in.l.iubemus.C. de ſacro ſan.eccleſ.

259 Præbenda eſt,quę prouenit ex inſtitutione & officio. Canonia, eſt ius proueniens ex electione & receptione in fratrem.Io. à Ripa in.c.cùm.m. de conſti. nu.170.communem dicit.

260 Præbenda vacatura ſi promittatur cùm recipitur aliquis in canonicum, valet receptio, & vitiatur promiſsio. Idem ibi.nu.185.communem dicit.

261 Præbendarum numerus non augetur ex receptione alicuius in canonicum.Idem ibi.nu.167.

262 Prælegata non veniunt in vniuerſali fideicommiſſo poſteà ſubſequuto. Iaſ.conſ.175.vol.4.communem dicit.

263 Præſcriptio eſt ius quoddam ex tẽpore congruens,legum authoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens. Balbus de præſcripti.in pri. par. col.2. nu.3.communem dicit.

264 Præſcriptio cauſatur ex ciuili ac naturali poſſeſsione, vel ſaltim ex ciuili. Balb.ibi.par.3. col. 57. quæſtio.3. nume. communem dicit.tam in acquiſitione dominij,quàm alterius iuris inferioris vt vſufructus, cõtra Bar. in.l.3.§.ex contrario. ff.de acquirend. poſſeſ. vbi dicit,quòd in acquiſitione vſufructus, ſufficit naturalis,qui communiter reprehenditur.

265 Præſcriptio tollit obligationem naturalem.Balb.ibi.in.2.par.3.part.q.10, col.38.communem dicit.

266 Pręſcriptio incipit ab eo die,quo abſens ciuilem poſſeſsionem amiſit.Couarruui.in reg.ſine poſſeſ.par.2.nu.7. de regul.iur.lib.6. communem dicit ex gloſ.in.l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas.ff.de acquiren.poſſeſsio.& gloſ.in.l.1.§.præſcriptionem.C.de ſer. fugit. & Panormita. in cap.vigilanti. de præſcripti.

267 Præſcriptio cum bona fide,perimit obligationem ciuilem, ac naturalem reddit inefficacem.Alciat.in rubr.de præſc.nu.44.communem dicit.

268 Nota,ꝙ ex præſcriptione triginta annorum cum bona fide acquiritur

vtile dominiū. Balbus. de præſ.par. 2.q.2.communem dicit. Et intantum hoc eſt verum, q́ completa præſcriptione, non poteſt adiri eccleſia per euangelicam denuntiationem vt reſtituatur res præſcripta, cùm ſit tutus in conſcientia. Balbus ibi in.2. part.3. par.q.10. communem dicit. tamen ſi res præſcripta poſt triginta annos veniret ad dominum, præſcribens licèt aduerſus quemlibet haberet actionē ad vendicandam rem, non tamen cōtra dominum verum. Balbus ibi.q.6. communem dicit.

269 Nota, q́ antiquus dominus poteſt auocare rem præſcriptam à quocūq; tertio, ſi ipſe tertius non prę ſcripſit, & non pōt iuuari poſſeſsione primi poſſeſſoris. Balbus ibi communem dicit.

270 Intellige iſtam cōmunem, niſi aliàs præſcribens poſsideret cum titulo & bona fide, quia & per prę ſcriptionem longi temporis, vt eſt viginti annorū, nec dominus auocat à tertio, nec iuuatur contra præſcribētem, quin poſſit agere præſcribens contra eum rei vendicatione, quod non prodeſſet trigennario poſſeſſore etiam cum bona fide ſine titulo. Balbus ibi. communē dicit.nu.4.in.d.q.6.

271 Amplia primam communem, q́ ſi duo diuerſis temporibus præſcripſerint rem aliquam, & alius tertius poſſideat rem præſcriptam cum titulo & bona fide, præfertur in re vendicanda ſecundus præſcribens, cùm extinctū ſit ius alterius. Balbus ibi. num.5. communem dicit.

272 Prę ſcriptio non introducitur niſi cū bona fide in principio, in medio, & in fine. Balbus ibi in.2.par.3.par.q.7.cōmunem dicit.

273 Amplia, ſi mala fides ſuperueniens ſit circa vnum, quia interrumpit præſcriptionē, & in alijs. Balb. in.2.par.6. par.q.2.communem dicit.

274 Limita, ſi poſtea bene informatus depoſuerit malam fidem. Idem ibi.q.4.communem dicit.

275 Dubitatio non impedit prę ſcriptionem inchoatam cum bona fide, licèt poſtea interuenerit dubitatio. Balbus in.2.par.3.par.q.2.& in.2.par.6.par.q.2.communem dicit, & ſic intelligit Iaſo in.l.poſsidere.§.genera.de acquirē. poſſe.num.19.ff. Coua. autem in reg. poſſeſſor.par.2.nu.4.dicit, quòd ſi dubitatio ſuperueniat ex dubitatione ſpeculatiua, vt dubitet, an ſua ſi res, vel iuſtè poſsideat, cùm non habeat conſcientiā læſam credens poſſe poſſidere, cum illa dubitatione bene curit præſcriptio. Si tamen dubitet non ſolùm de iure, ſed dubitet, an teneatur reſtituere, nō præſcribit, cùm agat contra conſcientiam. & hoc affirmat ex Adriano quoli.2.

276 Præſcriptio cum mala fide non procedit, & in hoc eſt ius ciuile correctū per ius canonicum tam in rebus corporalibus, quàm in actionibus realibus & perſonalibus. Balbus ibi.q.13. communem dicit in.2.par.3.par. licèt Socin.203. dicit communem contrariam. Sed tamen magis communis eſt prima. & vi. Alcia.in rubr. de præſcrip.num.48.

277 Amplia iſtam cōmunem, etiā per

tẽpus immemoriale, ſi conſtat de mala fide, temporis curſu nõ ſuffragatur poſsidens. Alexã.in.l. cùm aliquis.C. de iure deli.communem dicit.

278 Limita in actionibus quæ ſunt de ſui natura temporales, nec continent pœnam, ſed dantur ad intereſſe. Balbus ibi.nu.7.communem dicit.

279 Limita ſecundò in iure adeũdi per triginta annos, cùm ius ſit quærendũ, & non quæſitum. Balbus ibi. num.9. communem dicit.

280 Limita tertiò in mala fide prędeceſſoris, quæ non impedit inchoare pręſcriptionem. Matthæ. de Affli. deciſ. 40.nu.7. communem dicit. Sed Hiero. Cagno. in. l. qui in alterius. nu. 16. ff.de reg.iu.dicit communem contrariam. Sed pro concordia diſtingue vt per Panor.in.c.2.de præſ.num.7.&.8. quòd prima opinio procedat in ſingulari ſucceſſore, & ſecunda in vniuerſali, qui tenetur exonerare conſciẽtiam defuncti. vt per Curti.Iuni. conſi.177. nu.14. vbi dicit magis communem ſecundam. quam intellige vt hîc & per Pyrrhũ in cõſue. Aure.de execu.c.14. §.Nota iſtam diſtinctionem, & intellige eam quantum ad ſingularem ſucceſſorem, pro vt intelligit. l.19.tit. 29 par.3. ꝙ ſucceſſor ſingularis pręſcribit cum bona fide, & ſi prędeceſſor ſit malæ fidei per triginta annos domino ignorante, ſciente autem per decẽ annos, ſi fuit præſens in prouincia, & per viginti ſi ſit abſens. & vi. auth. malæ fidei. C.de long.tem.præſ.& glo.& Abb. & Feli.in.c. ſi diligenti. de præſ. & Bar. Alex. & ali.in.l. Pomponius.§. 1.ff.de acquiren.poſſeſ.& Oldrad.cõſil.19. & Iaſ. in.§. ſed iſte. nume.80.de acti. inſti.

281 Reſtringe hanc tertiam limitationẽ ſic intellectam ad vniuerſalem ſucceſſorem repreſentantem prædeceſſorẽ. Secus in ſucceſſore dignitatis vel officij, qui minimè repreſentat, ſi non vult vti poſſeſsione prædeceſſoris. Couarru. in.d.c.poſſeſſor.§.9.nu.6.par.2. verſ.ſeptimò apparet.communem dicit ex gl.in.l.cura.de iu.patro.

282 Nota, ꝙ ſucceſſor ſingularis præſcribit ſpacio decem vel viginti annorũ ſolutionem minorem, cùm ſibi nõ ſit nuntiatum de maiori ſumma, ſi poſsidet cum titulo: ſi tamen non habet titulum, præſcribit cum bona fide per triginta annos. Bal.in.4.part.4.par.q. 7.communem dicit.

283 Nota, ꝙ mala fides in vna re cauſa vnius perſonæ, non impedit præſcriptionem quo ad alium. vt ſi habeam malam fidem circa Semproniũ, quẽ dominum rei ſcio, præſcribo contra alium, quem dñm eſſe nõ ſcio, vel circa quem bonam fidem habeo. Ioannes Hannibal in.l.naturaliter. nu.156. ff.de vſuca.communem dicit ex Bar. in.d.l.naturaliter. Couar.autem in.d. reg.poſſeſſor part.2.§.8.nu.4. verſ.alia deinde quæſtio. magis communem dicit, ꝙ illa opinio Bar. intelligatur reſpectu diuerſorum iurium: quia circa idem ius nõ poteſt cadere bona fides, cùm ſit cum cõſciẽtia rei alienæ, & cũ mala fide: & exemplificat in proprietate, & poſſeſsione, vel vſufructu: poteſt enim quis habere fidem bonã circa

ca proprietatem, & præſcribere proprietatem contra vnum & malam fidem circa poſſeſsionem, & non præſcribit poſſeſsionem vel vſufructum, vel ècõtra, ex tex.in.l.1.§.ſed per eum. ff.de acqui.poſſeſ.

284 Mala fides licèt prçſumatur in poſſidente, ſi à principio rem vacantem propria authoritate apprehenderit.l.vlti. C.vnde vi. tamen ſi poſsidet per triginta annos, bona fides præſumitur.Coua. in.d.§.8.nu.3.communẽ dicit ex Bart.in.d.l.vlti.& Deci.cõ.267. & Iaſ. in.d.§.ſed iſte.nu.100. Inſti. de acti. Pro quo facit dictum Inno. in.c.1.de in integ.reſti.num.8.etiam ſi conſtet alium fuiſſe antiquiorem poſſeſſorem, ex Sali.in.d.l.vlti.

285 Nota, ꝙ error iuſtus tituli cauſat prçſcriptionem quantum ad vſucapiendum & præſcribendum, non autem ad repellendum eum, qui agit petitione hæreditatis, vel interdicto quorũ bonorum, quæ iudicia regularia non dantur contra titulo poſsidentẽ. Balbus in.l.Celſus.no.2.ff.de vſuca.communem dicit.

286 Nota, ꝙ error iuris bonam fidem inducit ad præſcribendum in his, in quibus titulus non requiritur ad præſcribendum.Coua. in.d.reg. poſſeſſor.in §.7.nu.5.par.2.conclu.2.communem dicit ex Rube.conſi.75.& Bart.in.d.l. Celſus.quam ipſe Couar. intelligit in præſcriptionibus, in quibus ius nõ reſiſtit, ex Panormita. in cap. de quarta. de præſcrip.

287 Dubitans, nec habet bonã nec malam fidem.Coua.in.d.§.7.nu.3. communem dicit ex glo.in.l.3.§.generaliter.ff.de acqui.poſſe.

288 Prçſcribi poteſt omnino obedientia imperatoris per reges ac alias ciuitates.Balbus de præſ.in.2.par.5.par.q.2. communem dicit.

289 Præſcribi etiam poteſt merũ ac mixtum imperium.Idem ibi.q.3.communem dicit.& Felin.in.c.cùm ſit.de fo.com.pro qua eſt text.in.l.viros.C.de diuer.offi.lib.11.

290 Nota, ꝙ merum ac mixtum imperium præſcribitur contra imperatorẽ vel regem præſentem per ſpaciũ decem annorum: ipſo autem abſente, requiritur tempus, de cuius initio nõ ſit memoria hominum in contrarium. Idem Balbus.q.3.& in.2.part.5. par.q.1.communem dicit. Si autem iuriſdictio eſt penes inferiorem à principe, præſcribitur contra eum per decem annos.Pet.Nuni. de exequen.mand. reg. c.1.nu.15. cõmunem dicit ex Balbo.in.2.par.5.par.verſ. circa primam. & eandem communem dicit Alexã. in conſ.16.nu.27.lib.5.Nota, ꝙ inquãtum Balbus dicit ſciente principe ſufficere tempus decem annorũ, idem tenet Iaſ.in.l.imperium.ff. de iuriſdi. omni.iudi. vbi dicit magis communem.ſed Cur.Iuni.conſ.174.num.26. reprehendit Iaſo. & magis communem dicit, ꝙ requiratur ſpacium vel tempus, de cuius initio memoria nõ ſit hominum in contrarium.Cui opinioni aſtipulatur noſter Coua.in reg. poſſeſſor.par.2.§.3.

• §.De iure regio per.l.6.tit.13.lib.3. or.iuriſdictio ciuilis acquiritur per tẽ

pus quadraginta annorum,ac criminalis per tẽpus,de cuius initio memoria nõn ſit in contrarium.

291 Nota, ꝙ merum ac mixtum imperium,ac iuriſdictio,& ſimilia iura potiùs habent cauſam continuã, quàm diſcontinuam.Coua.in.d.reg.poſſeſſor.in part.2.§.3.nu.3.communem dicit ex Bart.in.l.iuſto.§.non mutat.ff. de vſuca.

292 Item nota,ꝙ in præſcriptione iuriſdictionis cùm ſint tres ſpecies, merũ mixtum imperium ac iuriſdictio ſimplex, ſi vnus actus præſcribatur, non cenſentur omnes ſpecies præſcriptæ, ſed ſufficit præſcripſiſſe vnum actum ſolùm ad hoc,ꝙ dicatur pręſcripta tota vna ſpecies.Balbus in.2.par.q.2.ver. ſecundò principaliter.

293 Præſcribi poſſunt ea quæ competũt principi in ſignum ſupremæ poteſtatis,& hæc præſcriptio ſortitur effectũ per tempus, de cuius initio memoria non eſt in cõtrarium.Balbu.in.2.par. 5.par.q.4.nu.1.communem dicit.

294 Amplia primò iſtam communem ad inferiorem à principe, quia poteſt præſcribere ius collectandi, & exigẽdi pedagia per dictum tempus immemoriale. Otalora de Nobili. Hiſpa.c. 3.communem dicit.

295 Amplia ſecundò ad ea, quæ reſeruantur principi ratione dignitatis, vt creare notarios, vectigalia inducere, legitimare illegitimos, & ſimilia per dictum tẽpus.Couar.in dict.reg.poſſeſſor.par.2.§.2.num.7.ver.tertia ſpecies.communem dicit ex Panor.in.c. cùm nobis.de præſcripti.

* §.De iure regio præſcribitur in ciuilibus per quadraginta annos,& in criminalibus per centum annos.l.6.tit. 13.lib.3.ordi.per quam corrigitur.l.18. tit.4.par.3.&.l.6.tit.29.par.3.&.l.5.tit. 11.lib.2.fo.ll.Regalia autem,vt ſunt tributa & collectæ non præſcribuntur per.d.l.6.nouiſsimè accedit ad declarationem.d.l.6.Coua.in reg.poſſeſſor §.3.par.2,num.4.vbi concludit,ꝙ inquantum dict.l.6.intendit in præſcriptione meri vel mixti imperij & iuriſdictionis requiri tempus, de cuius initio non eſt memoria hominum in cõtrarium,intelligatur vel de iuriſdictione acquiſita ante illam legem; in acquirenda autem ſufficiat in criminalibus tempus centum annorũ, & in ciuilibus quadragennaria præſcriptio, vel ꝙ tempus immemoriale ſit neceſſarium, cùm præſcribitur ſine titulo, cum titulo autem attendatur ſecunda diſtinctio, quæ potiùs mihi placet, cùm immemorialis ſit loco tituli.c.1.de præſ.in.6.

296 Nota, ꝙ pręſcribitur iuriſdictio per tempus immemoriale,data capacitatate in præſcribente ſine titulo, quia tempus dat titulum, vel ſaltim pręſumit.Petrus Nu.in.c.1.de exequẽ.mã. reg.fol.7.col.4.communem dicit ex Feli.in.c.ſi diligenti.de fo.compe.

297 Ex hac communi ſequitur, ꝙ data incapacitate per mille annos nõ præſcribitur.Idem ibi.fo.8.co.1.communem dicit ex Felin.in.c.cauſamq;.de præſcript.

* §.Nota, ꝙ de iure regio ad præſcribenda pedagia,quæ vulgo portazgos

dicuntur

dicuntur, requiritur tempus quinquaginta annorum.l.1.ti.10.lib.6.ordi.

298 Limita oẽs iſtas communes in eis, quæ ſunt reſeruata principi in ſignũ vniuerſalis recognitionis, quia nõ pręſcribuntur. Pyrrhus in conſue. Aureli. de pręſcri.c.4. communem dicit, vt ſunt cenſus, & tributa, vt notat Coua. in dict.reg.poſſeſſor.par.2.§.2.verſ.ſecunda rerum ſpecies.

• §.Concor.d.l.6.tit.13.li.3.ordi.

299 Nota ꝙ præſcribens regalia iuriſdictiones & pedagia, & ſimilia per tempus, de cuius initio non eſt memoria hominum in contrarium, non tenetur probare ſcientiam ac patientiam principis, quia illa præſumitur per dictum tempus. Balb. de pręſ. in 2.par.3. par.q.6. communem dicit, & hanc dicit magis communem Alex.conſil.5. nu.6.vo.1. in præſcriptione minoris tẽporis cõtra regem, ſemper requiritur ſcientia & patientia regis. Alex.conſ. 16.volu.5. communem dicit. quem refert Petrus Nuni. de exequendis mã. reg.c.1.num.15.ver. octauò deducitur. vbi videtur innuere per.d.l.6.tit.13.li. 3.ordi. nõ eſſe neceſſariam ſcientiam & patientiam regis ad præſcribendũ merum imperiũ, cùm ex illa lege apparet de voluntate principis, cùm ſit modici præiudicij, cùm aliàs remaneat communicatiua iuriſdictio penes regem, & hoc modo poteſt Imperator res imperij alienare, vt per Angel. in.l.2.§. hoc interdictũ.ff. ne quid in lo.publi. & opinio Petri coadiuuatur, princeps concedendo iuriſdictionem, non cenſetur ab ſe abdicare iuriſdictionem, nec dare priuatiuè, ſed cumulatiuè, vt per plura deducit Caſſa. in conſue. Burg.rub.2.§.1.glo.fi.nu. 36. cùm non poſsit abdicare à ſe omnem iuriſdictionem. vtile tamen dominium & commoda, poteſt, ſalua ſuperioritate, recognitione, & fide. vt notat Bal. in proœ.feu.verſ. expeditâ. nu.32. ad quem poterit appellare, & de cauſis appellationis cognoſcere. Io. An. in addi. ad Spe. de iuriſ.omni. iudi.ver. vidiſtis duas.col.fi. & Ange. in.l.1.§. ſi quis mandatum.ff. de offi. eius cui.mã. quam ſuperioritatem & appellationem non poteſt abſe abdicare, vt per plura comprobat Thom. Gramma.conſil.28. per.c. dudum.de præſ.in.6. quod videtur innuere.l.1.ti. 1.li.3.ordi. Item pro hac ſua opinione in hoc regno adducit.l.5.tit.2.par.1. dicit enim, ꝙ in dicta lege prohibetur introduci conſuetudo ſine ſcientia regis. & in.l.11.ti.1.lib.7.ordi. mandatũ vt conſuetudines populorum obſeruētur. ex quo dicit ſublatam.l.5. & nõ requiri voluntatem vel ſciētiam principis. & ſic in.d.l.6. non ſit neceſſaria ſcientia regis, cùm iam inibi explicauit ſuam voluntatẽ, quòd valeret præſcriptio. & adducit etiam ad hoc Bal. de pace conſtan. in vſi.feu.c.1.§.1. & dicit non obſtare.l.7.tit.1.lib.1.ordi. vbi diſponitur, ꝙ iudex eccleſiaſticus nõ incarceret laicos, nec executionem faciat in ſuis bonis, iuncta.l. vlt. lata apud Toletum de anno.1525. vbi reuocat conſuetudinem circa dictam executionem, dicens, porque aquello ha ſido ſin nueſtra ſciēcia y paciēcia. quia

dictæ

dictę prohibitionis cauſa eſt, quia agitur de maximo præiudicio regis: quia cùm per prælatos præſcribitur cõtra regem, non præſcribitur cumulatiuè, ſed priuatiuè, & tranſit iuriſdictio in perſonas alterius fori, & non poteſt à principe reuocari, iuxta nota. per docto. in. c. nouit. de iudi. Sed his nó obſtantibus adhęrendum eſt communi opinioni, tum enim quia hanc opinionem tenet Inno. in. c. bonæ. de poſtu. præla. & Bar. in. l. 1. ff. de aqua plui. arcen. & in. l. ſi publicanus. ff. de publi. & Io. Lup. Auriga de dona. inter vi. & vxo. in rep. cap. per veſtras. in præludi. verſ. ſed eſt pulchra dubitatio. nu. 33. cum ſequen. & Petrus Bellu. in ſpecu. principum. rub. 22. nu. 67. & eſt communis teſte ipſo Nunio. Tum etiã, quia eſt maximum crimen vſurpare regis iuriſdictionẽ, & capite eſt puniendus. l. ſacri afflatus. & ibi Bal. C. de diuer. reſ. & incidit in crimen læſę maieſtatis. l. 3. §. qui ſe. ff. ad leg. Iuli. maie. quod non eſſet, ſi graue pręiudicium regi nõ inferretur. Tum etiã, quia ſequerentur duæ ſpecialitates in d. l. 6. quod non eſt dicendum, vt per Bal. in rub. de cauſ. poſſe. & proprie. & l. vnica. C. de do. promiſ. & in. l. ſi mulieri & Titio. ff. de condi. & demõſtra. & Iaco. de ſan. Geor. in vſi. feu. in §. dictiq; vaſſalli. nu. 21. vna reuocatio. l. 18. tit. 4. part. 3. & l. 6. tit. 29. par. ea in qua prohibita erat præſcriptio iuriſdictionis de iure regni, per quam ius cõmune reuocabatur. Altera, quòd præſcriptio quadragenaria ſufficiat, & iã tertia, ꝙ nõ ſit neceſſaria ſciẽtia regis in præſcriptiõe quadragenaria, qđ aliquo modo non eſt dicẽdum, nec Bal. in. d. c. 1. num. 3. de pace conſtan. nu. 3. hoc dicit, immo totum cõtrarium in tangentibus ipſum regem, vbi notanter dicit. Aut præſcribitur contra tranſeuntes vt ſoluant paſſagium, & non requiritur ſcientia principis. Si tamen præſcribitur contra Cæſarem, requiritur ſcientia & patientia. vt in. l. comperit. C. de præſ. tri. anno. Itẽ nec lex. 11. tit. 1. lib. 7. ordi. tollit. l. 5. immo confirmat, ibi, ſegun que les fueron otorgadas por los reyes nueſtros progenitores, e por nos confirmadas y juradas. Et ſic pręſumitur notitia & certioratio. vt aliàs dicitur de minore, qui iurat, ꝙ nõ eſt neceſſaria probatio certiorationis, quia ex iuramento præſumitur certioratus. Iaſ. in auth. ſacramenta. nu. 66. C. ſi aduer. vendi. & Io. Mau. de reſti. in integrũ. c. 114. de qua ſupra in verbo, certioratio. nu. 58. Vel eſt intelligẽda illa lex iuxta diſtinctionem Bal. in. d. c. 1. quando non pręſcribitur contra regem. Nec eſt facienda vis in intelle. d. l. 7. tit. 1. lib. 1. ordi. quia vera ratio illius. l. eſt, quia prælati ſunt incapaces illius executionis, & data incapacitate nec præſcriptio immemorialis procedit. vt in nu. 297. ſupra eo. ex. c. 1. de præſ. in. 6. prælati enim non habent territorium, nec ſua iuriſdictio adhæret territorio, vt per plura deducit & ꝓbat Odral. cõ. 17. & Belluga. in ſpecu. prin. rub. 22. n. 48. Nec obſtat. c. vt animarũ. de conſti. in. 6. quia ibi territorium eſt exponẽdum, id eſt diœceſim, vel certos terminos, intra

quos

quos poteſt exercere iuriſdictionem. & cùm nõ habeant territoriũ, in quo cadat poſſeſsio, nimirum ſi non poſſint præſcribere, cùm ſine poſſeſsione præſcriptio non procedat. reg. ſine poſſeſsione. de regul. iu. in .6. & ſic ad præſcribendam iuriſdictionem ciuilem ex curſu quadraginta annorum requiritur ſcientia & patientia principis, vt in noſtra cõmuni. Et nota verbum Aimonis de antiquitate temporis. par. 4. in verb. abſolutis differẽtijs. num. 23. quòd in caſibus, in quibus requiritur ad introducendam præſcriptionem ſcientia principis, ſufficit, ꝙ officiales, ac procuratores regis, vel principis ſciant vt ei præiudicetur ex Bal. con. 340. vo. 5. & Caſtro. con. 203. incipienti. Viſo quodam ſaluo cõducto. pro quo adducit. l. cùm manci-pium. ver. circa procuratoris. ff. de ædil. edi.

300 Præſcribitur contra fiſcum in bonis nondum incorporatis, ſed tantũ delatis tanquam vacantibus propter vectigal nõ ſolutũ per lapſum quinquennij, in alijs autem bonis ſi denũtiatio præceſſerit per quadriennium, ſi tamen non fuit denuntiatum ſine titulo & bona fide per triginta annos, cum titulo autem bona fide per viginti. Balb. de præſ. in .2. par. 5. par. in prin. communem dicit.

301 Fiſcus præſcribit, quando vendidit rem alienam per quadriẽnium, iuxta l. bene à Zenone. quã intellige, ſi vendit bona fide, ſecus tamẽ ſi mala fide. Bal. ibi. communem dicit.

302 Præſcribitur contra eccleſiam præſcriptione quadragenaria, etiã ſi vna eccleſia præſcribat contra aliam. Balbus. in. 5 par. communem dicit.

303 Amplia iſtam communem, & quãdo eccleſia pręſcribit contra monaſterium. Coua. in cap. poſſeſſor. in .2. par. §. 2. nu. 3. de reg. iur. in. 6. cõem dicit.

304 Limita, niſi ex priuilegio fuiſſet cõceſſum eccleſiæ, vt contra eam non curreret niſi centenaria præſcriptio, ad inſtar eccleſiæ Romanæ. Idem Balbus ibi. quæſt. 1. communem dicit.

305 Limita ſecundò in mobilibus, quæ triennio vſucapiuntur. Couar. ibi. nu. 5. communem dicit.

306 Limita tertiò in actionibus perſonalibus, quæ minori tempore decennio tolluntur, quia in his contra eccleſiam ſicut contra priuatum currit, vt in actione quanto minoris vel redhibitoria, & ſimilibus. Idem Couarru. ibi. num. 5. communem dicit ex gloſſ. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle.

307 Nota, quòd ſi res priuati perueniat ad eccleſiam pro tempore præterito, vtitur præſcriptione priuati pro futuro præſcriptione eccleſiæ. Balb. ibi. quæſt. 3. communem dicit.

308 Nota, quòd licèt contra eccleſiam Romanam non niſi centenaria currat præſcriptio, vt in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. tamen contra priuatum habentem iura Romanæ eccleſiæ, etiam ſi in aliquo ipſa dãnetur, præſcriptio communis currit. Couar. in dict. cap. poſſeſſor. §. 2. part. 2. nu. 6. communem dicit ex Panor. in cap. ad audientiam. de præſ. & Soci.

ci.conſi.266.vo.2.

309 Nota,quòd præſcribitur ius eligẽdi in eccleſia per quadraginta annos. Balbus.in.d.5.par.q.8. cõmunẽ dicit.

310 Amplia,etiã ſi vnicus actus ſolùm interueniat in hoc tempore.Idem ibidem communem dicit.

311 Nota,quòd ſi eccleſia nonſtat à principio eſſe liberã iuri patronatus, non præſcribitur contra eũ per quodcunq; tempus.Couar.in.d.reg. poſſeſſor. par.2.§.10.nu.2.cõmunem dicit ex Panor.in cap.querelam.nu.9.de electi.

312 Si eccleſiam conſtat eſſe de iure patronatus,præſcribitur cõtra eam. Balbus in dict.par.5.q.9.communẽ dicit. quam intelligit Dominicus cõſ.123.ſi currat tempus quadraginta annorũ cum titulo, vel immemoriale ſine titulo.Quod nota.

313 Amplia iſtã cõem,ſi dubitetur an ſit libera, vel non, quia currit cõtra eam præſcriptio per tẽpus, de cuius initio nõ ſit memoria hominũ in contrariũ. Idẽ Balbus.in.d.q.9. communẽ dicit.

314 Præſcribitur etiam ius patronatus præſcripta villa, vel caſtro, cui annexum eſt ius patronatus.Idem ibi communem dicit.

315 Parrochiani præſcribunt ius præſentandi, quando non cõſtat ab alijs eſſe eccleſiam cõſtructam,fundatam, vel dotatam.Deci.con.117.cõmunẽ dicit & magis communẽ dicit.Coua.in.d. cap.poſſeſſor.in.2.par.§.10.nu.3.

316 Præſcribitur per epiſcopũ, vt poſsit alienare res eccleſię inconſulto capitulo,per tempus tamẽ,de cuius initio non ſit memoria hominũ. Idẽ Balb. in.d.5.par.quęſt.17.cõmunem dicit.

317 Præſcribitur contra ciuitatem, etiã particularẽ per centum annos in quatuor caſibus enarratis in.l. fi. C. de ſacroſan.eccle.in alijs aũt præſcribitur contra eam iure priuatorum. Balbus in.3.par.5.par.q.1.cõmunem dicit. d.l. fi.non dicitur correcta per auth. quas actiones.C.eo.tit. quo ad ciuitatem, ſed ſolùm quo ad eccleſias, vel monaſteria,ac pia loca.Coua.in.d.c. poſſeſ. par.5.§.2.nu.9.ver.primum. cõem dicit,reprobata opinione Boe.deci.264 nu.25.qui dicebat contrariam cõem, ſentiens.d.l.fin.in totũ eſſe ſublatam.

308 Amplia iſtã cõmunem ad caſtra,ac paruã villã, dũmodo habeãt multitudinẽ. Balbus ibi. quæſt.2. cõem dicit.

309 Præſcribitur contra conditionem ex canone,reintegrande.per triginta annos,ſicut & ipſa cõditio durat. Balbus.in.4.par. 4.par.q.24. cõem dicit.

310 Præſcribitur contra remedium.l.2. de reſcin.ven. per triginta annos.Idẽ ibi.quæſt.26.communem dicit.

* §.De iure regio hęc actio nõ durat niſi per quadriennium. l.4.tit.7.li.5.or.

311 Præſcribitur vtile dominium feudi contra priuatum, præſcriptione triginta vel quadraginta annorum. Pariſi. conſi.1.num.123. vo.1. communẽ dicit ex Feli.in cap.ad audientiam.de præſ.& deci.Neapoli.Matthæi.254.& Roma.conſi.166.

312 Præſcribitur ſeruitus perſonalis per quadraginta annos. Balb. de pręſ. in dict.quęſt.26.communem dicit.

313 Nota, ꝙ ſeruitutes habẽtes cauſam continuam quando ad eius vſum nõ requi-

requiritur continuum factum hominis, licèt à principio requiratur præſcribuntur inter præſentes per decem annos, & inter abſentes per viginti. Idem Balbus.in.2.part.4.par.quæſt.1. communem dicit.

314 Seruitutes habentes cauſam continuam in propoſito licèt naturaliter ſint diſcontinuæ, quibus poteſt quis vti quando voluerit, vt eſt itineris, vel viæ, perduntur per decem annos inter præſentes, & per viginti inter abſẽtes. Si tamen habeant cauſam diſcontinuam hebdomadarum, vel dierum ex forma conſtitutionis perdũtur per viginti annos tam inter præſentes, quàm inter abſentes. Balbus de præſ. in.3.part.4.par.quæſt.1. num.1.communem dicit.

315 Limita iſtam vltimam communem opinionem in ſeruitutibus perſonalibus, in quibus non conſideramus interualla temporis, nec diſtinctionem prædictam. Balb.ibi. quæſt.6.communem dicit.

316 Seruitus diſcontinua requirens factum hominis, cõſtituitur, probatur, & præſcribitur allegato titulo ſeruitutis, ac probata poſſeſsione decennali inter præſentes, ac vicennali inter abſentes, & præſumitur titulus allegatus licèt aliter non probetur cum ſciẽtia ac patientia aduerſarij. Balb.in.2. par.4.par.quæſt.1. communem dicit num.3.& in nu.1.dicit quòd requiritur etiam bona fides & dicit etiam cõmunem. tamen Cur.Iun.cõſ.174.nu. 28.& 38.dicit communem cõtrariam immo quòd in iſtis ſeruitutibus habẽtibus cauſam diſcontinuam non requiritur tantũ tempus de cuius initio non ſit memoria hominum: approbata gloſ.la grande. de ſerui. ff. in.l.ſi. Sed tamen dictam communem opinionem ex gloſ. intellige cùm non adeſt titulus, ſi tamen allegetur titulus, procedit noſtra communis. quod nota.

317 Nota quòd ſcientia ac patientia requiritur in præſcriptione iurium incorporaliũ. Couar.in re.poſſeſſor.de reg.iu.li.6.part.2.nu.8. communem dicit ex.l.2.C.de ſerui. & aqua. & Inno.in cap.2.de in integ.reſti.

318 Fallit primò in præſcriptione iſtorum iurium immemoriali. Balbus.in dict.quæſt.1.nu.14.communẽ dicit.

319 Fallit ſecundò in habente titulum ſeruitutis conſtitutæ à tertio, qui putabatur dominus, quia non requiritur ſcientia ac patientia veri domini, ſed ſufficit tempus ad inſtar rerũ corporalium. Balbus ibi.nu.15.cõem dicit.

320 Fallit tertiò in præſcriptione libertatis, cùm res de facili reuertatur ad ſuam naturam. Coua.in.d.reg. poſſeſſor.in.d.nu.8.verſ.ſententiam. cõmunem dicit ex.l.ſi partem.§.ſi per feudum.ff. quemadmo.ſerui.amitta. & c.ſi terra.de priui.

321 Præſcribuntur ea, quæ competunt de iure gentium per tempus, de cuius initio non eſt memoria hominũ non eſt in contrarium. Balb. de præſ. in.3. par.5.par.q.6.communem dicit.

322 Præſcribuntur decimæ prædiales in partem, licèt non in totum. Balb. ibi.quæſt.7. communem dicit. Contrarium, immo quòd nulla conſuetu

do

do poteſt introduci per laicos, quòd non ſoluant integram decimam, dicit commune Curtij in cap. fi. de conſue. Sed pro concordia dic vt per Bel. lo. conſi. 55. per totum. vbi videtur innuere, quòd opinio Balbi habet locũ in præſcriptione, de cuius initio non eſt memoria, Curtij autem de alia minori. Quam ſic probat. Nulli dubium eſt, quòd per Romanum pontificem poteſt concedi, vel dando priuilegiũ, vel approbando conſuetudinem, vt minùs decima ſoluatur ex gloſ. in c. à nobis. el. 1. de deci, & ibi docto. & Abbas dicit hoc indubitatum in cap. in aliquibus. de deci. & Deci. cõſ. 147. & conſi. 113. & hæc communis opini. vt per Bello. ibi: & cõſuetudo, de qua non extat memoria in contrarium, habet vim priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quoti. & æſti. & cap. ſuper quibuſdam. de verbo. ſigni. & ibi Panor. & Feli. in cap. accedẽtes. de præſcri. & Barba. conſ. 41. vo. 1. & in conſi. 45. vo. 2. ergo & conſuetudine poteſt introduci, vt minùs decima ſoluatur. & hoc tenet Alexand. conſ. 6. vo. 1. vbi dicit hanc eſſe magis communem opini.

323 Amplia iſtam communem ad laicos, qui poſſunt pręſcribere per tantũ tempus, quòd nõ ſit memoria hominum in contrarium ius percipiendi decimas, allegato titulo cũ poſſeſsione dicti temporis. Pyrrhus in conſue. Aure. de poſſeſſorijs iudicijs. cap. 2. in fi. magis communem dicit, ſine titulo cùm ſint incapaces, nõ pręſcribũt, vt per plura docet noſter Coua. in reſo. cap. 17. li. 1. nu. 6. ex Io. Mo. in capit. 2. de præben. in. 6. Et nota in hac materia, cùm per concilium Lateranenſe ſit toleratum laicis vt percipiãt decimas, qui ante illud concilium ſoliti erant percipere, probata poſſeſsione immemoriali, dicitur probatum ſufficienter ante concilium Lateranenſe percepiſſe. Couar. in cap. poſſeſſor. de reg. iu. in. 6. par. 2. §. 3. nu. 9. verb. tertiò fortiùs. communẽ dicit ex docto. in c. cum apoſtolica. de his quæ fi. à pręl. §. Nota iſtam communem cum cũ pręcedentibus ad intellectum. l. 1. tit. 7. li. 1. ordi. ibi. O en los otros lugares q̃ antiguamẽte ſuelẽ tener los legos.

324 Præſcribitur cõſuetudo, quę eſt cõtra ius, vel pręter ius de iure ciuili per decem annos, de iure autem canonico ſi eſt contra ius, requiruntur quadraginta anni, ſi pręter ius, decem anni. Balbus đ pręſ. in. 5. par. 5. par. quęſt. 12. communem dicit.

325 Pręſcriptio non procedit cum titulo nullo. Cur. Iuni. conſi. 185. num. 3. communem dicit.

326 Item non pręſcribitur contra hęreditatem iacentẽ, etiam ſi ſit vſucapio. Balb. in. 6. par. in prin. in caſu. 25. communem dicit.

327 Item non præſcribuntur ea quæ ſunt merę voluntatis, vt ire ad molendinum, vel ſimilia. Balb. in. 4. part. 5. part. q. 5. communem dicit. pro qua eſt text. in. l. qui iure familiaritatis. ff. de acqui. poſſeſ.

328 Limita, ſi interuenit prohibitio, quia tunc per tempus longiſsimũ pręſcribuntur. Idem ibi. q. 6. communem dicit

cit ex gl. in.l.qui luminibus.ff. de ſerui.vrba.prædi.& Coua.in.d.reg.poſſeſſor.in.2.par.§.4.nu.6.

329 Amplia iſtam limitationẽ ad actus negatiuos,qui pręſcribũtur à tempore prohibitionis.Bello. conſil.1.nu.15. cõmunem dicit.de qua per Alexã. in conſ.136.vo.2.& Guido.deci.penul.

330 Pręſcribi non poſſunt alienari prohibita.Ripa in.l.filiusfamilias.§. diui. ff.de leg.2.communem dicit.

331 Limita & intellige iſtam communem vt non procedat in præſcriptione longi temporis viginti annorum cum bona fide.Balb.in.5.par.5. par.q. 4.communem dicit.

332 Limi.ſecundò in præſcriptione immemoriali,ſi ius non reſiſtat in prohibitione alienationis in certas perſonas.Bello.cõſ.46. nu.7. communem dicit ex Bar. in.l.fi.C.ex qui.cau. non eſt nece.in integ.reſtitu.

333 Item non præſcribuntur legata per hæredẽ,cùm teſtator ſuſtulit præſcriptionem.Barba.conſ.22.vo.4.& cõſi. 51.vo.1.Ioan. Duran.in arte teſtan.tit. 6.cau.31.communem dicit.

334 Item pręſcriptio non cadit inter ſocios,etiam per longiſsimum tempus, quin teneantur diuidere.Balbus in.4. par.4.par. q.13. communem dicit de qua in verb. diuiſio. nu.99. & intellige iſtam per illam.99.

573 Prouiſio ordinaria generalis legis non tollitur per prouiſionem ſpecialem hominis. Bello. conſ. 22. nume. 3. communem dicit ex gloſ. in l. 2. C. de iu. emphy. & Iaſ. ibi. nu m. 176. & 177. & Deci. in l. credito. ff. ſi cert. petat. Secus tamē ſi ſit extraordinaria, quia ceſſat per prouiſionem hominis. Idē Bello. ibi. nume. 5. communem dicit. Exemplum primi caſus, quia ſi in locatione eſt prouiſum circa non faciēdam diminutionem penſionis propter caſum fortuitum, non ceſſat generalis diſpoſitio circa intereſſe locationis.

574 Pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates in materia ſubſtitutiōis fideicōmiſſariæ. Curti. Iuni. in conſ. 128. nu. 6. communem dicit.

575 Pubes maior factus, poteſt teſtificari de his quæ vidit ante pubertatem. Cagno. in l. fœmina. §. fi. nu. 23. ff. de regul. iur. communem dicit. etiam Couar. in reg. poſſeſſor. par. 2. §. 3. num. 8. de reg. iu. in. 6. ex Feli. in c. vlti. de ſenten. excommu.

* §. Concor. cum l. 9. tit. 16. par. 3.

576 Pubertati proximus dicitur vir, qui

V 2 eſt

eſt decem annorũ cum dimidio, fœmina autem nouẽ cum dimidio. Iaſ. in l. properandum. §. & ſi quidem. nu. 11. C. de eden. communem dicit.

§. Hanc ætatem exprimit l. 18. tit. 1. par. 7. ad hoc, quòd ſi cõmittens delictum ſit minor iſtius ætatis, non debeat puniri.

577 Publicatio cauſæ poteſt fieri ab alio iudice ſuccedẽte in officium primi iudicis, & nõ ab alio. Ripa in l. apud. nume. 32. C. de eden. communẽ dicit.

578 Publicatio in cauſa non eſt de ſubſtantialibus iudicij, ſed de ordine iuſtitiæ. Sebaſtia. Vanti. de nulli. proce. §. de nullitate ſententię. num. 40. communem dicit ex Innocen. in c. cùm I. & A. de re iudi. & vi. Petrum Nuni. de Auendaño in reſpon. 1. nu. 5.

579 Publiciana requirit poſſeſsionem vacuam ſicut & vſucapio. Præpo. in cap. reintegranda. 3. quæſtio. 1. communem dicit.

580 Puella, cui pater aſsignauit certum quid, & præcepit vt cum illo eſſet cõtenta, poteſt petere ſupplementum legitimæ. Boe. deciſ. 3. num. 10. communem dicit.

581 Pupillus ex propria ſignificatione vocabuli non dicitur decedere inteſtatus, ſecus ex communi vſu loquendi. Boe. in conſue. Bitu. in rub. des coſtumes cõcernens les teſtamens. §. 4. communem dicit ex Bar. 138.

582 Purgatio moræ non admittitur in caſu legis. ſi quis maior. C. de tranſactio. deci. 453. num. 11. communem dicit.

Q

1 QVALITAS quando eſt fundamentum intentionis, nõ ſolùm ſufficit probare intentionem, ſed probanda eſt qualitas. Curti. Iuni. conſil. 124. nu. 11. communem dicit.

2 Qualitatem paupertatis vel diuitiæ allegans, debet probare. Coua. in c. 6. reſo. li. 2. num. 2. communem dicit ex gl. in l. ſi verò. §. ſi pro rei qualitate. ff. qui ſatiſ. cogan. & Are. in l. maritum. ff. ſolu. matri. de quo in verbo, Probatio. nume. 398.

3 Quarta, quæ debetur arrogatis, non eſt aucta vſq; ad trientem, quæ debetur legitimis & naturalibus. Iaſ. in l. ſi arrogator. num. 53. ff. de adopti. communem dicit.

4 Quartæ duæ deducuntur ex legato facto eccleſiæ, in qua electa eſt ſepultura vna pro eccleſia parrochiali, altera pro epiſcopo, & prius dãda eſt parrochiali. Coua. in d. c. vlt. de teſta. nu. 7. communem dicit ex Barba. ibi.

5 Quartæ deductio tranſit ad hæredes. Bal. cõſ. 282. & 377. vol. 3. Io. Durã. in arte teſtã. ti. 5. cau. 31. cõmunem dicit.

6 Quarta, quæ debetur epiſcopo ex legatis, non debetur, quando teſtator mandat Sẽpronio, vt in pios vſus centum diſtribuat, ſi ipſe in ornatum eccleſiæ vel fabricæ hæc centum conſumit, cùm & ipſe teſtator videatur & diſtributionem facere. Couar. in d. c. vlti. nu. 1. communem dicit.

7 Querela inofficioſi teſtamẽti ſolùm habet locum, quando filius eſt exhæ-

redatus

redatus expreſſa cauſa, quam hæres probare nequit. Iaſ. in auth. ex cauſa.C.de libe.præte.nume.18. & Vigli. de inofficioſo teſtam. Inſti. in principio.nu.4. cõmunem dicũt. quia aliàs teſtamentum eſſet nullum quo ad hęredis inſtitutionem. Quod nõ placet Viglio, dicẽti actionem inofficioſi teſtamenti minimè eſſe taxatam ad ſolam hanc ſpeciem. & contra cõmunẽ adducit.l. ſi quis teſtamẽto.§.legis. C. eo.ti.quem vide.

R.

1 RATIFICATIO nõ poteſt fieri in prẹiudiciũ tertij.Curti.Iuni. conſil. 76.nu.6. & Deci. conſil. 247.num.5.communem dicit.

§.Fallit in emptione rei alienæ facta cũ bona fide, ſi res pereat, põt dominus rei ratificare cum damno emptoris.l.54.tit.5.par.5.

2 Ratificatio debet fieri eo tempore, quo actus principalis debet fieri,&ſic tẽpore habili ad hoc ꝙ valeat. Anto. Gome.in.l.45.Tau.cõmunem dicit nu.53.ex Alex.in.l.1.C.qui admit.

3 Ratio vnica ſtatuti habetur pro expreſſa.Cur.Iuni.conſ.107.nu.6.communem dicit.

4 Et ſic quãdo vnica tãtũ ratio poteſt elici ex diſpoſitione, illa diſpoſitio regulatur ſecundùm illam rationẽ.Deci.in.c.ſuggeſtũ.de appel.nu.1. cõem dicit ex Panor.& moder.ibi.

5 Rationum librum mercator tenetur edere ad fundandam intẽtionem actoris.Io.à Ripa in.l.1.C.de edẽ.n.8. cõem dicit.Et intelligit in mercatoribus matriculatis ac iuratis,qui dicunt ſuccedere in locum argentariorum.

6 Raſura, vel vitiũ ſcripturæ circa ſubſtantialia inſtrumẽti,vitiat inſtrumẽtum:in alijs autem vitiat ſolũ caſum, in quo eſt raſura. Anto.Gome.in.d.l.45.nu.145.Tau. cõem dicit ex gl.in.l.fi.C.de edi.diui Adria. & docto. in.c. fraternitatis.de hæreticis.

7 Nota, ꝙ ſi raſura, vel cancellatio eſt correcta per notarium conſtruẽtem ſcripturam,non vitiat inſtrumentum raſura.vt tenet Bal.in.d.l.fi.tamẽ iſta correctio debet eſſe in dicta ſcriptura,& ſub eius ſigno, & non ſufficit ꝙ fiat in margine. Gome. ibi.num.146. magis communem dicit ex Bal.in.l. ſi vnus.C.de teſta.

8 Raſura in litteris principis confirmationis vel iuſtitiæ,iudicatur ſicut raſura facta in alio inſtrumento. Alcia.in deciſ.453. nu.4. communem dicit ex Sali.in.l.maiorem.C.ad.l.Cor. de fal. & Inno. in.c. ex literis. de fide inſtru. per.c.accedens.de crimi.fal.

9 Reſcindens & reſciſſorium iudiciũ ſimul in eodem libello cumulari poſſunt.Ioan.Mauri.in tracta.de reſti.in inte.c.9.communem dicit.

10 Recognitio teſtium ſubſcriptorum in ſcriptura priuata ſine comparatione literarum tertio non prẹiudicat,niſi ſimul ambo concurrant. Aimõ de antiqui.in.1.par.nu.70.fo.48.communem dicit ex Bar.in.l.admonẽdi. nu. 177.ff.de iu.iuran.vbi videtur Iaſ. contrariari Bar.& dicit magis cõem contrariam

trariam,ꝙ ſi ſcriptura ſit ſubſcripta tribus teſtibus,& non à parte,ꝙ ſi teſtes recognoſcant ſuas ſubſcriptiones, & deponant de præſentia quando fuit ſubſcripta, ꝙ non ſit neceſſaria comparatio,ſed ſolùm ſufficiat recognitio.Et licèt Aimon dicat non eſſe magis communem,tamen intelligit primam in præiudicium tertij,& ſecundam quando agitur contra obligatũ. Quod notatur in nu.55.&.70.& 71.

11 Reconuentio habet locum corã iudice prorogato.Maran.in ſpecu.Aure.par.4.diſtin.6.nu.14. communem dicit. Sed ipſe diſtinguit hanc cómuné. Aut prorogatio fit ex ſummiſsione,quia maior vel par ſe ſummittit iuriſdictioni inferioris,vel paris, conueniendo aduerſarium, & poteſt reconueniri. Aut de conſenſu partium renuntiatur foro, iuxta.l.ſi conuenerit. de iuriſdi. omni.iud.ff.& tunc non fit reconuentio.

12 Nota,ꝙ reconuentio non fit coram iudice delegato electo de cóſenſu partium. Gomezi.in.c. diſpendia. nu.33. de reſ.in.6.communem dicit.

• §. Contrarium videtur determinatum per.l.20.tit 4.par.3. Sed rectè intuenti illa lex non contrariatur communi,immo.l. debet intelligi,quãdo ab vna parte impetratur iudex per rationem.l. Papinianus in fi.C. de ſent. quia non debet dedignari habere iudicem contra ſe, quem elegit pro ſe. Cùm autem de conſenſu ambarum partium fuit electus, nimirum ſi non habeat locum reconuentio. vt per Panormita.in.c.1.de mu.peti.& coincidit cum diſtinctione poſita in cómuni præcedenti.

13 Reconuentio non habet locum coram arbitro. Marã. in.d.4. par.diſtin. 6.num.12.communem dicit per rationem.d.l.Papinianus.

14 Reconuentio non habet locum coram iudice appellationis. Maran. ibi. nu.15.communem dicit. Quam intelligit,ſi appellatio eſt poſt ſententiam, ſecus ſi ante litem conteſtatam ab aliquo articulo.ex Panor. in.c.1. de mutu.peti.& ſecundò intelligit in appellatione iudiciali,ſecus in extraiudiciali:quia cùm iudex appellationis aditur, principaliter procedit reconuentio.ex Specul.de renun.§.nunc dicamus.

15 Reconuentio quando officium iudicis imploratur, principaliter habet locum,ſecus tamen ſi incidẽter iudex aditur.Maran.ibi.nu.27.communem dicit. Et limitat primam partẽ in actibus extraiudicialibus, vt in apertura teſtamenti, vel in inſinuatione donationis.ex Bal. in.c.1. col.fi. de contro. feu. apud pares. Ex quibus infert, ꝙ cùm rex cognoſcit de violentijs factis per eccleſiaſticos, ꝙ in talibus violentijs non habet locum reconuentio, cùm non principaliter imploratur officium regis, ſed incidenter per viam extraordinariam.

• §.Nota iſtam communem ad intel le.l.5.tit.1.lib.2.ordi.

16 Reconuentio ad hoc quòd pari paſſu de ea cognoſcatur & terminetur, requiritur quòd fiat ante litem conteſtatam.Maran.ibi.nu.5. communem dicit

dicit ex gl.in cle.ſæpe.§.verũ.in verb. Exordio.de verbo ſigni.

17 Rector vniuerſitatis non poteſt eligi niſi ſit clericus. Soci. in.c.1. de foro competen.decla.14.num.17.communem dicit.

18 Recuſatio ita ſuſpendit iuriſdictionem iudicis ſicut appellatio. Anto.de Tremo.in addi.ad Bona. in pra.excepti.in rub.de recu.in fi.cõem dicit.

19 Nota, quòd recuſatione legitima interpoſita, acta facta per iudicem recuſatum ſunt ipſo iure nulla. Sebaſtia. Van.de nullita.proce.ver.de defectu iuriſdictionis ordi.num.140.communem dicit.

20 Recuſationis cauſa neceſſariò minimè eſt inſerenda, ſed ſufficit dicere iudicem ſuſpectum cum iuramento.de iure ciui.communem dicit Couar.in q.pract.c.26.nu.6.ex gl.in l.apertiſsimi.C.de iudi.& Panor.in.c.ſiquis cõtra.nu.12.de fo.compe.

§.Concordat cum.l.1.ti 5.lib.3 ordi. &.l.22.tit.4.par.3.

21 Recuſationis exceptio proponenda eſt ante litis cõteſtationem. Coua. ibi.nu.2.communem dicit ex gloſ.in c.paſtoralis.de excepti.in verb. poteſtate.& gloſ.in.c.inter monaſterium. de re.iudi.

22 Reductio ad arbitrium boni viri in laudo poteſt peti vſque ad triginta annos.Præpo. in.c.à iudicibus.2.q.6. & Balb.de præſcri.in.4.part.4. par.q. 33.communem dicit.

§.De iure regio per.l.35.tit.4.par.3. intra decem dies tenetur reclamare, aliàs ſententia arbitri tranſit in rem iudicatam.

23 Nota, ꝙ in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri nõ fit apellatio. Caro.Molin.in addi. ad Alexan. conſil. 106. vo.3. magis communem dicit ex Bar.in.l.1.C.vbi & apud quem.& hãc etiam dicit magis cõmunem Couar. in reſolu.lib.2. c.12.nu.5.ver. primum ſi autho. Sed contrariam, quòd admittatur appellatio, communem dicit Francus in rub.de re.iudi.in.6.nu. 17.& hanc magis communem dicit Alexand.in.d.conſil.16.& hanc dicit Coua.veriorem de iure.

§.De iure regio approbatur hęc vlti.per.l. vlti. de Madrid.vbi permittit appellationem, vel ſi ſit confirmata vel reuocata ſentẽtia arbitri. Item ex d.l. vlti.& diſpoſitione noua de qua in curijs de Toleto de anno domini. 1539.nu.8.quę declarauit habere etiã locum in ſententia arbitrorum, quòd poſsit demandari vt in executionem procedatur, eliditur.d.l.35.vbi appellatio prohibetur à ſententia arbitri, ex Bar.& Bal.in.l.1.C.de arbi. quæ cõcordat cum.d.l.35.vbi dicit, ꝙ ſi ex forma ſtatuti ex ſentẽtia arbitrorum oritur actio, etiam victo non emologante & contradicente, tunc bene poteſt appellari à ſententia arbitri. & idem tenet Abbas in. c. cùm dilectus. col. 7.&.8. de arbi. ſed cùm ex. d.l.vlti. & ex diſpoſitione noua oriatur actio, nimirum ſi ab ea poſsit appellari.

24 Nota, ꝙ reductio ad arbitriũ boni viri, vel appellatio à ſententia arbitri eſt proponẽda ad iudicẽ ordinarium, coram quo cauſa eſſet ventilanda, ſi

 non

non fuerit compromiſſum. Alex. cōſi. 131. vo. 2. quem refert Coua. in reſolu. li. 2. c. 12. in princip. communem dicit. & hanc communem limitat Panor. in c. quintauallis. de iureiurand. quando ex forma ſtatuti ſententia arbitri vel arbitratoris poteſt mandari executioni. Sed tamen contra Panor. tenet Pau. & Sali. in. l. 2. C. vbi & apud quem. & alij, quos refert. d. Couar. in verb. primò etenim. quem vide, quia ſe reſoluit contra Panor.

* §. De iure regio per. l. 23. ti. 4. part. 3. ſublata eſt hæc cōtrouerſia, vbi diſponitur, ꝙ reductio ad arbitrium boni viri eſt tractanda per iudicem ordinarium, vbi ſentētia eſt prolata. ibi. De los juezes del lugar do lo tal acaecieſe. Et ad hoc notat illam legem Auēdaño de exequē. māda. reg. c. 1. nu. 17.

25 Regula generalis, quæ generaliter debet intelligi, reſtringitur ex qualitate exceptionis, & ſic legata penu, excepto vino, quod eſt Romæ, ſolùm cenſetur legata penus quæ eſt Romę, Coua. in. c. 5. li. 2. reſo. num. 5. communem dicit, ex Alex. conſil. 36. vol. 6. & Feli. in. c. quoniam frequenter. vt lite non conteſta.

26 Rei vendicatio competit contra ciuiliter poſsidentem. Ioan. Cotaſ. in. l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 27. ff. de acquirend. poſſeſsio. communem dicit.

27 Amplia etiā cōtra ſimplicē detentatorem. Idem ibi. nu. 30. cōmunē dicit.

28 Nota, ꝙ ſi rei vendicatio intentetur contra aliquem, qui tempore ſententiæ ferendæ non poſsidet, actor pronunciabitur dñs, & abſoluetur reus, & virtute iſtius declarationis auferetur à reo, ſi inuentus fuerit poſsidere. Iaſ. in. d. §. nihil commune. nu. 132. & 140. communem dicit.

29 Relictum filio mariti, non habita mētione patris, nec patriæ poteſtatis, intelligitur factum intuitu filij, & nō patris. Bertrandus in. l. hac edictali. nume. 13. C. de ſecun. nupti. communem dicit.

30 Relictum filiæ ſi nupſerit centum, & ſi non quinquaginta, ſi ingrediatur in monaſterium, habebit cētum. Deci. conſ. 64. Ioan. Durā. in arte teſtan. tit. 6. cau. 64. Deci. conſ. 419. communem dicit.

31 Religioſus etiam nō de minoribus, non poteſt teſtari, nec reuocare teſtamentum antea factum. Ludo. de Gozą. conſi. 41. nu. 17. communem dicit, reprobato Bart. in. l. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ. ex Panor. & Deci. in. c. in præſentia. de proba.

32 Religioſis poteſt induci durior vita ſecundùm regulam & ordinem. Panor. in. c. ad noſtram. nu. 4. de appel. communem dicit. & Deci. nu. 6. licèt veriorem dicat contrariam.

33 Relegato reſtitutio eſt concedenda. Cur. Iuni. conſil. 182. num. 15. communem dicit.

34 Remiſsio delinquentis ad locum delicti, debet fieri ad petitionem iudicis delicti. Couarru. in quæſtio. practi. c. 11. num. 5. in fi. in verb. quarto: communem dicit, ex Bar. Bal. & alijs in. l. 1. vbi de crimine agi. opor. & Anania in cap. 1. de rapto. & vi. de iſtis remiſ-

ſionibus

ſionibus plenè per. Coua. ibi ad intellectum.l.1.&.2.tit.17.li.8. ordi.& vi.in verb. Delinquens.nu.68.vbi plenè.

35 Fallit in vagabundo, quia non eſt remittendus. Coua.in dict.cap.11. nu. 7. communem dicit ex Ana.& Cal. in cap.1.de rapto. & Gui.quæſt.202.licèt ei non placeat.quem vide.

36 Fallit in criminibus leuibus, vbi nõ eſt imponenda pœna afflictiua corporis. Idem Couar.ibi. verſ. octauo. communem dicit ex Calde. in cap.1. de rapto.& Collecta.in cap. poſtulaſti. de fo. competen.& Deci. Cape. Tholo. quæſt.319.

* §.Concordat cum dict. l.2. titul.17. li.8. ordinamen.

37 Nota, quòd fur, qui ad alium locum fugit, non eſt remittendus ad locum delicti per illum iudicem, vbi inuentus eſt. Coua.in quæſt.prac. capitu.11. num.9.communem dicit. ex Bart.in l.ſi dominum. ff.de fur.& Boe. deciſ. 13. num. 47.

38 Remiſsio in crimine hæreſis nõ fit. Couar. in dict. cap.11.in fi.communẽ dicit ex Guido.quæſt.202.& illam intelligendam dicit, quando non fuit requiſitus iudex vbi fuit inuẽtus, vel ſi ibi hæreſim priorem proſequutus ſit, ſecus tamen ſi commiſſo crimine recedit, quòd ſi petatur, ipſo delictũ non repetẽte, debet fieri remiſsio ex glo.in cap.vt commiſsi.de hære.in.6. & Cino.in.l.1.C.de ſumma trini.

39 Renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ tempore cautionis emiſſa, eſt nulla. Alex.conſil.35.vo.1. communem dicit, quem refert & ſequitur Couarru.in reſo.capit.4.num. 3.li.2.reſo.

* §.De iure regio contrarium inuenitur per.l.9.ti.1.par.5. Vnum tamen nota in practica, quòd licèt ſit verum, q̃ renuntians exceptioni non numeratæ pecuniæ non poteſt excipere, agere tamen poteſt, dicendo pecuniam non ſolutam. vt notat Imol.in cap. vlti.de ſolu.ad fi.& Feli.in cap. ſi cautio num. 49. de fi.inſtru.& Couarru.in dict.num.3.quod nota.

40 Renuntiatio omnium caſuum, per quos reuocatur donatio, nõ valet. Rube.conſ.94.communem dicit.

41 Renuntiatio reductionis ad arbitriũ boni viri, vel appellationis in cõpromiſſo non operatur contra enormiſſimam læſionem. Cur.Iuni.conſi.79. num.4.communem dicit.

42 Renuntiatio facta in iudicio, tollit ius conditionale. Io.à Ripa.in.l.conditionis. num. 16. C. de pactis. communem dicit.

43 Amplia ad renũtiationem iuratam. Idem ibi.num.17. communem dicit.

44 Renuntiatio generalis cum iuramẽto operatur circa legitimam. Idem Ripa. in li. primo reſpon. 6. num. 8. communem dicit.

45 Amplia ad renuntiationem bonorum paternorum cũ iuramẽto. Idem ibi. num.13. communem dicit. Contrariam dicit communem Boe. deci. 3. Sed tene primam, quia plures ſunt tenentes eam.& vi.Coua.in cap.quãuis pactum. de pact. in. 6. part. 3. §. 3. nume. 3.

46 Renuntiatio generalis poſt expreſ-

ſionem aliorum caſuum valet, & cõprehendit alios non expreſſos.glo.in l.3.in fi.tit.2.par. 5.communem dicit ex Sali.in.l 1.C.commo.

47 Renuntiare licèt poſsit quis iuri ſibi competenti, & ſic poſſunt ſtatuentes renuntiare & agere contra ſtatutum, quod in eorum fauorem eſt conditum, etiam confirmatum per romanum pontificem ex tex.& Abba. in capitu.cùm acceſsiſſent. de conſti. Si tamen ſtatutum habet decretum irritans, quicquid actum fuerit, non poſſunt contrauenire. Couarruui. in dict. capitu.quanuis pactum.num.6. par.2.§.2.communem dicit ex glo.& ibi Abb.Anto.& Feli.& Deci.in.d.c. cùm acceſsiſſent.de conſti.

48 Renuntians beneficio in manibus prælati, poteſt pœnitere antequam alteri facta ſit inſtitutio. Boer. deciſ. 350.nu.5.communem dicit.

49 Renuntiatio facta per metum, non eſt nulla.Io. de Selua. de benefi. part. 3. quæſt.32. num.3. communem dicit ex gloſſ. & ibi Abba. in capitu. ad aures.quod me.cauſa.

50 Repreſaliæ poſſunt concedi contra clericum debitorem.Gui.papa.deciſ. 34.communem dicit.

51 Res legata non cenſetur hypotheca ta, ſed ſolùm aliȩ res teſtatoris pro ipſa re legata. Ang. in.§.1.num.5. Inſti.de leg.communem dicit.

52 Reſcriptum ad beneficia poteſt quis impetrare ꝑ alio abſq; mãdato.Ripa. in.c.ad aures.de reſ.nu.35.cõem dicit.

53 Reſcriptũ ſecundũ nõ faciens mẽtionẽ de primo, nõ eſt ipſo iure nullũ, ſed venit anullandũ ope exceptionis. Panor.in.c.cȩterũ.n.5.de reſ.cõem dicit.

54 Reſcriptũ impetratũ ad obſeruãtiã iuris cõmunis cõtra habentẽ priuilegiũ cõcernẽs merita cauſȩ, nõ tenetur facere de priuilegio mẽtionẽ. Panor. in.c.cùm ordinem.de reſ.cõem dicit.

55 Reſcriptum ſi dicitur ſubreptitium, non ſufficit ſolùm de ſubreptione excipere, ſed requiritur quòd excipiens appellet.Panor.in dict.cap.cæterum. nu.9.de reſ.cõmunem dicit.

56 Reſcriptum principis nouas ac inſolitas clauſulas continens, præſumitur falſum, & non venit exequendum. Io. Nico.in additioni. ad Alci.in tracta.de præſumpti.reg.2. præſum.3.in fi.communem dicit.

57 Reſcriptũ impetratũ cõtra ſpoliatorẽ tranſit ad ſucceſſorẽ ſingularẽ, qui ſcienter ſucceſsit in vitiũ. Frã.de Are. in.c.quia.v.de iudi.nu.8. cõem dicit.

58 Reſcripti ſola impetratio ad diuerſos iudices ſine vſu nõ punit.Gome.in.c. diſpẽdia.n.28. de reſ.in.6.cõem dicit.

59 Reſeruatio beneficij finitur poſt collationem factam.

60 Reſtitutio ex capite ignorantiæ poſt quadraginta annos, infra quadriẽniũ competit eccleſiȩ, & pauperibus, reiecta opinione Alexan. dicentis, quòd poſt cẽtum annos competebat. Boe. deciſ.39.num.7.& Bello.conſ.46.nu. 15.communem dicit.

61 Amplia, ad priuatos ex capite ignorantiæ datur reſtitutio contra prȩſcriptionem triginta annorum. Bertran. con.15.vo.1.nu.42.& Cur.Iuni.cõ.57. num.3.& Bal.de præſ.in.4.par.4.par. quæſt.

quæſt.29.communem dicunt.

61 Amplia ad prę́ſcriptionē quadragenariã. Hiero.Cagno.in.l.is qui.nu.6. ff.de reg.iu. & Mauri. de reſtitutione in integ.cap.58. communem dicit ex Alex.con.169.vo.2.Auguſti.autē Bero.in quæſt.8. nu.3. dicit magis cōmunem contrariam,quòd in pręſcriptione quadragenaria non procedat reſtitutio ex Feli.in cap.vigilanti. de pręſ. qui hoc non probat. Et hanc opinionem intentat tenere Mauri.in dict.c. 58.in fi.& Couar. in reg. poſſeſſor.de reg.iuris in.6. part.3.§.3. & hinc inde adducit multa, tandem cōcludit rem eſſe dubiam,& cōcludit cum hac vltima opinione.ex Deci.conſ.29.& Seni.con.82.& Barba.con.41.nu.18.vo. 1.& Soci.conſi. penul. vo.3.& Rube. con.56. & hanc communiorem dicit Tiraq.de retract.lignagi.gloſ.4.§.35. num.47.Nota tamen, quòd licèt inter doctores magna ſit cōfuſio in hac quæſt. in vno tamen omnes conueniunt,quòd lapſis triginta vel quadraginta an. datur quadriennium ad petendam reſtitutionē ex capite ignorantiæ: & cùm hoc tempus ſit vtile, non currit ignoranti,etiam per centũ annos,ſecundum communē opinionem.vt per Aimon. de anti.in.4.par. de præſ.nu.57.ex Decio cōſ.36.&.42. in fi.data probabili ignorãtia.vt ſi inſtrumentũ iuris rei inueniatur penes aduerſarium,quod nunc apparet,vel in loco remoto, quod veriſimiliter credatur petentem reſtitutionē ignoraſſe. quod nota.

63 Limita tam in pręſcriptione quadragenaria, quàm in alia, ſi reſtitutio in integrum petatur pro conſequendo lucro. Iaſ.in.l. poſsideri.§.Labeo.nu. 14.ff de acqui. poſſe.ff.cōmunē dicit.

64 Nota,quòd quadriennium intra qđ eſt petenda reſtitutio, incipit currere à tẽpore læſionis & impletæ præſcriptionis.Balb.de præſ.in.5.par. quæſt. 2.communem dicit

65 Item nota, quòd hoc quadriēnium non currit per vitam prælati alienantis.Idem Bald.ibi. communem dicit.

66 Reſtitutio in integrum tranſmittitur ad heredes hæredis impeditos ex aliqua cauſa non adire hęreditatem ſibi delatam. Rube. conſi.57. num.2. communem dicit.

67 Amplia ad hæredem ab inteſtato. Io.Mau. de reſti.in integ. capitul.288. communem dicit.

68 Reſtitutio in integrum datur hæredi per clauſulam generalem non ſoluenti canonem etiam aduerſum præſcriptionem quadragenariam. Hiero.Cagno.in reg.qui alterius.ff.đ reg. iu.nu.6.communem dicit.vbi vi.bonam diſtinctionem. & vi.in verbo, Emphyteota,nu.115.

69 Item reſtitutio in integrum ex clauſula generali datur contra ſentẽtiam ex ſcriptura de nouo reperta.Cur.Iuni.con.18.nu.1.communem dicit.quã intellige in reo,non autem in actore, vt per Boe.deci.307.& Iaſ. in.l.imperatores.nu.6.ff.de re.iudi.

§.Nota iſtam communem ad ampliationem.l.1.ti.26.par.3.

70 Amplia ad teſtes de nouo repertos. Iaſ.in.d.l.Imperatores.nu.10.communem

nem dicit, quam communem intelli ge in vniuerſitate, eccleſia, ac minore, nã in alijs ſtat regula in contrariũ, de qua per Iaſ. in dict.l. Imperatores. vbi ponit regulam ac limitationes.

71 Reſtitutio eſt neceſſaria, quando petitur, quòd ſẽtẽtia retractetur ex eo quòd fuit lata ex falſis probationibus, licèt ſit tutus exceptione falſitatis. Iaſ. in.l.diuus Adrianus. num. 8. ff.de re. iudi.communem dicit.

72 Nota primò, quòd hęc exceptio vel actio falſitatis eſt proponenda intra quadriennium quod datur ad reſtitutionem in integrum poſtulandã. Iaſ. ibi.nu.30. magis cõmunem dicit.

73 Nota ſecundò, quòd ad hoc quòd competat reſtitutio, ſufficit probare falſitatem teſtium ſine eo, quòd probet corruptelam, niſi petens ad vtrũque aſtringatur. Iaſ.ibi. num.18.communem dicit.

74 Amplia, ſi vtrunq; ponatur in diuerſa oratione, vel quando vnum non qualificat alterum, Iaſ. ibi. num. 22. communem dicit.

75 Reſtitutio conceſſa minori in his, quæ ſunt indiuidua, & connexa, ad conſortes extẽditur. Io. Mau. de reſti. in integ.cap.185. communem dicit.

• §. De iure regio licèt appellatio vnius ex ſocijs proſit omnibus alijs, tamen ſi ſententia retractatur ex reſtitutione minoris habentis rem communem, non prodeſt alijs. per.l.5. tit.23. par.3. quæ videtur eſſe cõtra communem, ſed communis habet locum in caſu, in quo loquitur in indiuiduis ac cõnexis, vt in iure patronatus ac alijs.

76 Reſtitutio in integrum ceſſat in executionibus pœnarum. Mauri. de reſti. in inte.cap.152.communẽ dicit.

77 Reſtitutio in integrum poteſt delegari indiſtinctè. Iaſ.in.l.nec quicquã. num. 82. de offi. procon. Cæla. communem dicit.

78 Reſtitutio in vna cauſa conceſſa circa eandem rem, non poteſt reſtitutio interatò poſtulari, nec eſt concedenda. Io. Mauri. de reſti. in integ.capit. 258.communem dicit.

• §. Notá iſtam communem ad intel. l.18. in ordi. de Madrid, vbi prohibetur reſtitutio minoris ſecundò ad opponẽdum ac excipiendum in cauſa.

79 Reſtitutio non datur cõtra tertium poſſeſſorem non fraudulẽtum. Alex. con.92.vo.1.communem dicit.

80 Reſtitutio ſi alicui eſt facienda de aliqua re, ſufficit, quòd in bonitate intrinſeca ac ſubſtantia non mutata ei reſtituatur. Boe. de.327. num. 11. communem dicit.

81 Reſtitui ſi per iudicem mandetur alicui aliquam rem eam petenti, eò ipſo videtur declarare eſſe illius. Marti. ab Aſpilcueta.in. c.accepta. de reſti. ſpoli. oppo. 5. num. 16. communem dicit ex Iaſ. in. §. omnium. Inſti. de acti. nume. 146.

82 Retractus contractus ſi alicui competat ex conuentione partium tempore non præfinito, præſcriptione triginta annorum tollitur. Couar. in reſo. li.1. cap. 9. nu. 1. communem dicit ex Feli. in cap. cùm acceſsiſſent. de cõſti. num. 27. & Purpu. in. l. petens. nu. 4. C. de pactis, cõtrariam ex pluribus dicit

dicit ęquiorem. Dida. Perez in. l.2.tit. 13.li.3.ordin.col.1248. cum ſequen. ex Alci in rub. de præſ. nu.65.

* §.Nota iſtam communem ad intellectum.l.42.ti.5.par.5.

83 Amplia iſtam communem, etiam ſi in conuentione deductum fuerit, quòd quandocunque etiam in perpetuum poſsit redimere. Couar. ibi cõmunem dicit ex Ange. con.15. & magis communem dicit in nu.6.

84 Nota, quòd licèt in conuentione retractus ſolùm fiat mentio, quòd pars vendens poſsit retrahere, intelligitur etiam de ſuis hæredibus. gloſ. in.l.42. ti.5. par.5 in gloſ. que el vendedor. cõmunẽ dicit ex gl. in. l.2. C. de pa. & vi. docto. in.l. ſi decẽ. ff. de verb. obli.

85 Retractus rei venditæ, qui datur ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, vel conſuetudinis, eſt contra ius commune. Tiraq. de vtroq; retra. lignagier. §.35. nu.8. communem dicit.

86 Retentio non habet locum in actione de dote. Io. de Garro in rub. de ſecun. nupti. C. nu.101. communem dicit ex docto. in.l.1.§. taceat. de rei vxo. acti. C. & Soci. in con.180.vo.2.

87 Reuocatoria non poteſt agi contra tertium poſſeſſorem habentem rem alienatam in fraudem, niſi principalis antea excutiatur. Iaſ. in.§ itẽ ſi quis. nu.67. Inſti. de acti. communẽ dicit.

88 Limita ſi notoriè cõſtat nulla bona habere alienans. Idem ibi. nu.68. cõmunem dicit, vbi ponit regulam & ſeptem limitationes.

89 Rex licèt non poſsit alienare bona regni, vel dignitatis, tamen ſi res ſit modica, valet alienatio. Couar. in c. quanuis pactum. de pactis in 6 num. 4. communem dicit ex docto. in cap. intellecto. de iu. iurãn.

90 Reus ſi actor eſt contumax, & nihil probat, abſoluitur diffinitiuè, quãdo tempus eſt aſsignatum actori ad probandum: ſi autem nullum tempus eſt aſsignatum, abſoluitur ab inſtantia. Iaſ. in. l. properandum. §. &, ſi quidam nu.15. C. de iudi. communem dicit.

91 Amplia iſtam communem intantum eſſe veram, quòd abſolutus reus, quia actor non probauit, ampliùs de delicto illo non poteſt accuſari nec per actorem, nec per alium. Couar. in reſolu. in li.2. cap.10. nu.21. communẽ dicit. & vi. Nico. Boe. deciſ.289. per totam. dum quærit, an poſsit de delicto vnius hominis denuò quæri. & Marã. in ſpecu. aure. part.6. num.96. ſi actor non ſit præuaricatus, vel in fraudem non probauit.

92 Reus exceptionem ſuam probans dubiè, etiam ſi actor plenè probauerit, eſt abſoluendus, quãdo dubia probatio eſt talis, quæ poteſt facere actũ licitum. Iaſ. in. l. nõ ſolùm. §. ſecundũ nu.6. ff. de no. ope. enũ.

93 Reus debet in expenſis condemnari, ſi ſuccumbat, etiam ſi ſententia ſit interlocutoria. Iaſ. in dict. l. properandum. §. ſiue autem. num. 19. communem dicit.

94 Fallit, niſi iuſtam cauſam habuerit litigãdi. Hiero. Cagno. in l. in alterius. ff. de reg. iu. nu.25. communem dicit.

• §.Concor. cum. l.7. tit.22. part.3. per quam declaratur. l.39. tit.2. & l.8 tit.3. par.

par.ea.&.l.6.ti.13.li.2.fo.ll.& vi.in ver. Iudex.num.251.

95 Reus conuictus de homicidio, poteſt ſe iuuare, quòd ad ſuam defenſionem hoc fecerit. Hiero. Cagno. in.l. nemo. num. 4. ff. de regu. iu. communem dicit.

96 Reus inuentus cum aliqua re ſubtracta, ſi res eſſet manſura in loco, vbi inuenitur, poteſt ibi conueniri, aliàs ad ſuum iudicem data ſatiſdatione remittitur. Boer. deciſ. 218. num. 3. & 4. communem dicit.

§. Aliter diſponitur in.l.32.tit.2.part. 3. vbi diſponitur, quòd ſi res mobilis, vel ſe mouens, ſi alicui petatur, quòd ibi reſpondere debet vbi inuenitur, & ſi ſit bonæ famæ ſub fideiuſſoribus iudicium ſiſti & iudicatum ſolui, ſibi redditur, aliàs ſi ſit malæ famæ, detinetur cum re. & vi.l.5. ſtili. Et nota dictum aure. Ange. in.l.2. ff. vi. bo.rapto. vbi dicit, quòd poſſum propria authoritate rocinum meum, qui ſubtractus eſt furtiuè, accipere. de quo per Iaſ. conſi. 20. vo. 3. in principi. quam cauſam habui de facto & obtinui. & vi. Raue. in Alpha. aure. in verb. Fur.

97 Reus opponens ſe in iudicio cũ clauſula, quòd per actus quos facit, non videatur prorogare iuriſdictionem, non prorogat. Io. à Ripa. in cap. cùm m. nu.99. de cõſti. communem dicit. & vi. in ver. Proteſtatio num 555.

98 Rei duo cenſentur, ſi dicant, quòd in ſolidum obligantur, etiam ſi non appareat aliud, per quod videantur velle eſſe duo rei dé bendi. gloſſ. in.l. 10. tit. 12 part. 5. communem dicit ex Bar. in.l.4.§. Cato ff. de verbo. obli. in oppo.6.& Are. ibi. col. 11.

§. Concor. cum. dict.l.10.

99 Nota, quòd medio, auth. hoc ita. de duobus rei. C.&.l.10.ti.12. par.5. poteſt renuntiari. gloſſ. in dict.l.10. in verb. ſu parte, communem dicit ex gloſ. in dict. auth. hoc ita. Et nota dictum ſolenne dict. gloſ. quòd licèt inſtrumẽtum habeat executionẽ paratã, quòd habet locũ remediũ dict. auth. licèt Ang. ibi. teneat contrarium.

100 Rogatus hæreditatem expendere poſt mortem in virgines maritãdas, vel in pauperes, non poteſt illam erogare in vita. Deci. in. l. cùm tempus. ff. de reg. iu. communem dicit. Contrariam veriorem & communiorem dicit Hierony. Cagno. ibi. per totam.

101 Rubrica generalior nigro non reſtringitur per nigrum ſpecialiter loquens, immo ex rubrica generalior oſtenditur nigrum. Cur. Iuni. cõ.107. nu.2. communem dicit.

102 Rubrica generalior nigro poteſt allegari in ſua generalitate. Idem Cur. conſ.65. nu.3. communem dicit.

103 Ruſticus ad hoc quòd poſsit petere reſtitutionem contra contractum initum contra ius, deberet conſulere duos peritos in iure, & nõ ſufficit vnũ. Io Mauri. de reſti. in integ. capit. 88. communem dicit.

104 Ruſticus ac idiota non compellitur reſpondere poſitionibus niſi præſente aduocato. Dida. Perez in.l.1. tit. 3. li.3. ordi. col. 925. communem dicit ex Hoſtien. in capit. dilecti. de iudi.

&

& Bal.in.l.2.in prin.de iura.calumni. & Alexand.in.l.1.ff.de vulga.& pupi. quam intelligit in ruſtico ſimplici, ſecus tamen in ſagaci, quod relinquitur arbitrio iudicis ex gloſſ.in.l.athletæ.§.ruſticis.de exc.tuto. & Iaſ.in.l.ſi quis id quod. num.33. ff. de iuriſ. omni.iudi.

## S.

1 SALARIVM integrum debetur poteſtati mortuo ante finitum officium.Iaſ.in.l. diem functo.num.38. ff.de offi.aſſeſſo. & Iunior nume.29. communem dicunt.

2 Intellige iſtam communem, etiam in poteſtate cuiuſcunque ciuitatis cõducto pro certo ſalario per annum. gloſ.in.l.9.tit.8.par.5.in verbo,corte. communem dicit ex gloſſ. in dict.l. diem functo.

* §.De iure regio ſolùm in poteſtatibus regijs & officialibus domus regię hoc ſtatutum eſt per dict.l.9.

3 Amplia iſtam communem in ſalario aſſeſſoris. Iunior in dict.l.diẽ functo.nu.37.communem dicit.

4 Amplia ſecundò in ſalario doctoris legentis.Idem ibi communẽ dicit.

5 Amplia tertiò in aduocato. Idẽ ibi num.53.communem dicit.

6 Nota,quòd ſi præſidens remoueatur propter culpam ſuam,non perdit ſalarium præteritum, ſed futurũ. Idẽ ibi.communem dicit.

7 Salarium aduocati vel procuratoris pars non petit,ſi gratis officiũ exercuerunt.Boer.deciſ.210.num.5.communem dicit.

8 Amplia in aduocato, qui propriã cauſam proſequutus fuit, quia non recipit ſalarium,ſi vincat.Boe.deciſ.ea. nu.3.communem dicit.

9 Sanctorum canonizatio ſpectat ad Romanum pontificem,& quem ipſe canonizat, venerandus eſt, & non alius. Caſſa. de gloria mundi. part.2. conſi.47. communem dicit ex Inno. & Panor.in cap,fi.de ferijs.

10 Sanioris pars in actibus profanis non requiritur, tamen in actibus eccleſiaſticis ſic. Roch. de Cur. de iure patro.in verb.honorificum.num.92. communem dicit.

11 Scientia & patientia principis non requiritur in præſcriptione, de cuius initio memoria non ſit hominum in contrarium,etiam ſi præſcribatur merum ac mixtum imperium. Secus in alia præſcriptione. Balb. de præſ.par.2.par.5.quæſt.3.communem dicit. & vi.in verb.Præſcriptio.nu.299.

12 Amplia & ſi præſcribantur vectigalia, vel pedagia. Idem ibi quæſt. 4. communem dicit.

13 Amplia ſecũdò ad pedagium, vel vectigal nondum formatum. Idem ibi communem dicit.

14 Nota, quòd in hac præſcriptione ſufficit ſcientia officialis.Idem ibi cõmunem dicit.

15 Scriptura habens plura capitula, poteſt pro parte approbari,& pro parte improbari.Bello.conſi.46. num.11. communem dicit.

16 Scriptu-

16 Scriptura ex archiuo publico probat ſolùm inter ſubditos archiui. Caro.Moli.in conſuetu.Pari.tit.1.§.2.nu. 25.&.26. communem dicit, licèt ſibi non placeat, in num.29. Et contrariam,quòd vbique faciat fidem etiam inter non ſubditos ſcriptura ſumpta ex archiuo publico, communem dicit Aimon de anti. part.1.li.4.num.9. ex Bart. in dict.l.1. C.de ſumma trini. & hæc videtur magis communis. Et intellige de archiuo publico authoritate principis confecto, vt aliàs intelligit Caro.in dict.nu.29.

17 Scriptura campſoris non probat cõtra alium,licèt contra ſe ſic. Sali. in.l. 1.nu.9.C.de eden. communem dicit.

18 Scriptura priuata ad hoc quòd valeat, requiritur ſubſcriptio trium teſtium, iuxta.l. ſcripturas. C.qui potiores in pigno.habe.& teſtes debent eſſe viri, & non ſufficiunt fœminæ. Aimon in tracta. de antiqui. part.1. in verb. propoſitum noſtrum. num. 34.communem dicit.

* §. De iure regio circa primam partem iſtius cõmunis diſponitur, quòd ſufficiát duo teſtes per.l.114.&.119.tit. 18.par.3.& hoc ſentit glo.in dict.l.114. in verb.fue fecha.& Couar. in quæſt. practi.cap.22.in prin:

19 Scriptura priuata probat, etiam ſi manu alterius ſit ſubſcripta de mandato alicuius.Couarru.in dict.cap.22. num.2.communem dicit, ex gloſſ. in cap.2.de fi. inſtrumẽ. cùm deponunt teſtes ſcriptura confecta de mandato Titij ipſis præſentibus. Ripa. in. l.admonendi. num. 105. de iureiuran. ff. nec requiritur in hoc caſu comparatio litterarum. vt not. Imol. in dict. capit. 2. num.8.

20 Nota, quod dictũ eſt quod duo teſtes ſufficiũt iuxta regni legem eſt intelligendum,quando teſtes deponũt de veritate contractus,ſed quando ſolùm deponunt quòd viderint illam ſcripturam priuatam ſubſcribi à Titio,ſunt neceſſarij tres teſtes.Coua.in dict.cap.22. nu.3. cõmunẽ dicit. & ex hac communi poteſt dilui cõtrarietas legis ad opinionem communem.

21 Scriptura priuata,quæ ſubſcripta eſt à teſtibus & à parte ſine comparatione literarum, ſola recognitione teſtium & partis cõprobatur, & valet. Coua.in dict.cap.22.num.4. communem dicit ex Bar.in. l. admonendi.ff. de iureiu.& tunc non ſufficit comparatio literarum ad eius probationem. vt notat Feli.in.c.2.de fi.inſtru.

22 Scriptura priuata à teſtibus ſubſcripta & recognita, licèt à parte non ſit recognita,ſine comparatione litterarum probat. Couarru. ibi in.4. caſu. communem dicit ex Io. An. Hoſti. & Imol.in dict. cap.2. & Iaſ.in rep. l. admonendi.num.88. ff. de iureiuran. contra Bart.ibi. vbi dicebat neceſſariam comparationẽ litterarum, quẽ Couarru. in dict. cap. 22. approbat, quando teſtes non ſe ſubſcripſerunt, quia tunc ſola recognitio non ſufficit, vt tenet Corne. conſil.58. vo.3. & Curti. Iuni. in dict. l. admonendi. num.35.

23 Nota, quòd ſcriptura priuata etiam recognita à parte in præiudicium ter

cij habentis hypothecam poſterio-rem per inſtrumentum publicum non probat, niſi tres teſtes ſubſcripti recognoſcant ſubſcriptiones, & ſint viri, non tamẽ mulieres. Couar. ibi.nu. 5. cõmunẽ dicit ex Deci. in.d. c.2.& vi.l.31.tit.13.par.5.

24 Scriptura priuata comparatione literarũ coadiuuata, ſemiplenam probationem inducit. Couarr. in.d.c.22. nu.6.verſ.cæterum. communem dicit ex Panor.& Feli.in.d.c.2. ſi tamen nullo ſuffragatur adminiculo, nec cõparatione nec recognitione teſtium, præſumptionem, non tamen probationem aliquam inducit. Couarr. ibi communẽ dicit ex Bar.in.d.l.admonendi.& Cur.nu.36.

25 Sentẽtia interloquutoria de neceſſitate minimè in ſcriptis eſt proferenda. Iaſ.in.l.nec quicquam.nu.19.ff.de offi.præ.communem dicit.

26 Sententia ab obſeruatione iudicij licèt ſit interloquutoria, habet vim diffinitiuæ. Coua.in reſo. li.1.c.1.nu.8. cõmunẽ dicit ex Rebuſo. in. l. quod iuſsit.nu.48.ff.de re.iudi.

27 Sententia interloquutoria quo ad partes tranſit in rẽ iudicatam, quo ad iudicem tamen non. Præpo. in.c.1.2. q.1.& Iaſ.in.d.l.quod iuſsit.nu.46.cõmunem dicũt.vi.gl. in.l.2.ti.22.par.3.

28 Amplia, etiam ſi contineat aliquod factum, per iudicem poteſt reuocari. Iaſ.ibi.nu.23.communem dicit.

29 Amplia ſecundò in tãtum eſſe veram communem præcedentẽ, quòd ſi pars in proſequutione appellationis expenſas fecerit, non ſunt ei reſarciendæ. Iaſ. ibi.nu.9.communem dicit. Amplia tertiò in quacunque ſententia interloquutoria, nõ ſolùm circa ordinationem iudiciorum ſiue determinationem & deciſionẽ cuiuſcũque articuli, vel ſi iubeat aliquid dari vel facere. Grego. Lopez in.l.2.tit.22. par.3.in verb. Lo pueda toller. magis communem dicit ex gloſ.in.l.1.C.de ſenten.reſcin. non po.& per.d.l.2. approbatur hæc communis opi.

30 Fallit in interloquutoria, in qua iudex pronunciat non eſſe iudicẽ, quia per eum non poteſt reuocari. Iaſ.ibi. communem dicit.

31 Fallit ſecundò in interloquutoria bis cõfirmata. Aufreri. in addi. ad.q. Tholo.185.ex glo.in cle.fi.in verb.ſuper ea.de appel.& Sicu.& Car.ibi.cõmunem dicit, quia tunc nec per iudicem, nec per partes non poteſt reuocari. Alex.con.99.vol.5.

32 Nota, quòd in reuocatione ſententiæ interloquutoriæ, quæ non infert maximum grauamen parti, non requiritur citatio partis. Pet. Raue.in alpha.aure.in verb.Iudex.magis communem dicit.

33 Sententia lata cõtra vaſallos ſciente domino, præiudicat domino quãtum ad poſſeſsionẽ, non quo ad proprietatẽ. Feli. in. c. cùm ſuper. nu.12. de re iudi.communem dicit.& vi.in verb. Acta.nu.53.

34 Sentẽtia ex teſtimonio periti in arte nunquam tranſit in rem iudicatã. Hiero.Cagno.in.l.conſilij. ff. de reg. iu.nu.32.cõmunem dicit.& Iun.con. 163. nume. 8. & vi. Molin. in addi. ad

Alex.conſil.149.nu.6.vol.2.

35 Nota,quòd ſi ſententia eſt proferē da de cōſilio peritorum, ſi duo poſſunt inueniri, non ſufficit quòd fiat de conſilio vnius,ſecus tamen ſi duo non poſſunt inueniri.Deci.in.c.propoſuiſti. nu.10. de proba. cōmunem dicit.quā nota ad limitationem communis in verbo,Ruſticus.nu.103.

36 Limita ſi de publico ſit deputatus peritus ad iudicādum, quia tunc ſufficit vnus,& nō requiritur quòd duo adhibeātur,licèt plures reperiri poſſint.Galia.in.l.1.§.fi.ff. de verb.oblig. nu.6.communem dicit.

37 Nota, quòd ſi periti adhibiti in aliquo actu debent iurare ſaltim de credulitate.Deci.in.d.c.propoſuiſti.nu. 15.de proba.communem dicit. & vi. Coua.in reſo.li.2.c.13.

38 Sententia,quæ tranſiuit in rem iudicatā,non poteſt impugnari ex eiſdem actis.Cur.Iuni.conſi.9. num. 6. communem dicit.

39 Fallit, ſi apparet euidenter iniqua ex eiſdem actis,nunquam tranſit in rem iudicatam.Cur.Iuni. conſil.124. nu.14.communem dicit.

40 Et eſt ipſo iure nulla.Iaſ.in.l. errorem.nu.11.C.de tranſa. communem dicit.Sed contrariam dicit magis cō munē Afflic. deci.28.nu.8.& in deci. 47.nu.4.dicit cōmunem, quòd ſententia nō eſt nulla,ſi apparet ex actis iudicem malè iudicaſſe,cùm ſit contra ius litigatoris.

41 Item ſententia non viſo proceſſu eſt ipſo iure nulla, ſi conſtat. Anto. de Tremo. in addi ad Bonacur. in practi. exceptio. in Rub. de impedimen.executi.num.17.in verb.alij caſus.verſ.quid autem de publicatione teſtium.communem dicit.

42 Item ſententia lata pro abſente nō contumace non valet. Iaſ. in. l. nec quicquam. ff.de offi. præto.& in.l.furioſo.nu. 6. ff. de re iudi. cōem dicit.

43 Amplia iſtam communem,etiam ſi ſit lata in fauorem furioſi abſentis, qui non potuit citari.Fran.de Are.in cap.cauſamq;.de iudi.nu.23.communem dicit ex Anto.ibi.& glo.in dict. l.furioſo.& in.l.quęſitum.eo.titu.

44 Itē ſententia ſe referens ad acta nulla,eſt nulla.Matthæ.deciſ.47.num.3. communem dicit.

45 Item ſententia diffinitiua ſeu interlocutoria,parte,cui intereſt, non citata,non valet.Anto.de Tremo.in addi.ad Bona.in præludio excepti. nu. 17.in fi.communem dicit.

46 Item ſententia prolata de nocte nō valet.Iaſ.in.l.non minorem. nu.3.C. de tranſ.communem dicit.

47 Sententia referens ſe ad aliquod inſtrumentum qđ non eſt in proceſſu, non valet,ſecus tamen ſi ſit in proceſſu.Iaſ in.l.ait prætor. §.ſi iudex num. 19.ff. de re iudi.communē dicit.quia ſētētia nō poteſt referri ad alia acta quæ non ſint in proceſſu. Sebaſti.Vāti.de nulli.proceſ.§.de defectu proce. & ſolenni.nu. 105. communem dicit ex Alex.cōſ.53.vo.5. vbi infert, quòd ſententia prolata per iudicem pro vt habetur in conſilio periti, ſi cōſilium eſt in proceſſu, valet ſententia, ſecus tamen. Et cum hac diſtinctione ve-

niunt

niunt concordandæ opiniones, quæ in hoc articulo variæ ſunt, de quibus per Iafred. in deciſio. centu. deci. 1. Quam diſtinctionem intellige cum diſtinctione Alcia. in.l.1.§. ſi quis ita. nu.41. ff.de verborum obligatio.quãdo ſententia eſt prolata ſub his verbis, Pronuntio pro vt in conſilio. quia valet ſententia. Secus ſi dicat in ſententia, Pronuntio condemnandum pro vt in conſilio, quia non valet. & ibi dicit communem opinionem. Quod nota.

48 Amplia, etiam ſi iudex ſit informatus de inſtrumento, non tamen in iudicio deductum. Couar. in reſol.c.1. lib.1.nu.9. communem dicit ex Arein.c.3.de accuſa.nu.4.

49 Sententia lata pro maiori contra minorem ex falſis teſtibus vel probationibus, eſt ipſo iure nulla, & non eſt neceſſaria reſtitutio. Iaſ.in.l. ſi quis ad quem.ff.de acquiren.hæredita. communem dicit. Si tamen proferatur contra maiorem, non eſt ipſo iure nulla, ſed cum beneficio reſtitutionis in integrum petito infra quadriennium ſecundum magis communem opinio. vt notat Anto.de Tremo. in addi.ad Bona. in rubri. de excepti. & bene.num.3. ver. vel inſtrumenta. & eſt text. vbi docto. in.l. diuus.ff.de re iudicata. & vi. Sebaſtia. Van. de nulli. proce.§. ex defectu ſolen. ſen. nume. 132. contrarium notat Zazi. in intelle. ſingula.fo.mihi.88.

§.Nota iſtam communem ad intel. l.1.ti. 6 .par.3.& eſt maximi effectus, quia ſi eſſet ipſo iure nulla, deberet nullitas proponi intra ſexaginta dies latæ ſententiæ. per.l.2.tit.15. lib.3.ordina. ſed cùm requiratur reſtitutio, ſufficit quod proponatur intra quadriennium. Quod nota. Et circa dict.l.2. nota dictum notabile Balb. de præſcriptio.in.4.part.4.part.quæſtio.32.col. 68. quòd ſi apparet de nullitate maniſeſtè, in perpetuum poteſt dici de nullitate, ſecus tamen, quia non durat niſi per triginta annos, vt dictum eſt. Ex quibus reſultat, quòd terminus ſexaginta dierum non conſideratur, quando euidens eſt nullitas, quia tũc in perpetuum poteſt dici de nullitate. Sed dic vt in verbo, Nullitas. nume. 59.

50 Item ſententia, in qua non eſt appoſitum verbum abſoluo vel condemno, non valet. Iaſ.in.l. errore. C. de teſta.num.3. communem dicit. Nota tamẽ, quòd ſufficit, quòd ſit appoſitum verbum æquipollens, per quod cauſa diffiniatur, vt per plura continuat Sebaſtia. Vanti. de nulli. proce.in.§. ex defectu proceſſ. ac nullitatis ſentẽ. verſ. tranſea.nu.90, quem vi.

51 Sententia in vna parte inualida, nõ eſt in totum inualida, quãdo ſunt plura capitula. Anto.Nice.in cõcor. glo. concor.55. communem dicit.

52 Sententia nulla ex turpitudine iudicis, nõ poteſt iudex qui protulit illam corrigere, nec aliter pronuntiare. Panor.in.c.cùm oporteat.num.6.de accuſa. communem dicit.

53 Sentẽtia iniuſta, quæ tranſit in rem iudicatam, ſi hoc conſtat per confeſſionem partis, vel ſi ſit notorium, con-

demnatus reſtituitur, non obſtante re iudicata. Alci.in.c.nouit.de re iudi. nu.40.cõmunem dicit, & poteſt etiã retractari per euangelicam denuntiationem. Iuni.conſi.104.num.4. communem dicit. & vi. Boe. deciſio.306. & vi. Dida. Perez in.l.1.tit.11. lib.3. ordina.col.1157.poſt Philip. Deci.in.c.1. de proba.

54 Sententia declaratoria etiam in pœnis ipſo iure afflictis contra criminoſum, ſi aliàs delictum non ſit tam notorium, ꝗ non poſsit tergiuerſatione celari. Couar.in.c.alma mater.§.2.nu. 7.verſ. quintò perpenſa litera concilij.de ſenten.excom.lib.6.communẽ dicit ex Panor. in.c. cum Vintonienſi.de electi.reſtringit tamen communem, quando iudex cognitionis eſt etiam iudex executionis, ſecus tamẽ. ex Domi.conſ.136.Sed tamen concludit, quòd ſemper requiratur indiſtinctè declaratio, vt aliàs de priuato à beneficio ipſo iure, quia licèt poſsit priuari, tamen poſſeſsio ab eo non eſt auferenda, ex Ripa in cap. ſæpe. de reſti. ſpoli.col.penul.

55 Sententia non refertur ad dilucidationem quantitatis dubiæ, ad libellũ, vel ad poſitiones, vel articulos, vel ad acta alia minimè probatoria, videlicèt aſſertoria, vel enunciatiua, quæ fidem non faciunt. Sebaſtia. Vanti. de nulli. proce.§. ex defectu proceſ. vel ſolennitatis ſentẽtiæ.nu.105.communem dicit ex Bar. in.l.3.C.de ſen.quæ ſine cer. quan. & in.l.ait prætor.§.1.ff. de re iudi.

56 Sententia lata contra dominũ omiſſo procuratore valet de iure Canoni. Zare in.c.1. de accuſa. in differen. 43. communem dicit ex gloſ.in cap. que relam.de electi.& in.c.ſuſcitata.de in inte. reſti. licèt aliud ſit de iure ciuili, per.l.1.C.de ſen.& inter.omni.iudi.

57 Sententia licèt ſit pronuncianda in loco maiorum, tamen propter eminentem poteſt proferri ſuper turrim. Iaſ. in.l. ab antiquis. C. de teſta. communem dicit.

58 Sententia continens certam diſpoſitionem licèt adijciatur, prout hactenus ſoluit, illa verba non faciunt conditionem, nec oportet aliquid probare, quando executio petitur. Curti. Iuni.conſil.97. num.3. communem dicit, & vi.in verbo, Iudex.nume.171.& Tho.Gramma. deciſ.59.à nu.21.cum ſequen. vbi ponit tres caſus comprehendentes totam materiam.

59 Sententia arbitramentalis, quæ trãſiuit in rem iudicatã à partibus emologata, debet obſeruari. Curti. Iuni. conſi.177.num.13.communem dicit.

60 Sententia lata per arbitros, in quibus eſt compromiſſum, cum clauſula arbitrorum & arbitramentorum, ſi pronunciant tanquam arbitri & arbitratores, cenſentur pronunciare tanquam arbitratores. Ioan. de Ripa in.l.2.de reſ.cap.2.num.5.communem dicit.

61 Nota, quòd ſententia arbitri emologata ex compromiſſo rato manente pacto, producit actionem in factum. Iaſ.in.l.ait prętor.nu.12.ff.de re iudi.communem dicit.

62 Sententia ſi per iudicem appellationis

niſi ſit cõfirmata, producit actionem,
& ex ea agitur, & non ex prima. Iaſ.
in.l.res iudicata.num.11.ff. de re iudi.
communem dicit.

63 Fallit, ſi ſententia appellationis ſit
ex deſertione primæ per lapſum fata-
lium, cùm ſit interloquutoria agitur
ex prima. Iaſ. ibi. nume.14. commu-
nem dicit.

64 Nota, quòd licèt ſententia lata con
tra legem in corpore iuris clauſa ſit
nulla ex.l.1.§.item eum.ff. quæ ſen. ſi-
ne appel. reſcin. &.l. expreſsim. ff.de
appella. &.l.2.C.quando prouo.non
eſt nece.&.c.1.de re. iudi.lib.6. tamen
hoc intelligitur, quando oculo cor-
poreo habita relatione ad text. legis
cerni poſsit, ſecus autem, ſi ex tacita
relatione ad acta deprehenderetur.
Sebaſti. Van. de nulli. pro.§. ex defe-
ctu proceſ.ſolen.ſen.nu.112. commu-
nem dicit ex Alex.conſ.59.vo.3.

65 Nota, ꝙ ſi opponatur exceptio rei
iudicatæ in eadem cauſa, & iudex nõ
obſtante protulit ſententiam aduer-
ſus illam ſententiam quæ tranſiuit in
rem iudicatam, non valet, ac ſi foret
contra ius expreſsè lata. Idem ibi nu.
125.communem dicit, ex Franco in.c.
dilecto.q.41.de appel. & Feli.in.c.in-
ter monaſterium.de re iudi. & vi.glo.
in.l.13.tit.22.part.3.in verbo, non vale
el ſegũdo. Et intellige iſtam commu-
nem etiam ſi reuocaretur in alia noua
inſtãtia. Feli.in.c. inter monaſterium.
de re iudi. communem dicit.

* §.Concor.cum.d.l.13.contra Bar.in
l.1.C.quando prouo.non eſt nece.

66 Item ſententia lata ex cauſa noto
riè falſa eſt ipſo iure nulla. Idem ibi
nu.128.communem dicit ex Panor.in
c.inter cæteras.de re iudi.

67 Item ſi ſententia lata ſit expreſſo er-
rore facti notoriè, eſt nulla. Idẽ Van.
nu.126.ex Feli.in.c. quoniam contra.
de proba.nu 26.communem dicit.

68 Item ſententia referens ſe ad ſtatu-
tum nullum, nulla eſt. Idem ibi.num.
129.communem dicit ex Anto.& do
cto.in.c.ab excommunicato.de reſ.

69 Item ſententia ſe referens ad proba
tiones de iure reprobatas. vt ſi iudex
dixiſſet, quoniam probatum eſt per
duellum, vel experientiam ferri can-
dentis, nulla eſt. Idem ibi communẽ
dicit ex Afflict. deci.47.

70 Item ſententia referens ſe ad aliquã
ſpeciem probationis, vel ad dicta ali-
quorum teſtium, ipſis ſpecificatis in
ſententia, & viſis ſi apparet error inex
cuſabilis, nulla eſt. Idem ibi num.130.
communem dicit ex Alexan. in.l. ex
diuerſo.§.fi.ff.ſolu.matrimo. & Iaſ.in
l.1.C. de erro. calcu. & Felin. in cap.1.
de re iudi.

71 Item nota, ꝙ decretum ex falſa cau
ſa latum, ſiue contra præſentem, ſiue
contra abſentem, etiam ſi non ſit in
decreto expreſſa cauſa, eſt nullum.
Idem ibi num.132. communem dicit
ex Alexan.in conſi.207.&.247.vo.7.
& conſ.69.volu.3.

72 Item nota, ꝙ ſentẽtia referens ſe ad
acta generaliter, dicẽdo, viſis actibus
& probationibus, ſi viſis actibus de-
prehenditur error, eſt tamen valida.
Idem ibi.nume.130. communem di-
cit ex Bald.in.l. quotiens.§. primo.C.

de proba.& Afflict.in.d.deciſ.47.

73 Item ſententia prætextu falſi iuraméti lata tenet.Idem ibi.139.communem dicit,ex docto.in.l.ſi ex falſis.C.de tranſact.

74 Sententia lata contra hęredem,per quam pronunciatur teſtamentū nullum, præiudicat legatarijs. Alexand. in.l.ſæpe.ff.de iudi.magis communem dicit.vt refert Anto.de Tremo. in addi.ad Bona.in practi.exceptio. in rubri.de excep.& bene.nume.5.in verb.nota autem.

75 Sententiæ verba ſtrictè ſunt intelligenda.Curti.Iuni.conſil.74.communem dicit.

76 Sententiā poteſt princeps proferre minimè cōformē libello.Iaſ.in.l.qua quis.ff.de eden.nu.21.cōmunē dicit.

77 Sententiam,vel proceſſum in fauorē falſi procuratoris dominus poteſt ratificare,ſiue maior,aut minor ſit.Iaſ.in.l.licet.nu.10.C.de procu.cōmunem dicit.

78 Sepultura prælati licèt ſit honeſtū quòd fiat ante electionem,non tamē eſt neceſſarium.Guido conſ.206.nu.1.communem dicit.

79 Sequeſtrum eſt de iure prohibitū, & non concedendum.Alex.conſi.vlti.nu.fi.vo.7.communem dicit.

80 Sequeſtrum regulariter tollitur per ſatiſdationem.Balb.deci.340.& Cur.Iuni.de ſequeſ.lib.4.quæſtio.14.communem dicit.

81 Nota,ꝙ ad recuperandā rem,& euitandū ſequeſtrū,datur actio depoſiti. Idem Cur.quæſt.45.comunem dicit.

82 Nota,ꝙ ſatiſdatio,quę ſequeſtrum euitat,eſt de iudicio ſiſti,& de re non alienanda.Panor.in.c.2.nu.25.de ſeq.poſ.& fru.communem dicit.

83 Sequeſtrum ſi petatur fieri poſt ſententiam,ſi appellatio non eſt pręſentata iudici,poteſt fieri per iudicē à quo, poſtea per iudicem ad quē.Maran.in ſpecu.au.par.6.num.177.cōem dicit.

84 Nota,ꝙ iuſtus timor, ne partes deueniant ad arma,ſufficit ad concedendum ſequeſtrum.Cur.in.d.tra.de ſequeſt.nu.11.q. communem dicit.

85 Nota,ꝙ ad concedendū ſequeſtrū paria ſunt dilapidare,& conſumere in vſus proprios.Idem ibi,nu.9.q.ea. communem dicit.

86 Sequeſtrum bonorum ob delictum fieri poteſt,dummodo conficiatur inuentarium,vt res non perdatur,vel ſubtrahatur. Picus in.l.poſt contractum.nu.44.ff.de dona.cōem dicit.

87 Sequeſtrum ſi fiat de re tempore peritura,venditur de mādato iudicis,& pecunia ſequeſtratur.Idem Cur.q 23. communem dicit.

88 Sequeſtrum neceſſarium non tollit poſſeſsionem,ſecus ſi eſt volūtarium. Idem Cur.q.2.nu.71.communem dicit.vi.in verb.Poſſeſsio.nu.196.

89 Sequeſter præſentat beneficium eccleſiaſticum.Ioan.Coraſ.in miſcella. li.3.c.2.nu.16.cōmunē dicit,licèt Corſe.in.c.examinata.de iudici.dicit cōmunem contrariam.Sed magis communem dicit Lamber.de iure patro. in par.2.lib.1.ar.3.q.9.& vi.Perez in.l.1.ti.10.lib.5.ordi.col.1144.

90 Seruus acquirit domino ignoranti ex cauſa peculiari poſſeſsionē & vſu-

capien-

capiendi conditionem, ſed ex cauſa non peculiari licèt acquirat poſſeſsionem, non tamen vſucapiendi conditionem. Iaſ. in. l. poſſeſsio appellata. §. item acquirimus. nu. 39. ff. de acquire. poſſeſ. & in. §. per ſeruum. nu. 8. cōmunem dicit, poteſt tamē ſi dominus eſt abſens intrare in iudicium pro cōſeruatione poſſeſsionis quam habebat ad non præſtita cautione ſaltim iuratoria. gloſ. in. l. 9. tit. 2. par. 3. in verbo, Viña, o caſa. communem dicit ex gl. in. l. 1. C. ſi per vim vel alio modo.

91 Seruus cùm non habeat bona, non poteſt accuſari de delicto, in quo pena pecuniaria deberet condemnari, ſi eſſet liber. gloſ. in. l. 10. tit. 1. part. 1. in verb. de pecho. communem dicit ex gloſ. in. l. os accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa. contra Bar.

* §. Concor. cum. d. l. 10. quàm. l. intellige ad hoc, quòd dominus nō teneatur pro ſeruo pœnam pecuniariā ſoluere: tamen ſi velit euitare pœnā corporalem ſerui, ſoluat pecuniam. vt in d. l. & in. l. Agraria. ff. de termi. amo.

92 Seruitus non dicitur propriè, quæ per perſonam perſonæ debetur. Couarruui. in rubri. de ſerui. nu. 13. communem dicit.

93 Seruitus, vel ius piſcandi, vel ſecandi ligna ex nemore, vel paſcendi pecora in pratis alienis, eſt perſonale. Coraſ. ibi. nu. 208. communem dicit.

94 Seruitus de non ædificando molēdinum, præſcribitur à tempore præſcriptionis aliorum habentium molendina. Iaco. de ſant Georgio in tracta. de feudis. in verb. molendino. nume. 5. communem dicit.

95 Seruitus ex cauſa diſcontinua non præſcribitur niſi per tantum tempus, de cuius initio memoria non ſit hominum in contrarium, etiam contra ſcientem. Cur. Iuni. conſ. 178. num. 28. & 38. communem dicit. & vi. in verb. Præſcriptio. nu. 316.

96 Seruitutis ꝓbatio inducitur ex cauſa habili allegata, & probato tempore. Præpo. in. c. quia cognouimus. 10. q. 3. communem dicit.

97 Seruitutes ſunt mixtæ ex facto & iure. Baſcole. de indiui. in verb. ad ſecundū veniendo. cōmunē dicit ex doctō. in. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obli.

98 Signum notarij non eſt neceſſariū quòd apponatur, licèt ſit vtile propter comparationes. Alex. in rubri. de no. ope. enū. nu. 14. ff. communem dicit.

99 Nota, quòd vbi conſtat de ſigillo, non eſt neceſſaria ſubſcriptio notarij in præiudiciū ſigillantis, ſecus tamen in præiudicium alterius. Couarruui. in quæſtioni. practi. c. 22. num. 9. communem dicit ex Anto. & Deci. in. c. tertio loco. de proba.

100 Singuli de vniuerſitate, quādo agitur de paſcendo nemore, nō ſunt idonei teſtes, cùm agat de ꝓprio intereſſe. Bertrā. cōſ. 42. nu. 13. vo. cōem dicit.

101 Nota differentiam inter vniuerſitatem laicam & eccleſiaſticam: quia Canonici licèt viuant de reditibus eccleſiæ, tamen ſunt idonei teſtes, laici aūt nō, ſi ex reditibus vniuerſitatis quærāt victū. Bello. conſil. 63. nu. 19. cōem dicit ex Afflicto. deciſ. 400. & Panor. in cap. ſuper. de teſti. & Soci. in reg. 408.

fallen.3.vbi etiam dicit communem, vi.in verb.Teſtis.nu.108.

102 Simonia non eſt recipere aliquid pro labore in ſacro miniſtrãdo,dummodo non veniat in pactionẽ rei ſpiritualis, etiam ſi modicũ ſit.Præpo.in c.iudices.1.q.1.communem dicit.

103 Amplia ad recipientes aliquid temporale ab ſponte dante.Ioan.de Ripa in.c.cùm.m.de conſti.num.17.communem dicit.

104 Seu,dictio in legatis ampliat.Soci. in.l.ſi is qui ducenta.§.virum.ff.de re. dubi.communem dicit.contra Deci. & alios in.c.inter cæteras.de reſ.

105 Socius non compenſat compẽdiũ cum negligentia,ex qua prouenit dãnum ſocietati.glo.in.l.22.tit.14.par.5. communem dicit ex.l. non ob eam. &.l.& ideo.ff.pro ſoci.

* §.De iure regio per.l.13.tit.10.par.5. iuncta.d.l.22. eſt diſtinguendum inter dolum & negligentiam, quòd ſi ex dolo vel fraude ſocij aliquod damnum ſocietati prouenit, ſocius non compenſat cum vtiliter geſtis, & ſic debet intelligi. d.l.13. Si tamen ex negligentia damnum prouenit, compenſatur cum compendio. & ſic intelligitur dict. l. 22. quæ aliàs ſi iuxta hanc diſtinctionem non adaptantur, inter ſe pugnant. pro qua diſtinctione eſt.l.27.iuncta.l.29.tit.12.part.5. quas vi.

106 Societas omnium bonorum tacitè poteſt contrahi.Iaſ.conſi.7.volu.3.& conſ.3.communem dicit.

107 Societas præſumitur inter fratres, ſi ſimul poſt mortem patris vixerũt hæreditate indiuiſa, & lucra communicata,non data ratione.Alci.in tra.de præſum.reg.1.præſ.23.cõmunẽ dicit.

108 Nota, ꝙ ſocietate omniũ bonorũ inita inter aliquos,dos filiarum debet præſtari de cõmuni.Soci.conſ.191.nu. 3.cõmunem dicit. licèt Soci. eius nepos conſ.46.teneat contrarium.

* §.De iure regio videtur approbata prior per.l.53.Tau.&vi.alios tenentes cum hac communi per glo.in.l.6.tit. 10.par.5.in verb.comunales.

109 Nota,quòd ſocietate inita inter aliquos,vt vnus ponat capitale, & alius operas, ſi capitale perditur periculo imminentis,capitale perditur.glo. in l.10.ti.10.par.5.in verb.perdiẽdoſe.cõmunem dicit ex gl.in.l. ſi non fuerit. §.fuerit.in verb. ſolus.& in.l.1. C.pro ſocio.& Ioan.Lupus in repe.c.per veſtras.de dona.inter vi.& vxo.col.500. §.12.num.10.

110 Intellige iſtam cõmunem, ſi à principio non fuerit actum, quòd capitale diuidatur,quia tunc periculum capitalis eſſet communicandum gl.ibi communem dicit,quem vide.

111 Solẽnitas introducta per ſtatutum vel conſuetudinem,eſt ſeruanda circa ſolennitatem actus.Panor.conſ.52. num.3.vol.2. communem dicit.vi in verb.Conſuetudo.nu.262.

112 Solẽnitas requiſita per.c.ſine exceptione.12.q.2. in alienatione rerũ eccleſiaſticarũ cõſuetudine nõ tollitur: ſolẽnitas autem auth. Hoc ius porrectum.C.de ſacroſan.eccle. tollitur cõſuetudine. Iaſ.in.l. de quibus. nu. 62. ff.de leg.communem dicit.

113 Solen-

113 Solennitas extrinſeca præſumitur ex tempore longiſsimo triginta annorum. Aimon de anti.tempo. par. 3.in verb.primo.nu.35. communē dicit.

114 Amplia iſtam communem,etiam ſi ſit de maximo præiudicio tertij.Couarru in quæſt.pra.cap.21.in verſ. tertius caſus.communem dicit ex Ripa. in.l.1.nu.104.ff.ſolu.matri.

115 Amplia ſecundò ad mādatum procuratoris,ſi inſertum ſit in alio inſtrumento.Boe.deciſ. 281.nu. 15.communem dicit ex Alex.con.101.vo.7.

116 Amplia tertiò ad alienationem rei eccleſiaſticæ. Ripa de reſcri. li.2. cap. 22.communem dicit ex Deci.cōſi.36.

117 Fallit,quando ex eius aſpectu appa ret defectus.Cur.Iuni.con. 130. num. 4. communem dicit. Intellige iſtam communem, quando in inſtrumento apparet,quòd fuit adhibita ſolennitas minùs legitima. Secus ſi ſimpliciter producitur inſtrumentum vel ſententia,in qua non apparet de ſolennitate aliqua, nam tūc præſumitur pro ea. Aimon de antiqui. part.3,in prin. nu.27. cum ſequen. vſq; ad finem ex Areti.con.86. quod Couar.in dict. c. 21. nu. 6. dicit intelligendum quo ad ſemiplenam probationem ex Caro. Molin.in.§.3.num.62.in conſue.Pari. Tamen ſi cum inſtrumento conſtet de poſſeſsione rei per triginta annos, plenè probat exemplum antiquum confectum à notario notæ fidei ſine ſolēnitatibus ex tex. in cap. peruenit, de empti.& ven.& Feli.in cap. ſicut. de re iudica. Si tamen poſſeſsio rei nō probatur, cētum annorus curſum deſideratur, tamen ſi nec cōſtat de fide tabellionis an ignorat' ſi notarius fuerit,nec in eo aliquæ ſolennitates inueniuntur,nec credendum quo ad ſemiplenam probationem dicit Coua.ibi. in verbo.Quintus caſus.

118 Solennitas intrinſeca materialis nō præſumitur vt pretium in vēditione. Alber. Brunus.de forma.& ſolen. de proba.præſumpti.formæ.col.5.communem dicit.

119 Solennitas ſententiæ præſumitur, quando partes fuerunt præſentes. Aimon de antiqui.part.2.in ver. ſed iſta limitatio.nu. 15. communem dicit.

120 Solutio debet fieri in moneta antiqua quæ currebat tempore contractus.Curti.Iuni.con.24.num.4.communem dicit.

121 Fallit,quando valor monetæ extrinſecus eſt mutatus,quia inſpicitur tempus ſolutionis,& non contractus,maximè quādo debitor eſt in mora.Boe. dec.327.nu.4.communem dicit.

122 Amplia & in reſtitutione dotis.Frā. de Are.con.11.communem dicit.

123 Nota quatuor concluſiones in hoc, quando peccunia mutatur. Prima, ſi tempore ſolutionis ex toto ſit mutata pecunia,& ex toto reprobata,ſoluitur ęſtimatio eius in noua pecunia.Boer. in deciſ.227.nu.22,communem dicit.

124 Secunda, ſi pecunia non ſit mutata ex toto,ſed diminuitur propter diminutionem ligæ vel ponderis, periculum eſt debitoris. Boe.ibi.num. 23. communem dicit.

125 Tertia, ſi pecunia non diminuitur ex liga, vel pondere, vel augetur, ſed

quia principi placuit, augmẽtum aut diminuitio eſt creditoris. Idem ibi cõmunem dicit.

126 Quarta, ſi variatio eſt facta poſt moram debitoris, ſoluere tenetur quanti plurimi fuit poſt morã. Idem ibi cõmunem dicit.

127 Solutio de conſuetudine poteſt fieri in moneta groſsiori, licèt moneta minuta ſit in obligatione. Cur. Iuni. conſ.24.nu.5. communem dicit.

128 Solutio eſt probanda per dicẽtem ſoluiſſe, quando agitur cũ illo, cui ſolutio erat faciẽda. Secus tamẽ ſi cum alio tertio opponẽte de nõ ſolutione, quia negatiua non ſolutionis eſt probanda per opponẽtem. Iaſ.in.l.in emphyteotecarijs. num.133.C.de iu.emphy.communem dicit.

129 Solutionis exceptio ſemper poteſt poni in executione ſentẽtiæ vel cõtractus habẽtis executionẽ paratã. Hiero.Cagno.in.l.bona fides. nu. 2. ff.de reg.iu.communem dicit.

130 Solutio facta alicui per triginta annos cõtinuos vniformiter, præſumitur ex emphyteoſi vel colonię perpetuę, & non cenſus. Bero.in. q.14. nu. 1.cõmunẽ dicit ex Bar.Bal.& Ang.& gl.magna.in.l.2.C.de iure emphy. & in.l.litibus.C.de agri.& cenſi.li.11.

131 Solutio debiti debet fieri de die & nõ de nocte, & tacitè agit̃ in cõtractibus ꝙ fiat de die. Cur.Seni.in.l.nõ minorem.nu.7.C.de tranſa. cõem dicit.

132 Solutio ſi nõ eſt deſtinata in aliquo loco, ibi videtur deſtinata, vbi petitur. Cur.in.l.hęres abſens.§.proinde. nu. 1.ff.de iudi.communem dicit.

133 Solutio partis liberat obligatũ volẽte creditore, aliàs nõ. Alci. in. l.2.§.& harũ.nu.10.ff.de ver.obli.cõem dicit.

134 Solutio verbalis habetur pro ſolutione, quãdo is, cui faciẽda eſt, dicit nolle recipere ſolutionẽ. Negu.đ pig.par. 2.par.5.prĩcipa. mẽ.3.n.7.cõem dicit.

135 Solutio realis extra iudiciũ liberat à caſu fortuito, quãdo debitor ad eum tenebatur, nõ tamen liberatur ab omni culpa. Idem in.3.par.mem.3.part.5. num.2.communem dicit.

136 Nota, quòd per oblationem, depoſitionem, & conſignationem debiti liberatur debitor ipſo iure. Imol.in.l.1. in fi.ff.de ſolu.poſt gloſſ. in. l.obligatione.ff.eo.communem dicit

137 Nota, ꝙ debitor pluriũ quantitatũ ſi nõ elegit, creditor poteſt eligere etiã in non duriorẽ, qñ ex cõfeſsione partium vel aliàs cõſtat, ꝙ ſi debitor elegiſſet, nõ eſſet recipiendus. Imol. ibi: col.3.communem dicit poſt gloſſ. ibi in verb. Debitum.

138 Solutio facta per debitorẽ plurium quantitatum, ſi in vna erat obligatus ſub hypotheca, ad illam grauiorẽ cẽſetur factũ eſſe. Soci.con.293.nu.1.vo. 2.cõmunem dicit, & vi.infra.nu.146.

139 Solutio debiti quãdo fuit actum, ꝙ de cõtractu cõficeretur ſcriptura, debet probari ſcriptura publica. gloſſ.in l.32.ti.16.par.5.communem dicit.

140 Solutio ſi ſit facta errore probabili, poſt ſentẽtiã repetit. gl.in.l.16.ti.11.par. 5.cõem dicit. in ver. no mẽbrando ſe. §.Contrarium videtur de iure regio per.d.l.16. vt notat.d.gl. Sed (iudicio meo) lex non contrariatur cõi, ſed loquitur

quitur in caſu diuerſo, quãdo quis verè eſt debitor, & abſoluitur per ſentẽtiã ex eo, quòd actor non probauit, ſi reus ductus errore ſoluit, poſt ſententiam non reperit, cùm aliàs naturalis erat debitor, licèt per ſentẽtiam eſſet liberatus. Sed cogita.

141 Solutio debiti ſi petatur per creditorem hęreditariũ ab emptore hęreditatis, videtur pepigiſſe de nõ conueniẽdo hæredẽ, ſi in iudicio fiat petitio. Secus tamen ſi extra iudicium ſuſcepit ſolutionem ſpontaneam, nõ videtur pepigiſſe de non conueniẽdo. Cur. Iuni. conſ. 97. nu. fi. communem dicit.

142 Nota quòd ſi datio in ſolutum fit in plus debito, vitiatur in totum. Alci. in. l. 1. §. ſed & ſi mihi. nu. 22. ff. de verb. obli. communem dicit.

143 Nota, quòd obligatus ad dandum par caponum, tenetur dare viuos. Sadole. in. l. quòd te tamen. nu. pe. ff. ſi cer. peta. communem dicit.

144 Solutio præſtationis, quę quolibet anno eſt facienda tam in cõtractibus quàm in vlti. voluntatibus, eſt facienda in principio anni. Si tamẽ tẽpus eſt appoſitũ cauſa differendæ ſolutionis, tunc in fine anni debet fieri. vt ſi promitto iſto anno decẽ pręſtare. gloſ. in l. 15. ti. 15. par. 5. in verb. darle cada año. communem dicit ex Bar. & Albe. in l. qui hoc anno. ff. de verb. obli.

• §. De iure regio per. d. l. 15. aliter diſtinguitur, quòd ſi promitto in quolibet anno decem, ſunt pręſtanda in fine: ſi tamen promitto in omnibus annis vitæ meæ præſtare decem, in principio anni ſunt præſtanda.

145 Solutio ad hoc, ꝙ reſcindat vẽditionẽ ex pacto, vel pignus, nõ ſufficit ꝙ fiat verbo, ſed eſt neceſſaria actualis numeratio. Tñ verbalis ſolutio, dicẽs eſſe paratũ ſoluere, facit ꝙ interim vẽditio teneat. Tñ ſi poſtea actualis ſolutio accedat, infringit venditionẽ, ſi creditor aliàs nõ dicat eſſe paratũ ſolutionẽ recipere, nec hũc effectũ operabitur ſolutio verbalis. gl. in. l. 38. tit. 13. part. 5. in verb. e los puſieſſe, cõem dicit ex Bar. in. l. fi. ff. de diſtracti. pigno. & glo. in. l. ſi reſiduum. C. eo. vbi dicit verũ intellectum. l. fundus. ff. de reſ. vendi. hunc eſſe ex Alex. in. l. ſi mora. ver. ſecundò fallit. ff. ſolu. matri.

146 Solutio facta ſimpliciter à debitore aſtricto pluribus debitis, præſumitur ſoluiſſe ꝓ debito antiquiori. gl. in. l. 10. ti. 14. par. 5. cõmunẽ dicit ex. l. in his. in prin. & l. vbi fideiuſſor. et in. l. ſi ex pluribus. §. fi. & l. creditor. §. Valerianus. ff. de ſolu. & Bar. in. d. l. ſi ex pluribus.

• §. De iure regio per. d. l. 10. debet diuidi ſolutio per debita. •

147 Solutio indebiti probata, ſatis probatus eſt error ſolutionis. gl. in. l. 28. ti. 14 par. 5. in verb. por yerro. communẽ dicit ex gloſſ. & Bart. in. l. cùm de indebito. ff. de proba.

148 Solutio facta ab hærede defuncti, præſumitur nomine defuncti, & non ſuo, ſoluiſſe debitum defuncti. glo. in l. 36. ti. 14. par. 5. in verb. finado. cõmunem dicit ex Bart. in. l. ſi pœnæ. ff. de condi. indebi.

• §. Concordat cum dict. l. 36.

149 Solutio pecuniæ non loco cõgruo facta, ſi pereat pecunia, pertinet periculum

culum ad debitorem, non autem ad creditorem. Io. Cora. in miſcella. 9. li. 1. communem dicit eſſe intelle. ad. l. creditor. ff. de ſolu. & conciliatio ad. l. qui decem. ff. eo. ipſe autem Coua. in alium ſenſum diuertitur, quem vide.

150 Solutio partis ſtipulationis iuxta. l. 2 §. & horum. ff. de verb. obli. repetitur códictione indebiti. Alcia. ibi. nu. 52. communem dicit.

151 Soluere promittens in certo loco cum renuntiatione fori, poteſt ibi cóueniri, etiam ſi ibi non inueniatur. Alci. de præſum. reg. 3. præſ. 36. communem dicit.

152 Soluens timore ſtatuti, dicitur habere iuſtum metum. Cur. Iuni. conſi. 126. nu. 4. communem dicit.

153 Soluens pro ignorante, etiam nomine proprio, poteſt repetere ſolutum ab eo, in cuius fauorem ſolutum eſt. gloſſ. in. l. 32. titu. 12. part. 5. communem dicit.

• §. Concor. cum dict. l. 32.

154 Spoliatus à iudice, non poteſt petere vt ante omnia reſtituatur, cùm præſumatur pro iudice. Cur. Iuni. có. 175. nu. 5. communem dicit.

155 Spoliatus omnium bonorum, habet exceptionem, ne conueniatur à ſuis creditoribus, ſpolio duráte. Tho. Gramma. deciſ. 85. num. 1. communẽ dicit ex Anto. & Ancha. in cap. cùm olim. el. 2. de reſti. ſpoli.

156 Sponſalia transeunt in matrimonium per copulam, etiam ſi ſit proteſtatum, quòd non intendit per copulam contrahere matrimonium. Ripa in capit. cùm. m. de conſti. nu. 95. & Couarru. in epi. 4. cap. 5. num. 18. communem dicit.

157 Sponſalia ex ſola traductione ad domũ non tranſeunt in matrimoniũ. Præpo. in cap. fi. de ſponſ. Couar. in epito. 4. capit. 4. §. 2. cõmunem dicit.

158 Amplia ad ſponſalia re & verbis, quæ non tranſeunt in matrimonium per amplexus, oſcula, ac munera. Couar. ibi. communem dicit.

159 Fallit in ſponſalibus de futuro ex iuris interpretatione, quę contracta fuerunt per verba de præſenti, quia per amplexus, ac alia ſigna, ætate ſuperuẽniente, tranſeunt in matrimonium. Couarru. ibi. num. 3. communem dicit ex Deci. conſi. 368.

• §. Concor. cum. l. 3. ti. 1 par. 4.

160 Amplia ad matrimonium contractum ante ſeptennium, quod durauit ante pubertatem durauit. Couar. ibi. in fi. communem dicit ex deciſ. Ro. 462. in nouis.

161 Sponſalia ſi contrahãtur medio iuramento, compellitur iurans contrahere, & ſi ſponſa poſt efficiatur pauperior, cùm nihil promiſit, ſecus tamen ſi promiſit. Couar. in epi. 4. cap. 5. nu. 3. communẽ dicit ex docto. in cap. quẽadmodum. de iu. iuran.

162 Sponſalia etiam iurata diſſoluuntur per matrimonium de præſenti, etiam nondum carnali copula ſubſequuta. Coua. ibi nu. 9. communem dicit.

• §. Concor. cum. l. 10. ti. 1. li. 3. fo. ll. quæ faciunt ad intel. l. 8. ti. 1. par. 4.

163 Sponſalia de futuro non comprehendũtur ſub diſpoſitióe puniẽte matrimonium clandeſtinũ. Couar. in. d.

epi.

epi.4. part.2. capit. 6. num. 22. communem dicit.

164 Spurij ex teſtamento patri non ſuccedunt,& ſtatutum diſponens contrarium,nõ valet,quia dat materiam delinquendi. Deci.in cap. in præſentia. de proba.Io. Duran.in arte teſtan.tit. 1.cau.14.communem dicit, niſi cauſa alimentorum. Iaſ. con.26. vo.1.nu.13. vel ſi conferatur in tempus, quando inſtitui poſsit, data poteſtate legitimandi in teſtamento. Iaſ. conſil.117. vo.2.nu.15. communem dicit ex Anto.Gome.in.l.9. Tau. num.18. magis communem dicit.

* §. De iure regio per dict. l. 9. &. 11. Tau. filij naturales matri ſuccedunt non ſtantibus filijs legitimis, etiam ſi tempore mortis ſint aſcendentes legitimi, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato,patri autem ſolùm ex teſtamento, & ſi ſint aſcendentes. & in hoc corrigitur.l.8. tit.13.par. 6.& vi.l. 1.tit.6.fo.ll. li.3.in alijs autẽ filijs adulterinis vel ſpurijs procedit noſtra cõmunis. & concor. cum. l.22. tit.3.li.1. ordina. &. l. Tau. 9. & vi. do. de Segu. in. l. 3. §. fi. num. 145. ff. de liber. & poſthu. & Boer. in conſuetudi. Bitu. in Rubri. des coſtumes concernens les teſta. §.7.& For. Gar. de vlti. fi. iu. col.28. cum ſequen. vbi concludit, quòd tam filijs ſpurijs quàm procreatis ex damnato coitu alimenta non ſunt deneganda, & pater poteſt eis legare cauſa alimentorum quintã parte bonorum.per.l.10. Tau.

165 Spurij filius legitimus non ſuccedit auo etiam legitimis non ſtantibus, niſi auus prohibeat vſum relictorum filio.Iaſ.in.l.hæredibus.ff.qui. vt in dignis. & Io. Duran. in arte teſtan. tit. 1. cau. 5. num. 12. communem dicit. & vi.in verb.Nepos. num.18. & quæ habes in antinomia legis regni & iuris communis in verb.Filius.nu.

166 Statutum diſponens idem quod ius commune,addens vel minuens pœnam,non tollit ius commune. Panormita.in cap. de cauſis. de offi. de leg.& Henrri. de Botis. de ſino.part. 3.ar.1. num.236. communem dicunt. licèt Henricus tendat in oppoſitum, & diſtinguit.

167 Statutum ſimpliciter loquens, nõ trahitur ad contractus iuratos. Cur. Iuni. conſil. 63. num. 1. communem dicit. Ex qua iuſtificatur alia communis opinio, quòd ſtatutum prohibẽs donationes ſine decreto iudicis, non habet locum in iuratis. Io. de Ripa. de dona. li. 3. capit. 10. num. 3. communem dicit. Et ſic ſi ſtatutum prohibet minori contrahere, ſi contrahat, & iurat, valet, & tenetur ad obſeruantiam iuramenti. Iaſ. in auth. ſacramenta. nume. 51. C. ſi aduerſ. vendi. communem dicit.

168 Statutum loquens in vno ex correlatiuis, etiam ſi ſit correctorium iuris communis, habet locum in alio. Cur. Iuni. conſi. 6. num. 1. communem dicit. & de hoc vi. per Iaſ. in auth. quas actiones. num. 33. C. de ſacroſan. eccle. & in. l. Iuliam. num. 7. C. de indi. vidu. tollen. & in. l. qui condemnatus. ff. de re. iudi. num. 9. vbi dicit etiam communem.

169 Amplia,

169 Amplia, etiam ſi ſit pœnale. Iaſ.in l.ſi priùs.num.54.ff.de no. ope. enun. communem dicit.

Statutum diſponens circa ſcribentem manu propria, habet etiam locum in ſubſcribente.Deci.in authen. ſi quis in aliquo documento. num.17. C.de edē. communem dicit ex Ang. in.l.ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verb.oblig.

170 Statutum diſponens, quòd ſententia lata contra vnum poſsit exequi cōtra alium, valet, & tenet. Anto. de Tremo. in addi. ad Bona. in practi. excepti. in Rubric. de excepti. & bene. num. 5. in verb. Interdum. communem dicit.

171 Statutum concedens mercatoribus forum, vt coram ſuo iudice conueniātur, intelligitur, ſi agitur de re mercantili. Io. de Ripa. de legi. cap. 2.nu. 2.communem dicit.

172 Statutum diſponens circa ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, comprehendit forenſes. in. l. cunctos populos.num.86.C.de ſumma tri.communem dicit.

173 Statutum diſponens circa teſtamenta, comprehendit forenſem ibi teſtantem, & trahitur teſtamentū ad bona vbicunque exiſtentia, & hæres vbicunque ſuccedit.Iaſ.in dict.l.cunctos populos. num.91. communem dicit. Beroius autem in quæſt. 117. dicit, quòd ſi ſtatutū diſponit circa perſonam, & condens teſtamentum ſit alienus ab illo loco, habet tamen bona in loco, quòd circa ſucceſsionem illorum bonorum ſeruabitur ius cōmune, ct non ſtatutum, magis commune dicit ex Bar.in.l.1.C.de ſumma trini.& Alex.ibi.in eius addi.& in cō. 111.vo.4.& con.44.vo.5.Contrarium, vel ſi ſtatutum loquatur cum rebus vel cum perſonis, teſtamentum non habet locum niſi in bonis ſitis in loco ſtatuentium, tenet Soci.conſi.292. vo.2.& conſi.288.eo. vo.vbi dicit cōmunem. & iſtam dicit magis communem Alexan. conſi. 19.vo.6.& in conſi.16. num.1. vo.1. quæ fortificatur ex Phili. Cor.conſi.162.vo.3. & in.cō. 115. vo.2. vbi dicit eſſe communem opinionem, quòd ſtatutum excludēs fœminas propter maſculos, quòd non extenditur ad exiſtentia in alio territorio, & has communes opiniones refert & ſequitur non faciens mētionem de Iaſ.Ludo.de Goza.in cōſ. 49. num.8. &.9. &.11. reprobata opinione Bart. in dict.l.cunctos populos. Sed pro noſtra communi priori, quam Iaſ.dicit communem, adeſt tale hoc fundamentum. Teſtamentum confectum per forenſem ſecundum ſolennitates loci, vbi teſtamentum conficitur, vbique valet, etiam in locis, vbi aliæ vel diuerſæ ſolennitates & formæ requiruntur, per. l. 1. C. de eman. libe. Cur. concor. & Bart. in dict.l.1.de ſumma trini.in.3.quęſt. primæ principalis. vbi idem etiam tenent Ci. Sali. & Fulgo. & plures alij, quos refert Albert. Brunus in tra. de forma & ſolennitate. in verſi. quas res perſo. & quos caſus. fo. mihi. 96. colum. 1. & .2. Immo requiritur, quòd fiat ſecundum formam

&

& ſolénitatem loci, cùm ſimpliciter loquitur, non facta diſtinctione perſonarum, vel rerum. vt eſt tex in.l. 2. C.quemad.teſta.&.l.vt fundus.ff. de victi.ſed ſi vbiq; valet teſtamentum, valet ad effectum bonorũ. Sed pro concordia harum opinionum concludc, vt aliàs concludit Caro. Moli. in addi.ad Alex. cõſ.16.vo.1.vbi poſt Caſſa.in cõſue.Burgũ. Ru.3. in verb. ob duche de Borgoña.nu.9.dicit magis communẽ opinionẽ, ꝙ prima loquatur in diſpoſitione teſtamẽti, ſeruata forma ſtatuti loci, in quo cõdit, cõferat ſe ad vniuerſa loca etiam exiſtentia extra territorium, cũ ſuper illis bonis nulla eſt diſpoſitio ſpecialis in loco vbi ſunt ſita, quia ſi eſſet ſpecialis diſpoſitio, ſeruabitur ſtatutum illius loci, vbi ſita ſunt bona, ſiue loquatur in bonis, ſiue in perſonis, & in hoc caſu procedat ſecunda opinio, vt eſt ex mẽte Io.An.in addi.ad Specu.de inſtru.editi.verſ.compendioſe.in verbo.opponunt.ſub nu.16.quẽ refert & ſequitur Anchar. conſi.163. Viſis & diligenter inſpectis.

174 Statutum nõ poteſt facere, quòd lapſo aliquo tempore, ſtatim creditor cadat à iure ſuo. Socinus.cõſ.203. communem dicit. Sed verior & cõmunior eſt contraria, vt dicit Ferdi. de Loazes in tracta. de matri. nu. 23. & vi. Dida.Perez in.l.3.ti.13.li.3.ordi. col.1231. cũ ſequẽti. vbi adducit duas opiniones cõtrarias, & tãdem cõcludit, ꝙ cum mala fide non poteſt prǣſcribi, nec debitor liberatur ſtatuto, ſec᷒ tñ, vt in.d.l.3.&.l.157.de Madrid de anno.1528. de ſalario famulorum.

175 Statutum reſpiciens factũ in delictis, ſecũdũ factũ aggrauat primũ. vt ſi dixerit, Qui fecerit tria furta moriatur. Sed ſi reſpiciat pœnã, nõ grauat. vt ſi dicat, Pro duobus furtis fur decapitetur. Alci.in.c.cũ contingat.n.155. de iureiuran. communem dicit.

176 Statutum nõ poteſt diſponere, ꝙ ingrediens in monaſteriũ non ſuccedat. Iaſ. in. l. quæſtioni. C. de pactis. nu.25.communem dicit.

177 Statutum, ꝙ inuẽtus portare arma ꝙ puniatur, intelligitur ſi fuerit inuẽtus & deprehẽſus. Bello. cõſi.49.nu. 4.cõem dicit ex Bar. in. l. barſatorẽ. C.de fideiu.& Iaſ.in.l.1.ff.de acq.poſ.

* §.Nota iſtã cõmunẽ ad intel.l.3.ti.15. li.8.ord.de cõiugato cõcubinario. & c.40.in.l.de de Madrid.de cõcubinis clericorũ.quæ leges ponũt pœnã cõiugatis inuentis in cõcubinatu, & cõcubinis clericorũ inuentis in delicto, quia nõ ſufficit ꝙ probetur per teſtes cõcubinatus, ſed requiritur apprehẽſio. Et vltra rationem iſtius cõmunis, cõprobatur in caſu iſtarũ legũ per gl. & tex.in.l.palã.§. in adulteriũ deprehenſam.ff.de rit. nupti. quæ dicit, ꝙ quando aliqua lex punit actũ venereũ, requiritur neceſſariò apprehenſio. Itẽ ſi per ſtatutũ punitur mulier portans perlas aut ſericũ, intelligitur ſi apprehendatur. Cin. in. l. licèt. C. qui accuſ.non poſſunt. & Bar.& Bal. in.l.itẽ lapilli.ff.de re.diui. & Ang.in l.fugitiui. C. de ſer. fugi. Sed in caſu de quo loquimur in cõcubinario cõiugato, vel in cõcubinis clericorum, ſuf-

ſufficit, ꝙ probatione teſtium cõuincatur. vt per plura deducit Io. Lupus in repet. c. per vras. de dona. inter vi. & vxo. col. 318. §. 21. num. 17. & conclu dit, quòd illa dicitur concubina clerici vel coniugati, quæ communi opinione vicinorum pro tali concubina eius reputatur, quia ſcientibus & videntibus vicinis domum eius intrat, & ab eo alimenta & alia neceſſaria recipit. Nec obſtat gloſſ. in d. §. quæ in adulteriũ. quia ille. §. procedit ad hoc, quòd annotetur infamia, & apprehenſio ſuccedat loco ſententiæ, vt per Albe. ibi. quod nota.

178 Item ſtatutum prohibens veſtes & alia ſub pœna, non cõprehendit, ſi non apprehenditur. Anto. Gome. in. l. 45. Tau. nu. 5. cõmunem dicit ex Ang. in authẽt. de ſan. epiſcopis. §. reuerẽdiſsimis. col. 9.

179 Statutum prohibẽs vxorem teſtari ſine licentia mariti, non habet locum in teſtamẽto ad pias cauſas. Bello. conſi. 16. communem dicit ex Iaſ. in. l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. communem dicit.

180 Statutũ excludens fœminam dotatam, ſolùm extenditur ad hæreditatem dotantis. Cur. Iu. conſi. 65. nu. 1. niſi ſtatutum procedat excludẽdo perſonas, ex quo colligeretur ad omnes extendi. Idem ibi nume. 2. communem dicit.

181 Ex quo ſtatutum excludens fœminam dotatã à ſucceſsione patris, non excluditur à ſucceſsione fratris habẽtis bona patris. Iaſ. in. l. poſſeſsio appellata. de acqui. poſſe. ff. nu. 20. communem dicit. quia hæreditas adita, non dicitur ampliùs hæreditas. ibi. numer. 18.

182 Item ſtatutum excludẽs matrem per patruum, non extenditur ad patruũ magnum. Iaſ. in. l. ſi mater. nu. 3. C. de ſucceſſo. edicto. coẽm dicit.

183 Item ſtatutum excludẽs ſororem à ſucceſsione fratris, nõ excludit fratrem à ſucceſsione ſororis. Hierony. Cagno. in. l. ſecundum naturam. nu. 30. ff. de reg. iu. communem dicit.

184 Statutum excludens cognatos per agnatos, eſt fauore cõſeruandæ agnationis. Cur. Iuni. conſ. 154. nu. 1. & cõſ. 150. num. 1. & Alci. de verb. ſigni. li. 1. pag. 13. cõmunem dicunt contra Bar.

185 Item ſtatutum excludens fœminas dotatas propter maſculos, eſt inſtitutũ fauore agnationis. Cur. Iuni. conſ. 107. nu. 7. communem dicit.

186 Amplia ad fœminam ingreſſam in monaſterium, quia excluditur per ſtatutum excludens fœminas ab hæreditate ſtantibus maſculis. Io. de Ripa. li. 1. c. 2. nu. 2. communem dicit.

187 Nota, quòd ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, eſt licitum. Alber. Bru. in tra. de ſtatu. excludẽs fœminas. col. 2. cõmunem dicit.

188 Nota, quòd ſtatutum loquens de agnatis, comprehendit legitimatos. Cur. Iuni. conſi. 153. cõmunem dicit.

189 Amplia ad ſtatutum diſponens, ꝙ ſtantibus filijs filiæ non ſuccedant, ꝙ habeat locum, ſi ſint filij legitimati. Cur. Iuni. in. d. conſil. 153. cõem dicit. Cur. autem ſenior. conſi. 73. communem dicit contrariam. Sed primam

dicit

dicit communem Iaſ. in.l. cùm acutiſsimi.C.de fideicom. Sed pro concordia dic vt dicit Deci.conſil.306.& Paul.de Caſtro conſil.24. quos refert Ludo.de Goza.conſ.6.num.73.quòd prima opinio habeat locũ, cùm quis eſt ſimpliciter legitimatus. Secus tamen, quando eſt legitimatus vt poſſit ſuccedere in bonis parẽtũ, cognatorũ, ac agnatorũ in omnibus & per omnia ſine vlla differentia, perinde ac ſi de legitimo matrimonio natus eſſet, & ſic procedit opinio ſenioris. Tamen ab hac ſentẽtia & diſtinctione diſcedit Caro.Moli.in conſue.Pari.rub.1.§.8.glo.1.nu.50. vbi ſentit legitimatum nõ excludere filiam, etiam ſi legitimatio ſit plena, vt ipſe dicit in nu.46.& hanc dicit communem opinionem ibidem, & in addi. ad Alex. conſ.2.volu.1.in verb. Legitimato.& quòd legitimato ſat ſit gaudere diſpoſitione & fauore communi quòd admittatur ad ſucceſsionem cum filia legitima. & iſta videtur verior & magis communis.

190 Statutum deferens hęreditatem inteſtati ad agnatos, vel eccleſiam, habet locum in hęreditate furioſi, vel alterius, cui interdicta eſt facultas teſtãdi, etiam ad excluſionẽ matris. Caro. Moli.in addi.ad Alex.conſ.115.vol.2. in verb. ab inteſtato. cõmunem dicit ex Bar.in.l.1.ff.de ſu.& leg.hære.

191 Statuta poſſunt condere populi carentes iuriſdictione cum auth. ſuperioris.glo.in.l.12.tit.1.par.1.magis cõmunem dicit ex docto. in.l. omnes populi.ff.de leg.& in cap.quòd clericis.de foro competen.

§.Contrarium diſponitur per. d.l. 12. ibi. Emperador, o Rey puede hazer leyes ſobre las gentes de ſu ſeñorio, e otro ninguno no. Sed tamen intellige iſtam legem in concernentibus deciſionem cauſarũ: ſecus tamen ad adminiſtrationẽ rerũ ſuarũ, quod & cap.16.de correctorijs hoc cõcedit.

192 Statutum contra ius commune in præiudicium ſtatuentium, valet. Albe.de ſtatu.in.1.par.q.7.communem dicit, dummodo lex non ſit derogatoria ſtatuti ſpecialiter. ex docto. in dict.l.omnes populi.

193 Statuto ſtante, ꝙ decedente vxore in matrimonio maritus lucretur dotem, non poteſt maritus plus habere, quàm vnus ex filijs.Cur.Iu. conſi.124. nu.10.communem dicit. Quam intellige, quãdo ſtatutum diſponit ſimpliciter, ſecus tamen ſi adiungat ſtantibus filijs.Iaſ.in.l.præterea.nu.15.C.vnde vir & vxor.communem dicit.

194 Statutum iniquum valet.Cur. in.l. fi.C.de edi.diui Adri.nu.25. communem dicit ex Feli. in. c. cùm cauſam. nu.4.&.5.cum ſequen.de conſti.

195 Statuentes non poſſunt arctare modũ probationis reſpectu clerici agentis. Alciat.in.c.cùm contingat.nu.155. de iureiuran.communem dicit.

196 Stipulatio probatur ex promiſsione facta in ſcriptura priuata. Iaſ. in.l. Titia.§.idem reſpondit.el.2.de verb. obli.ff.communem dicit, & quod eſt verum intellectum ad illam legem.

197 Stipulatio interpoſita, ſemper intelligitur ſecundum materiam actus

Y de

de quo agitur. Iaſ. in.l. cum motu. nu.10.C.de tranſa.communem dicit.

198 Nota, quòd licèt in ſtipulationibus cenſetur repetitum quod in præfatio nibus fuit dictum, licèt in inſtrumen to non appareat quando incontinen ti fit inſtrumentum, tamen ſi fiat in-ſtrumentum ex interuallo, non cen-ſetur repetitum, ſed receſſum ab eo. Iaſ.in.l.Titia.§.item reſpondit.nu.4. ff. de verbo. obligatio. communem dicit ex Bar.ibi.pro qua eſt tex.in.l. ſi tibi librum.ff.de acti.empti.

199 Stipulatio, quæ ſtipulanti nullum intereſſe confert, ſi poſtea ſuccedat quòd intereſſe ſuperueniat, recõuale ſcit, licèt à principio nõ valeat. Iaſ.in l.1.nume. 18.ff. de pa. vt ſi mihi pacto nudo ſit ſtipulatum decẽ dari Titio, ſi poſtea ego efficior hæres Titij, recon ualeſcit ſtipulatio quæ erat inutilis.

200 Stipulatio, quòd alteri per alterum quæratur, nec ius reſiſtit, nec aſsiſtit, habet enim vires iuris naturalis. Co-uar. in.c. quanuis pactum.§.4.part.2. num.4. communem dicit.de pactis. lib.6.ex Bar.& Iaſ.in.l.ſtipulatio.§.al-teri.ff.de verb.oblig.

201 Nota, quòd ſtipulatio alteri per al-terum facta nõ habet maiorem vim de iure canonico, quàm habet de iu-re ciuili.Couar.ibi.ver. hanc opinio-nem.magis communem dicit ex Pa-nor.& Feli.in proœ. Grego.& Panor mi. in. c. ſi cautio. de fide inſtrum. & Iaſ.& Alex.in.d.§.alteri.

202 Nota, quòd.§.alteri.qui ſtipulatio-nem alteri per alterum de iure ciuili non permittit, nõ habet locum, ſi ſti-pulatio concipiatur nomine abſen-tis, & tota ſtipulatio fiat nomine ab-ſentis, & ſtipulans abſente acceptan-te debet cedere actionem ipſi. Idẽ ibi nu.9.communem dicit ex glo.& do-cto.per text. ibi in.l. huiuſmodi.ff.de leg.1. & gloſ. in dict. §. alteri. Inſti.de inuti.ſtipu.

203 Item ſi ſtipulationi adſit iuramen-tum, valida eſt, & acceptata per ab-ſentem inducit obligationem etiam de iure ciuili.Coua.ibi.nu.11.commu nem dicit ex gloſ. in.c.quotiens cor-dis oculus.1.q.7. & Alci.in.c. cùm cõ tingat. nu.221. de iu. iu. poſt Anto. & Imol.ibi.& docto.in.d.§.alteri.

204 Stipulatio ſine cauſa, ſi iuxta ſubie-ctam materiam eſt, aliqua cauſa prę-ſumitur, & non eſt ſpeciale in matri-monio.Bal.noue.de dote.part.6.pri-ui.14.communem dicit ex Bar. in.l.1. ff.ſolu.matrimonio.

205 Stipulans ſine cauſa, ſi ſciat ſe nõ de bere, cenſetur donare: ſi tñ dubitatur ſi ſciuerit, vel ne, non valet ſtipulatio. Curti.Iu.con.131.nu.4.cõmunẽ dicit.

206 Subditus non dicitur propriè, qui ſortitur forum ratione cõtractus, vel domicilij.Deci. in.c. ad noſtram.nu. 2.de appel. communem dicit ex glo. in cle.1.§.eiſdem.de fo.compe.

207 Subſtãtia actus illa dicitur, ſine qua actus ſtare non poteſt: & ſi ſtare po-teſt ſine illa, nõ eſt de ſubſtantia.Præ-po.in.c.fi.num.5. de con.appo. com-munem dicit.

208 Subſtitutio pupillaris expreſſa, ex-cludit etiam matrẽ etiam à legitima. Couarru. in.c. Rainutius.§.5. num.6.

de

de teſtamen. communem dicit. & in c. cùm eſſes. de teſta. num. 11. per text. in c. ſi pater. de teſta. in. 6. vbi etiam dicit procedere in foro animæ. licèt Gome. in. c. 2. de conſti. in. 6. num. 29. dicat communem contrariam ex Archi. in. c. ſi pater. & Couarruui. magis communem dicit contra Archi. in d. c. cùm eſſes.

§. De iure regio approbatur noſtra communis per. l. 12. tit. 5. par. 6.

209 Nota, quòd pater etiam vilis poteſt ſubſtituere pupillariter filijs. glo. in. l. 5. titul. 5. part. 5. in verbo. Los padres. communem dicit ex Alexan. & Iaſon. in. l. 2. ff. de vulga. contra Bart. in. l. ſed ſi vnus. §. filiofamilias. ff. de iniu.

210 Item nota, quòd ad hoc quòd ſubſtitutio pupillaris ſuccedat, ſufficit, quòd tempore mortis ſubſtituentis ſit in ſua poteſtate filius, & non requiritur, quòd vtrunq; tempus ſubſtitutionis & mortis. gloſſ. in dict. l. 5. in verb. En ſu poder. communem dicit ex Bar. Ang. Imol. & gloſ. in. l. 2. ff. de vulga. & pupi.

211 Itē nota, quòd licèt ſubſtitutio pupillaris non procedat de non exiſtenti ſub poteſtate iure ſubſtitutionis, procedit tamen iure fideicommiſsi. gl. ibi in fi. communem dicit ex Bart. & Alexā. in. l. in verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupillari, & hanc etiam dicit communem Rode. Xuarez in. l. quoniam in prioribus. lib. 12. nu. 14. ff. de inoffi. teſta. vbi concludit, quòd licèt mater nō poſsit ſubſtituere pupillariter, valet in vim fideicōmiſsi per hanc communem. Sed tamen dic, ꝙ hoc habebit locum in alijs bonis, nō in legitima, quia in illa nō poteſt ſubſtituere, & ſi ſubſtituit, verificatur in quinto bonorū, de quo poteſt diſponere ad libitum. & vi. d. glo.

212 Subſtitutio pupillaris facta de duobus filijs, ſi deceſſerint in pupillari ętate, vno præmoriente impubere, non habet locum, niſi ambo deceſſerint, etiam ſi non ſit poſita dictio, vterq;. Iaſ. in. l. cùm quidā. nu. 6. C. de imp. & alijs ſubſti. communem dicit.

213 Subſtitutio pupillaris reciproca facta inter duos filios per patrem, emācipato vno, & ſubſtitutione ſublata, tollitur & reliqua. Iaſ. in. l. teſtamenta. C. de teſta. nu. 21. communem dicit. licèt ipſe veriorem contrariam affirmet et teneat.

214 Subſtitutio pupillaris non conualeſcit arrogato decedente ante arrogatorē. Iaſ. in. l. arrogator. nume. 1. & 38. ff. de adoptio. communem dicit.

215 Subſtitutio pupillaris poteſt per patrem fieri vſque ad pubertatem filio inſtituto hærede etiam in legitima. Subſtituere autem vniuerſaliter per fideicommiſſum nō poteſt, licèt poſſit in ſubſtitutione pupillari iniungere vniuerſalem fideicommiſſum nō ſolùm in legitima, ſed etiam in alijs bonis ipſius filij. Iaſ. in. l. ex tribus. nume. 2. C. de inoffic. teſtamen. communem dicit.

216 Subſtitutio impuberi facta per verbum commune. vt ſi dicat, Lucium filiū meū inſtituo, & quomodocunq;

 ſine

ſine filijs deceſſerit Semproniũ ſubſtituo. intra tempora pubertatis moriente filio directa eſt, poſt pubertatem reuertitur in obliquam. Iaſ. in conſil. 129. volum. 1. & matrem excludit à legitima. Alexand. in l. continuo. ff. de vulga. & pupill. & in conſi. 12. volu. 3. communem dicit. Deci. tamen in conſ. 128. dubitat de hac cõmuni; & ideo putat deberi legitimã matri: & in conſ. 371.

217 Subſtitutio tacita pupillaris reſultat ex expreſſa vulgari, & dicta vulgaris expreſſa continet ſub ſe ſubſtitutionem tacitam pupillarem. Iaſ. in l. precibus. C. de impu. & alijs ſubſti. nu. 6. communem dicit.

218 Falli: quo ad matrem, quæ non admittitur. Idem ibi. nume. 7. communem dicit.

219 Subſtitutio ſi fiat per paganum filio compendioſe per verbum commune, ſubſtituo. ſi contingat filium mori in pupillari ætate, admittitur ſubſtitutus ex directa pupillari, poſt pubertatẽ ſi moriatur, ſolùm habet locum fideicommiſſaria ſubſtitutio. Iaſ. in d. l. precibus. nu. 15. cõem dicit.

220 Limita, quòd ſi mater eſt in medio cenſetur eius fauore talis ſubſtitutio omni tempore compendioſa, etiam pupillo decedente in pupillari. Ioã. de Ana. conſ. 79. & Fran. de Are. conſi. 155. communem dicunt, licèt Iaſ. in d. l. precibus. nu. 15. teneat cõtrarium. vbi dicit cõtrariam communem. vbi dicit, quòd cùm tractemus de cõpendioſa ſubſtitutione, ſub qua pupillaris continetur, excludit matrem. Sed prima videtur magis cõis. & vi. Coua. in. c. cùm eſſes. nu. 11. de teſta.

221 Amplia iſtam limitationem ad patrem, quia ſubſtitutio vulgaris expreſſa aui, quæ continet tacitam pupillarem, non excludit patrem. Benedi. in c. Rainutius. §. ſi abſq; liberis. num. 88. de teſta. communem dicit.

222 Subſtitutus pupillaris poteſt grauari per fideicommiſſum, ſicut poſſunt venientes ab inteſtato. Roderi. Xua. in l. quoniam in prioribus. fallẽ. 1. nu. 15. cõmunem dicit ex Imol. in c. Rainutius. in fi. de teſta.

223 Subſtitutio exemplaris, quæ parentibus conceditur cùm filius eſt mente captus, ſi habeat filios, ſufficit quòd fiat in vnum. Iaſ. in l. humanitatis. nu. 5. C. de inſti. & ſubſti. cõmunẽ dicit.

224 Subſtitutio vulgaris tollit ſuitatem. Segu. in l. 3. §. fi. nume. 158. ff. de libe. & poſth. communem dicit.

225 Subſtitutio vulgaris tollitur, ſi inſtitutus non ſit hæres, vel ſi moriatur intra annum, intra quem tenetur adire ſi tranſmittit hæreditatem. Iaſ. in l. cùm propones. nu. 18. C. de hære. inſti. communem dicit.

226 Nota, ꝙ ſubſtituto vulgari cõpetit beneficiũ l. fi. C. de edi. diui Adria. & poteſt petere ſe mitti in poſſeſsionẽ bonorum. Bello. conſ. 19. nu. 15. cõem dicit ex Bart. & alijs in dict. l. fi.

227 Subſtitutio fideicommiſſaria facta duobus ſimpliciter, in quocũq; eorũ de per ſe purificatur cõditio, & ſubſtitutus admittitur, etiã ſi non ſit omniũ bonorũ. Iaſ. in l. cùm quidã. nu. 7. C. de inſti. & ſubſti. communem dicit.

228 Subſtitutio facta ſub his verbis, inſtituit & ſubſtituit, ex verbo inſtituo reſultat directa, ex verbo autē ſubſtituo fideicōmiſſaria reſultat. Cur. Iun. conſi.83.nu.2. communem dicit.

229 Subſtitutio fideicōmiſſaria habens plures gradus, ſi primus deficit, admittitur ſecundus. Cur. Iu. cōſ.83.nu.1.& cōſ.135.nu.3. communem dicit.

230 Subſtitutio in forma ſimplicis cōpēdioſa per verba cōmunia continet vulgarē. Caro. Moli. in addi. ad Alex. cōſi.1. in verb. reſpondeo, cōem dicit.

231 Subſtitutio tacita vulgaris ita cōfert vires teſtamēto, ſicut expreſſa vulgaris. Alex. in. d. conſil.1. num.11. magis communem dicit.

232 Subſtitutio compēdioſa continet vulgarem. Alex. in. d. conſi.1. num.4. vol.1. communem dicit.

233 Subſtitutio vulgaris in codicillis, ſi conſtat teſtatorem nolle facere teſtamentū, valet. Viglius. in. §.1. nu.3. Inſti. de vulg. ſubſti. communem dicit ex gl. in. l. illud. ff. de iu. codi.

234 Subſtitutio conditionalis euacuatur, ſi ſubſtitutus moriatur ante euētū cōditionis, etiā ſi ſubſtitutus ſit de deſcēdētibus teſtatoris. Io. Durā in arte teſtā. tit.5. cau.23. cōem dicit ex Alex. in. l. cū ex filio. ff. de vulga. & pupilla.

235 Subſtitutio conditionalis non trāſmittitur etiā ad filios, niſi aliud appareat ex coniecturata mēte teſtatoris. Cur. Iu. cōſ.115. nu.15. communē dicit.

236 Subſtitutiōe cōditionali, ſi ſine filijs decedat, filius inſtituti nō cēſetur ſubſtitutus. Gui. cōſi.218. nu.2. cōmunem dicit ex Bal. in. l. Lucius. la.2. ff. de hære. inſti. & Io. de Imol. ibi. & Anchar. in. c. ſi pater. de teſta. in. 6.

237 Subſtituto Titio ſi filius inſtitutus ſine filijs deceſſerit, Titius deceſſit hæredibus extraneis relictis, deinde filius ſine filijs hæredibus extraneis inſtitutis deceſſit, hæredes Titij nō ſuccedunt, quia nō eſt veriſimile teſtatorem præuidiſſe extraneis hæredibus ſubſtituti hæredibus filij. Cur. ſeni. cō. 44. n.6. cōem dicit ex Bar. in. l. ſi is qui ducēta. §. vtrū. ff. de reb. dubi. vbi tractat de materia copulatiuè.

238 Nota, q̄ ſubſtitutio facta per verba habētia tractū tēporis, & plura tēpora reſpiciētia, dicitur cōpendioſa: vt ſi fit ſub cōditione mortis, cū quis poſſit diuerſis tēporibus mori. Bello. cōſ. 30. n.3. cōmunē dicit. ex Bar. in. l. Centurio. ver. expediti. ff. de vulga. & pupil. & doctor. in. l. precibus. de impu. & alijs ſubſti.

239 Subſtitutio cōpendioſa de re certa facta per ciuilia verba, vt hæres eſto, vel inſtituo. trahitur ad vniuerſa bona filij in pupillari ætate decedentis. Boe. deci.33. num.7. communē dicit.

240 Subſtitutio cū fit poſt mortē alterius, dicitur compendioſa. Cur. Iuni. conſi.172. nu.2. communem dicit.

241 Subſtitutio reciproca reſultat, cū ſubijcitur ſubſtitutio ab vltimo morienti in tota hæreditate. Cur. Iuni. conſi.155. & cōſi.139. nu.5. cōem dicit.

242 Item ſi poſt mortē omnium. Idē ibi. nu.2. communem dicit.

243 Subſtitutio de filijs & de eorū filijs: filijs autē præmorientibus abſque liberis, dicuntur vocati ordine ſucceſ-

 ſiuo.

ſtuo.Cur.Iuni.cõſi.161.nu.5.commu-
nem dicit.

244 Subſtitutio extenditur de caſu ad caſum.Io.Duran.in arte teſtan. tit. 5. cau.5.communem dicit ex Iaſ.conſi. 203.vol.1.

245 Subſtituto vniuerſali hærede ſi filius ſine filijs decedat, nõ eſt ſubſtitutus hæres hæredis.Idem Duran.tit.5. cau.24.communem dicit.

246 Subſtitutum excludit qui ab inteſtato ſubſtitutum excluderet.Corne. conſil. 276. litera. 9. vol.3. communem dicit.& in cõſi.138.vol.2.lit.a.dicit, quòd ſi ab inteſtato non excluderet, non excludit, & dicit cõmunem.

247 Suorum ac emancipatorum nulla eſt differentia. Alci. in para.li.3. c.10. communem dicit.

248 Suitas tollitur per dationem vulgaris ſubſtituti.Iaſ. in.l. ſi in fraudẽ. nu. 3.C. ſi omiſſa cau. teſta. communem dicit.Contrarium tenet Cora.in miſ. li.1.c.2.quo ad effectum ſuitatis.

249 Suſpenſus non priuatur à teſtificãdo. Fran. de Aret.in.c.olim.de accu. nu.2.communem dicit, licèt ipſe arguat in contrarium. & videtur diſtinguere inter temporalem ſuſpenſionem & perpetuam.per tex.in.c. teſtimonium.de teſti.&.d.c.olim. cui dicit non poſſe reſp onderi, & concludit iſtam eſſe veriorem opinionem.

250 Suſpicionis cauſa de iure ciuili nõ eſt allegãda, ſecus tamen de iure Canonico. Ant. de Tremo. in addi.ad Bonacur. in practi. excepti. in rubr. de recuſati.nu.2. litera.b. cõem dicit.

* §.De iure regio ſufficit iurare iudicẽ habere ſuſpectum.l.1.titu.5.li.3. ordi. ex qua corrigit᷑. l.27.ti.4.par.3. &.l.9. &.10.tit.7. li.1. fo. ll.Et circa iſtam.l.1. nota, iuncta differẽtia, quam noſtra communis ponit inter ius canonicũ & ciuile, quòd proceſſus habitus per iudicem recuſatum de iure ciuili eſt ipſo iure nullus, ſecus tamen de iure canonico.Et cũ hac diſtinctione tollitur omnis diſceptatio doctorũ.Quã opinionem tenet Bal. in.c. cum ſpeciali.de appel.& ſequi.Imo.ibi.&Deci.in.nu.9.quem vide.Et cum differẽtia noſtræ communis opinionis euacuatur aliud dubium, quod doctores torquet in.c.iudex.de offi.delega. in 6. & Feli. in. c. inſinuante. nu.5.extra eo.tit.an recuſatio vel ſuſpicio poteſt proponi poſt litem conteſtatam, vel concluſum in cauſa. Ad cuius deciſionem eſt dictum notabile Barba.in tracta.de pręſtan.Cardi.in.q.5.par.2. num.6. quòd de iure ciuili cùm non requiratur expreſſio cauſæ, in quacũque parte litis proponitur. Secus tamẽ de iure canonico. quod nota pro iſta.l.Itẽ nota, ꝙ ſicut iudex poteſt recuſari, ita & notarius cauſę, & ſufficit iuramentũ ad hoc, ꝙ teneatur recipere ſociũ, vt notat Bal.in.c. ſuper quæſtione.§.verũ.de offi.delega. & in.l.1. C.de rela.& gl.in.§.& quod ſæpe. de trien.& ſemi.Et Bal.in dictis locis facit regulam, quòd omnis perſona, quæ in iudicio interuenit, poteſt recuſari. vt notat Ang. in.l. obſeruare.ff. de iudi.&Prępo.in.c.cũ ſpecialis.col. 13.đ appe.quæ faciũt ad ampli.l.72.in curijs Vallisoleti.de anno.1537.&.70.

in curijs Matritjis de anno.1534.& nota,quòd ſufficit quòd vnus ſcribat,& alter ex aſſociatis ſubſcribat,vt per Inno. in cap.quoniam cõtra.de proba. quẽ refert & ſequitur Panor. ibi. Itẽ nota,ꝙ aſſociati tã iudicis quàm notarij debẽt eſſe ſine ſuſpicione, vt apparet in.d.l.1.li.3.ti.5.ordi.ibi. entre ſi dos ſin ſoſpecha.aliàs poſſunt recuſari,vt per Gemini.in.c.ſtatutum.§. aſſeſſorem.de reſ.in.6.Item in quãtum per.d.l.diſponitur, ꝙ ſi nõ ſit alter iudex, vel decuriones, quòd iudex recuſatus poteſt ſibi aſſociari alios homines integræ opinionis,approbata opinione Abbatis.in.d.c.quoniã cõtra.col.16.in fi.vbi dicit, quòd officiũ iſtorũ eſt quaſi teſtium.arg.l. Domicius Labeo.ff.de teſta.& vi.Bald.in.l. apertiſsimi. C. de iudi. vbi eſt materia. & ſorte dirimitur quis debet eſſe cũ iudice. Multi enim caſus de iure ciuili ſorte derimũtur,vt in.l.fi. C.de communia de leg.& gl.in.§.penul.Inſti.de ſatiſ.tuto.nec in his caſibus ſors eſt prohibita.Et quãdo ſunt ſortes licitæ,vi.Feli.in.c.capitulũ ſanctæ crucis.de reſ.nu.21.& Iaſ.in.l. huiuſmodi.§.fin.in fi.ff.de lega.1.& ſan. Thomas.2.2.q.75.arti.8. & Turris crema. in.c.1.26.q.2.

251 Nota,quòd cũ iudex vt ſuſpectus recuſatur,debet fieri recuſatio in ſcriptis.Dida.Perez in.l.1.tit.5.li.3.ordin. col.961.communem dicit ex gl. in.l. apertiſsimi.& in.l.fi.C. de iudi. & in cap.quoniam cõtra.de proba. & Rebu.in conſtit.gallica.part.3.pagi.156. numero.6.

## T.

1 TABELLIO nõ præſumit,niſi probet̃ titulus.Boe.deciſ.36.nu.8. cõmunẽ dicit. & vi.in verb.Notarius.nu.17.

2 Taciturnitas in diſpenſatione habilitatis primæ reddit ſecundam ſurreptitiam.Cur.Iun.conſi.29. nu.9.communem dicit.

3 Tacens habetur pro conſentiente,ſi eſt præſens,& poteſt impedire,& tacet.Cur.Iuni. de feu. par.4.nu.128. & 137.& par.7.nu.19. Secus ſi nõ poteſt impedire. communem dicit & Iaſ. in.l.ſi fundum fideicommiſſariũ.nu. 7.ff.de leg.1.

4 Tempus datum ad cognoſcẽdum, ſi detur ſub numero dierum, incipit currere à tẽpore cõmiſsionis præſentationis, ſecus ſi vſq; ad certũ diem. Phili.Fran.in.c.ſuper eo.de appel.el. 2.communem dicit.

5 Tempus faciendi inuentariũ currit à tempore aditæ hæreditatis.Io. Duran.in arte teſtan.ti.11.cau.8.& Bello. con.68.communem dicunt.& Iaſ.in l.ſcimus.nu.7.C. de iu. delibe.& debet poſt aditam hæreditatem incipere intra triginta dies,& finire intra ſexaginta. vi. in verbo. Inuentarium. numero.39.

6 Nota, quòd tempus datum à prætore, non poteſt abbreuiari ad effectum excluſionis, nec tẽpus datũ ad adeundũ de iure ciuili. Cur.Iuni.cõſ. 108.n.37.communẽ dicit.Iudex tamẽ poteſt abbreuiare tẽpus adeũdi hære

ditatem, ne legatarij ſpectent diu. Alex.conſi.4.vol.2.& Alex.& Iaſ. in Rub. de ſucceſſo. edi.cōmunē dicūt.

7 Nota, ꝙ intentio creditoris non eſt fundata ex eo, quòd probatur cōtra hæredem, quòd non abſtinuit, quia interim dum nō ſe immiſcuerit, poterit abſtinere. Pyrrhus in cōſue. Aure.de ſucceſsi.c.29.cōmunem dicit.

8 Tēpus ſtatutū ad aliquid faciendū, non currit ignoranti. Cur.Iuni.cōſil. 8.nu.2.communem dicit.

9 Fallit primò in tempore dato patronis ad præſentandū, quia currit à tēpore vacationis. Lamb.de iu.pa. par. 2.li.2.q.1.ar.8.nu.1.cōmunem dicit ex Rota deci.38.in anti. Cōtrariā, ꝙ currat à tēpore notitiæ, dicit cōmunem Caro.Moli.in cōſue.Pari. par.1.ti.1.§. 37.gl.10.nu.32. Sed pro cōcordia dic, ꝙ tempus currit à tēpore notitiæ vacationis veræ vel pręſumptæ, vt aliàs dixi in compendio iuris patron.§.10. numer.22.

10 Fallit ſecundò in petitione reſtitutionis ex capite ignorantiæ, quia nō poteſt peti poſt quadraginta annos. Boe.deci.39.nu.7.cōmunem dicit.& vi.in verb.Reſtitutio.nu.60.

11 Tempus longiſsimum facit præſumi ſolēnitates extrinſecas.Boe..deci. 181.nu.15.cōmunē dicit.& vi.in verb. Solennitates.nu.113.

12 Tempus centum annorum requiritur ad hoc, quòd dicatur cucurriſſe tēpus, de cuius initio non ſit memoria hominum in contrariū.Cur.Iun. cōſil.90.nu.2. cōmunē dicit. Aimon de Craue. de antiqui. tēpo. part.4.in verb.ab ſolutis differentijs. à prin.vſque ad nu.9.diſputando hanc materiam concludit, ꝙ quādo requiritur tēpus, de cuius initio nō ſit memoria, nō eſt neceſſarius curſus centū annorum, ſed ꝙ probetur, ꝙ non ſit memoria hominū in cōtrarium. vt per docto.in c.1.de pręſc.in 6. De iure regio per.l.41. Tau. ſufficit, ꝙ teſtes deponant de quadraginta annis de viſu, & de auditu auditus antiquorum cum publica voce & fama, & ſic probato tēpore immemoriali, non dicitur probatū curſus centū annorū, cū requiritur tēpus cētū annorū. Coua. in c.poſſeſſor.đ reg.iu.li.6.n.9.cōem dicit ex gl.in c.cū nobis.de teſti.

13 Tēpus, de cuius initio nō ſit memoria hominum in cōtrariū, debet probare ille, qui fundat ſuam intentionē in dicto tempore. Cur.Iuni. cōſil.90. in fi.communem dicit.

14 Tempus decem annorum dicitur longum. Naua.in c.1.§.2.de pœni.diſti.5.nu.5.communem dicit.

15 Tempus, in quo grauamen incipit effectum nō conſideratur, ſed tēpus, in quo grauamen profertur à iudice. Præpo.in c.biduum.2.q.7.& fallit in excōmunicatione cōmunem dicit.

16 Tempus, quod datur condemnatis vt ſoluant, eſt in iudicis arbitrio. Boe. deci.45.nu.2.cōmunem dicit.

17 Item tempus executionis cauſarū criminalium eſt in iudicis arbitrio. Idē ibi.num.7.communem dicit.

18 Tempus quadriennij ad petēdam reſtitutionē, currit à tēpore finitę pręſcriptionis, cū pręſcribitur cōtra nūc

maio-

maiorē,qui tempore inchoatæ præſcriptionis minor erat.Io Mau.de reſti.in integ.c.44.cōmunem dicit.

19 Tempus ſemper currit de momēto ad momentū,niſi aliud ſit expreſſū.Corne.cō.279.vo.4.ver.nunquid aūt ſit.cōmunem dicit,vt refert Tira. de vtro.retra. de retra.lignagi §.1.gl. 4.n.9.vbi vi. planè, an dies termini computetur in termino.

20 Termini dies non computatur in termino Sebaſti. Van. de nulli.pce. in.§.ex defectu iuriſdictionis. n.160. magis cōmunem dicit ex Bar. Ang. & Iaſ.in.l.1.ff.ſi quis cauti.& Deci.in c.ſuper eo.n.17.de appel.etiam magis cōmunem dicit,&Dida.Perez in l.1.ti.2 lib.3.ordi.col.828.etiam magis cōmunem dicit.& quia contrariam dicit cōmunem Corne.con.279.vo. 4.pro qua videtur.l 70. Tau. & pragma.30.diſtinguit.Aut apparet clarè ex diſpoſitione ꝙ comprehendatur, & comprehēdit: ſi tamen eſt dubiū, procedat prima.& vi.in Antinomia iuris in verb.Dies.n.10.

21 Tertius opponēs ſe liti pro ſuo intereſſe coadiuuando,poteſt allegare & probare omnia,quæ nec principalis allegauit,nec ꝓbauit. Coua. in. c. 13.in.q.pra. n 1. ver. primum ex his, cōmunem dicit.ex gl.in.c.2. de procu.in.6.& in.l. ſuſpecta ff. de inoffi. teſtamen.

22 Tertius opponēs ſe liti non coadiuuando, ſed ſimpliciter pro iure ſuo excludens litigatores,non tenetur aſſumere cauſam in ſtatu,in quo eſt cū intrat in iudicio, ſed de nouo cū eo inchoandū eſt iudicium.Coua. in c. 14.in.q.pra.n.3.ver.hactenus cōmunē dicit,ex Bar.in.l. ſi perluſorio ff. de appel.non tamen iudicium inter litigatores ex oppoſitione tertij eſt nec per momentū differendum, vt notat Inno.in c cùm ſuper.& ibi Feli.n.17.de re iudi.& Rot deci.4.in anti tit de iudi.

23 Tertius appellās pro ſuo intereſſe, dicitur exprimere cauſam appellationis,quæ cùm ſit iuſta,eſt admittēda,aliàs non.Coua.in c.15.in prin.in q.pra cōmunem dicit ex gl.in.c. Romana §.ſi autem. de appel.lib. 6.

* § Nota iſtam cōmunē ad intel.l.4. &.7.tit.23. part.3.

24 Nota,ꝙ licèt contra quem ſunt latæ tres ſententiæ conformes non poteſt dicere de nullitate,tertius autem poteſt dicere de nullitate, & appellare Cou.in.d.c. 15.nu. 9. communē dicit ex Rota deci.441.in anti.& Feli in. d c. cūſuper nu.18. & Deci. in c.ſua.de appel.

25 Teſtamentum licèt quo ad ſolēnitates ſit de iure ciuili,tamen inuētum eſt de iure gentium, & ideo reſcripto non poteſt tolli.Bello.con.2. nu. 4. cōmunem dicit.

26 Nota,quòd ſi teſtator condidit teſtamentum in ſcriptis,in quo deficit aliqua ſolēnitas, valet nihilominus vt teſtamentum nuncupatiuum.Ludo.de Go con.3.nu.11.communē dicit ex Bar.in l.ſi in ſi ff.de iure codi.

27 Teſtamentum licèt ad hoc quòd valeat requirantur ſeptem teſtes,falli tamen primò tēpore peſtis, quia ſufficit

ſufficit quòd fiat coram quinq; teſtibus,& valet. Afflict. deci.25.n.2. Deci.con.284. cõmunem dicunt, licèt Alex in con.177.vo.2.n.6. dicat cõmunẽ contrariam. quem refert Iaſ. in.l.ab antiquis.n.4. de teſta. ſed tamen eum non ſequitur.

* §.Circa iſtam cõmunem & ſequẽtes vi.l.1.tit.1.lib.5.ordi. & l.3. Tau. quæ diſponũt, quòd in teſtamento nuncupatiuo etiam ſi ſit inter liberos, debet adhibere tres teſtes,& notarius: et ſi in loco non inuenitur notarius, quinque teſtes ſunt neceſſarij, et ſi nõ poteſt inueniri numerus, triũ teſtiũ ad minus pręſentia fulciatur. Et in teſtamento in ſcriptis requiruntur ſeptem teſtes, qui omnes vnà cum teſtatore ſubſcribant. vt per dict. ll.

28 Fallit ſecundò, ſi fiat coram preſbytero parrochiali & duobus teſtibus. Io. Duran. in arte teſtã. tit.2. cau.2. cõmunem dicit ex Corne.con.261.vo.4.& vi.Deci.con.284. et ſi non ſit parrochus, requiruntur quatuor teſtes. Bello.con.12.nume.2. communẽ dicit. Quam cõmunem intellige in terris eccleſiæ quo ad temporalẽ iuriſdictionem. Coua.in.c.cùm eſſes. nu.12. de teſta. communem dicit ex Boe. deci.39.

29 Fallit tertiò, ſi fiat in præſentia principis, quia non requiruntur teſtes. Coua. in Rub. de teſta. par.2.nu.2.cõmunem dicit.

* §.Concordat l.5.tit.1.par.6.

30 Amplia, non ſolùm ſi fiat coram eo, ſed etiam ſi confirmet. Idẽ ibi cõmunem dicit ex Bar. in.l.omniũ. C. de teſta.

31 Fallit quartò, ſi inſtitutus ſit hæres intuitu pietatis, ſi hæres verè pauper eſt,& valet teſtamẽtum, etiam ſi nõ ſint adhibiti niſi duo teſtes. Io. Duran. in ar. teſta. ti.2. cau.2. cõmunẽ dicit ex Barba. in. c. ad hoc. el.2. de teſtamen.

32 Amplia iſtam cõmunem etiã quo ad legata non pia, quia valet, cùm teſtamentũ valeat. Coua. in c. relatum. el.1.nu.2. de teſta. magis cõmunẽ dicit ex Anto. in. c. quod clerici. de fo. compe.& Corne.con.278.vo.1. licèt Iaſ. illam improbet in.l.1.C. de ſacroſan. eccle.

* §.Vnum tamen nota de iure regio per.l.2.ti.1.part.6. quòd licèt teſtamẽtum ſit inualidum quo ad hæredis inſtitutionem, tamen legata pia debentur. Et plus dicit. d.l.1. titu.2. li.5. ordi. ꝙ licèt non adſit in teſtamento inſtitutio hæredis, nihilominus legata in eo contenta debentur, non habita differentia de pijs vel non pijs.

33 Amplia ſecũdò etiam quo ad hoc, quòd licèt duo teſtes non ſint rogati, tamen valet teſtamentum. Coua. ibi nu.4. cõmunẽ dicit ex Anto. Io. An. Abba.& Imol. ibi.& Corne. cõ. 278. vo.1.& gl. in.l. fin. §. in omni. C. de codi.

34 Amplia tertiò, quòd ſufficit quòd iſti duo teſtes ſint mulieres. Coua. ibi nu.5. communem dicit.

35 Fallit quintò in teſtamento patris inter liberos, quia valet etiam per ſchedu-

ſchedulam, vbi de voluntate & inſtitutione conſtat, etiam ſine teſtibus. Alexan.con.105.vol.3.& Iaſ.con.57. vo.2.& Io.Duran.in arte teſtan.tit.2. cau. 2. in fin. communem dicit. & Coua.in.c.relatum. el.1. de teſta. nume.12.vbi etiam ad legata pia communem dicit ex Bart. in.l.fideicommiſſa.§.1.de leg.3 & Corne.in Auth. quòd ſine.C. de teſta.& Zazio con. 6.nume.23.vo.1.licèt contrariam dicat communem Socinus Iuni. con. 189.vo.2.nume.24.& Aret.con.54. & Alex con.76.vo.3.

* §. Sed cum prima concor. l. 7.tit. 1.part.6.

36 Fallit ſextò, ſi per ſtatutum conſtituatur vt valeat teſtamentum cum duobus teſtibus.Iaſ.in.l.1.C.de ſumma trini. nume.37. communem dicit.

37 Fallit ſeptimò, ſi à teſtatore eſt electa fides hæredis, quia non requiritur alia ſolénitas, nec alius teſtis. Iaſ. in.l.quæſtionem.nume.14. C. de fideicommiſ.

38 Teſtamentum nõ inficiatur ex eo, quòd teſtes ſint legatarij, ſi ſoléniter ſit confectum.Secus ſi in teſtibus cõſiſtit. Cur.Iuni.con.178.nu.18. communem dicit.

* §.Concor.cum l.11.tit. part.6.& cũ l.8. tit.5.li.3.fo.ll.

39 Item nec probatur legatum ſibi relictum.Iaſ.in.l.dictantibus.C. de teſta.nume. 6.& Io.Duran.in arte teſtã.tit.2.cau. 2. communem dicũt.& vi. Bello.con.14. nume. 17. idem tenentem.

40 Teſtamentum comprobatur legitimè eſſe factum per duos teſtes teſtamentarios. Alexan.conſil.84.vol. 3.& Duran.in.d.cau.2.nu.6. communem dicit.

41 Teſtamentum non reuocatur ex eo, quòd teſtator coram ſeptem teſtibus dicat nolle valere teſtamentum, niſi dicat ſe vellé mori ab inteſtato. Io. Duran.in arte teſtan.ti.2.cau.3. cõmunem dicit.

42 Teſtamẽtum ſubuertitur filijs nõ inſtitutis, etiam ſi eis legata ſit res certa.Io.Duran in arte teſtan. ti.3. cau.1. communem dicit.De hoc vi. quæ habes in verb.Legitima. num.75.

43 Amplia, ſi inſtituantur filij ſub cõditione non poteſtatiua. Idem ibi. nu.3.communem dicit ex Soci. cõſi. 97.vol.3.

44 Amplia ad teſtamentum filij patre non inſtituto, quia non valet.Idẽ. Duran ibi numero. 8. communem dicit.

45 Teſtamentum, in quo pater inſtituit filios ſimpliciter, non comprehẽdit filium, quem ignorabat habere, & eſt nullum.Iaſ. in. l. ſicuti.nu.2. C. de teſta. mili. communem dicit.

46 Teſtamentum inter liberos non ſuſtinetur eo modo, quo de iure melius valere poteſt.Io. Duran in cau.1. num.7.communem dicit.

47 Teſtamentum matris vel aui materni ſuſtinetur per clauſulam codicillarem, etiam ſi filius ſit præteritus: quia grauati cenſentur venientes ab inteſtato reſtituere. Durã ibi.ti.2.cau. 15.communem dicit.

48 Am-

48 Amplia ad teſtamentum nullum ex quacunque cauſa, ſi in eo ſit appoſita clauſula codicillaris per verbum de futuro, venientes ab inteſtato tenentur reſtituere hæredibus ſcriptis, retenta quarta Trebellianica. Iaſ. in authent. ex cauſa. num. 22. C. de libe. præte. & Duran. in arte teſtan. titul. 3. cau. 1. num. 4. & titu. 11. cau. 1. communem dicunt. Quam intelligit Rube. conſi. 125. nu. 7. quando venientes ab inteſtato tempore teſtamenti conditi tenebant primum gradum. vbi vi. varietatem opinionum.

49 Teſtamentum patris cum clauſula codicillari per verbum de præſenti, valet: non comprehendit poſthumum. Secus tamen per verbum, valet, & valebit, de futuro & de præſenti. Alexand. conſil. 124. vol. 1. communem dicit, reprobata opinione Bart. dicentis clauſulam codicillarem per quodcunque verbum non comprehendere poſthumum. Et hanc Bart. opinionem Fran. de Are. conſi. 9. nu. 7. communem dicit, quos refert Iaſ. in authen. ex cauſa. num. 24. C. de libe. præte. Et hanc vltimam dicit magis communem Anto. Rube. conſil. 112. in fi. vbi dicit Barba. & Soci. hanc dixiſſe communem.

50 Teſtamentum eſt ipſo iure nullum, quando erratur in perſonam hęredis, quam teſtator credebat eſſe cõiũctam. Iaſ. in. l. eam quã. nu. 16. C. de fideicommiſſ. communem dicit.

51 Teſtamentum, in quo filius ſub poteſtate eſt præteritus, ſi filius dicat nullum, rumpitur, aliàs non. Iaſ. in. l. poſthumo. nume. 23. C. de bono. poſſeſſio. communem dicit. licèt ipſe faciat concluſionem contrariam, dicens ꝙ eſt ipſo iure nullum. & in authen. ex cauſa. C. de libe. præte. nume. 8. dicit hanc ſuam concluſionem communem in filio ſub poteſtate, non tamẽ in emancipato.

52 Nota, quòd licèt teſtamentum ſit nullum ex præteritione filij in poteſtate, tamen debentur legata. Iaſ. in authen. ex cauſa. nume. 1. C. de libe. præte. communem dicit. & Alexan. conſi. 36. nu. 8. lib. 1.

53 Amplia, ſi in teſtamento ſit clauſula codicillaris, quia valebit in vim codicilli. Alcia. in. l. 1. §. ſi quis ita. nu. 17. ff. de verbo. obligatio. communem dicit, quia clauſula codicillaris rupto teſtamento ex præteritione ſortitur ſuum effectum integrum. Alexand. conſil. 37. volumi. 1. magis communem dicit.

54 Amplia iſtam communem, etiam ſi teſtator ignoraret natos ſibi eſſe nepotes. Alexand. conſil. 26. num. 9. magis communem dicit. Sed Caro. Moli. in addi ad ipſum in. d. cõſ. 26. dicit, ꝙ hodie communis opinio eſt in cõtrarium, reproba. gloſſ. in. l. ex cauſa. C. de libe. præte. vt per Bart. Paul. & Iaſ. ibi. nec etiam recipit limitationem Bart. inquantum dicebat, quòd hæc noua communis opinio non habet locum, quando teſtator diu vixit. Et nota, quòd hæc noua communis opinio dicit magis communem Alexand. conſilio. 47. numero. 11. vol. 2.

55 Re-

55 Reſtringe iſtam ampliationem ad legatum paruum, ſecus tamen in magno, quia rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi, rumpitur legatũ magnum. Alci. de præſum, reg. 1. præſum. 13. communem dicit.

56 Amplia etiam quo ad ſubſtitutiones exemplares & pupillares. Iaſ. in dict. authenti. Ex cauſa. num. 20. communem dicit.

57 Amplia quartò, etiam quo ad fideicommiſſa. Idem ibi. num. 11. communem dicit.

58 Amplia quintò in exhæredatione ſine cauſa, vel cum cauſa nõ probata. Iaſ. ibi. nu. 8. communem dicit.

59 Fallit in legatis relictis ipſi filio rumpenti teſtamentum. Idem Iaſ. nu. 15. communem dicit.

60 Teſtamẽtum rumpitur per ingreſſum religionis. Ioan. Duran. in arte teſtan. tit. 3. cau. 9. communem dicit. vi. in verbo, Monachus. nu. 175. ſupra.

61 Teſtamentum ſi inueniatur cancellatum penes teſtatorem, præſumitur de eius voluntate. Iaſ. in. l. ſi vnus. nu. 9. C. de teſta. communem dicit.

62 Teſtamentum non vitiat leuis ſolẽnitatis omiſſio. Iaſ. in. d. l. ſi vnus. nu. 4. communem dicit.

63 Nota, quòd per ſtatutum poteſt dari teſtandi forma vltra formam traditam per ius commune. Ioan. Duran. in arte teſtan. titul. 2. cau. 6. communem dicit.

64 Teſtamentum ſecũdum formam loci, in quo teſtamentum conficitur, attenditur, & nõ loci rei ſitæ, & ad illa bona extẽditur. Iaſ. in. l. 1. C. de ſummatri. num. 44. communem dicit. licèt ipſe in. l. ſi arrogator. nume. 40. ff. de adopti. dicat communem contrariam. Sed tene primam. & vi. in verb. Statutum. nu. 173.

65 Teſtamentum ſecundum, in quo eſt clauſula, Non obſtante quocunq; alio teſtamento ſub quacunque forma verborum concepta, irritat primum, etiam ſi in eo ſit clauſula derogatoria. Are. in. c. 1. de reſ. communem dicit.

66 Amplia primò, ſi conſtat quocũq; modo, quòd voluit voluntatem mutare. Ioañ. Duran. in arte teſtan. tit. 10. cau. 1. communem dicit.

67 Amplia ſecundò, etiam ſi ſit in primo teſtamẽto ſpecialis clauſula, quã non vult derogari, niſi de ea ſit ſpecialis mentio, quia ſufficit clauſula derogatoria illius teſtamenti. gloſ. in. l. 22. tit. 1. par. 6. in verbo, Señaladamente. communem dicit ex Barť. in. l. ſi quis in principio. ff. de leg. 3.

* §. Lex autem. 22. dicit, quòd quando eſt clauſula derogatoria ſpecialis in primo, requiritur quòd in ſecundo dicatur, quòd verba illius teſtamẽti non inducant damnum iſti ſecundo. Ibi, fueras ende ſi el teſtador dixeſſe enel poſtrimero teſtamento ſeñaladamente, que reuocaua el otro, e q no tuuieſſe daño aquel teſtamento al que ahora hazia las palabras que dixera enel primero.

68 Amplia tertiò etiam ſi in primo teſtamento ſit appoſita clauſula, quòd ſi contigerit reuocare teſtamentum, quòd tunc dono donatione inter viuos,

uos, & videar donare, quia clauſula hac nõ obſtante, valet ſecundũ, & reuocatur talis donatio. Iaſ. conſil. 122. volumi. 4 num. 2. communem dicit. ex Bart. in. l. ſi quis. ff. de leg. 3. & ibi. Albe. & Alexand. licèt contrarium teneat Dinus in reg. quod ſemel. de reg. iu. in. 6.

69 Teſtamenta duo ſi inueniantur facta in vno die, neutrum valet propter incertitudinem. Boeri. deciſio. 371. nume. 3. communem dicit. vi. limita. per Deci. & Iaſ. in. l. fina. C. de edi. diui. & Curti. Iuni. nume. 79. vbi dicit limitationem, ſi in vno ſit appoſita hora, ex Bart. in. l. de rebus. C. de dona. & vi. Felin. in. c. capitulum. de reſ.

§. Didacus Perez in addi. ad doct. de Segu. in. l. quoniam. ff. de acquirend. poſſeſsio. nume. 92. vult dicere, quòd ambo hæredes ſuccedant per. l. 3. tit. 14. part. 6. quæ lex mihi non probat. verba enim legis ſunt. E ſi ambos moſtraren ygual derecho en los bienes del defuncto, ambos deuen ſer metidos en poſſeſsion dellos ygualmente. Nota, quòd lex requirit, quòd ambo demonſtrent de iure ſuo, & ſic requiritur, quòd ambo habeant ius. Sed iuxta noſtram communem nullum habent propter incertitudinem. ar. l. duo ſunt. ff. de teſta. tute. & ſic lex debet intelligi, quando ambo ſunt conſanguinei in æquali gradu, vel æqualiter probant per teſtes de inſtitutione. Et pro hoc eſt text. in. l. 9. titul. 9. part. 6. quæ lex innuit, quòd quando quis inſtituit amicum expreſſo nomine, cùm haberet alium amicum illius nominis, non valet inſtitutio propter incertitudinem.

70 Intellige noſtram communem, quando incertitudo non poteſt vitari, vel per horam, vel per momentum: ſi tamen de tempore anteriori poteſt conſtare qualitercumq; poſterius valet. Anto. Gomez in. l. 45. Tau. nume. 148. magis communem dicit. ex Bart. Paul. & docto. in. l. ex pluribus. ff. ſolu. matri.

71 Limita primò, ſi vnus ex illis poſſideret, quia ille erit hæres. Idem ibi. num. 149. communem dicit ex Bald. in. l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ. & gloſ. in. l. ſi cùm actum. ff. de neg. geſtis.

72 Limita ſecundò, ſi vnus ex inſtitutis eſſet de venientibus ab inteſtato. Idem ibi communem dicit ex gloſſ. in. l. ſi duobus. §. ſi prius. ff. de con. tabul.

73 Teſtator ſub conditione poteſtatiua poteſt hæredem inſtituere, & valet inſtitutio. Ioan. Duran. in arte teſtan. titul. 3. cautela. 4. communem dicit.

74 Teſtator ſi exprimat nomen hæredis, & omiſit, hæres eſto, vitiatur teſtamentum. Secus tamen, ſi omiſsio nominis & verbi, hæres eſto, fiat ex errore notarij. & Iaſ. exemplificat in teſtatore, qui fecit teſtamentum in ſcriptis manu propria, & in nuncupatiuo in notario. in. l. errore. nume. 2. C. de teſtamen. communem dicit.

75 Nota, quòd error notarij non po-

teſt

teſt probari niſi per ſeptem teſtes in teſtamẽto,& in codicillo per quinque.Iaſ.ibi numero.7.communem dicit.

76 Teſtator poteſt loqui & intelligere, ſi per notarium interrogetur, an velit Lucium ſuum hęredem inſtituere, & ipſe reſpondit quòd ſic, & notarius dicit quòd ſuum hæredem inſtituit, valet teſtamentum. Ioan. Duran. in arte teſtan.titul.14. caute.l.2.& Boeri.deciſio.35.num.6. & Bello. conſil. 62. & Iaſ. in.l. iubemus.num.20.C.de teſtamen. communem dicunt. Et de intellectu iſtius communis vi. Xuarez in allegatio. 1.fol.124. diſtinguens, an notarius ſit rogatus à teſtore, vel non. Carolus Molin.in addi. ad Alexan. conſil. 12. in verb. quòd ſic. volumi. 1.hanc communem dupliciter intelligit, quando teſtator conſtat eſſe ſanæ mentis, & articulatè loquens. Secundò, quando apparet teſtamentum ab initio ſcriptum de voluntate teſtatoris, ſecus ſi eo inſcio ſit ſcriptum.ex Ioan. Andre. in addi. ad Specu.de teſta. §.1. & Iaſ.in dict.l.iubemus. in fi. & in conſil. 196. & Hippoly. ſingul. 449. & Afflict. deciſ. 143. Vel ſi graui morbo laborans interrogatus à notario, quem ipſe non rogauit, velit ne Titium hæredem, & reſpondit quòd ſic, nullum eſt teſtamẽtum. Couarruuias in cap.cùm tibi. nume. 4. de teſtamen. ex Soci. conſil. 20. &. 28. volumi.3. & Alexand. Corne. & Iaſ in dict.l. iubemus. & Boe. deciſ. 35. & Barb. in dict. cap. cùm tibi. & Vigli. de teſta.§. ſed cùm paulatim. dicit, quòd ſi de extraneis interrogetur, prçſumitur ſuggeſtione reſpondiſſe.num.12.

77 Teſtator filios impuberes inſtituens, & eos inuicem ſubſtituens, ex his verbis inter impuberes vulgaris & pupillaris eſt ſubſtitutio, inter puberes autem vulgaris cenſetur facta. Iaſ.in.l. Lucius.ff. de vulg. & pupi.& in conſil.134.vol.1.& Ioã. Duran.in artẽ teſtan. titul.5.cau.29. communem dicunt.

78 Teſtator ſubſtituens Petrum & eius filios, intelligitur ordine ſucceſſiuo.Cur.Iuni.conſi.121.num.5.communem dicit.

79 Teſtator ſi in vltima voluntate in inſtitutione proferat hæc verba, Si nauis ex Aſia venerit Seius hæres eſto, ſi nauis ex Aſia non venerit Caius hæres eſto. inſtitutio eſt in vtroque caſu. Vigli.in.§. primo. Inſtitu.de vulga.& pupilla. nume.ſexto. communem dicit, ex Fabro & Ang.ibi.

80 Nota, quòd ſi teſtator cõmittit omnia bona ſua diſpoſitioni Titij, videtur Titium hæredem inſtituere, vt diſtribuat bona in pias cauſas. Coua.in.c. ſi tibi. numero.10. de teſtamẽ. communem dicit, ex Inno. quem omnes ſequuntur in dict. capit. ſi tibi. Nec refragatur lex. trigeſimaſecunda. in cõuentu Tau. quia lex loquitur in caſu, in quo defunctus

ctus commiſit alteri vt teſtetur, quia in hoc caſu ſolùm quintum bonorum poterit diſtribuere pro anima, reliqua venientibus abinteſtato debentur.

81 Teſtatoris mens ſi non conſtat, inhærendum eſt verbis, & eius virtuti. Curti. Iuni. conſ. 169. nu. 1. communem dicit.

82 Amplia, quia in fideicommiſsis teſtatoris mens coniecturata non operatur, quando non patitur coniecturam virtus recti ſermonis. Curti. Iuni. conſil. 69. nume. 2. communem dicit.

83 Teſtator & contrahentes in dubio videntur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatutaria. Curti. Iuni. conſ. 86. num. 6. & conſ. 171. nume. 1. communem dicit.

84 Item & cum diſpoſitione iuris cõmunis, & in fideicommiſsis videtur vocare eo ordine, quo ab inteſtato erant ſucceſſuri. Curti. Iuni. conſil. 175. num. 2. & conſ. 128. num. 8. communem dicit.

85 Teſtator excludens fœminas propter filios, & propter nepotes videtur excluſiſſe. Curti. Iuni. conſil. 116. nu. 1. communem dicit.

86 Teſtator non videtur vocare nepotem cum patruo cùm diſponit inter perſonas, inter quas cadit ordo neceſsitatis. Secus tamen, quando ſolùm ordo affectionis & charitatis, quia tunc admittuntur ſimul & ſemel. Cur. Iuni. conſi. 128. num. 1. communem dicit.

87 Teſtator non poteſt prohibere ius accreſcendi. Ioannes Duran. in arte teſtan. titulo ſexto. cautela. 15. communem dicit ex Alexand. in l. ſi quis pridie. ff. ad Trebellia. & in. l. hæres. ff. de hæredi. inſtituen. Contrariam, immo quòd poteſt, dicit magis communem. Iaſ. conſil. 8. volumine tertio. Pro concordia vi. Antoni. Nice. in concor. Bartoli, concor. 194. Sed melius per Curti. Iuni. conſilio. 12. numero quinto. vſque in finem. vbi concludit, quòd quando teſtator fecit duo teſtamenta, vnum ſolenne & aliud minùs ſolenne, tunc bene poteſt prohibere ius accreſcendi, & ſic procedit doctrina Bart. in dict. l. ſi quis priore. & eſt hæc communis opinio & nulli dubia. Sed in vnico teſtamento procedit contraria eiuſdem Bart. in l. quotiens. §. fina. de hære. inſtituen. quem vide.

88 Teſtator poteſt prohibere detractionem Trebellianicam in fideicommiſſo. Barb. conſil. decimo. volumine quarto. Ioannes Duran. in arte teſtand. titulo quinto. cautela prima. & Ludoui. de Goza. conſilio nonageſimoſeptimo. & Iaſo conſilio octuageſimoquarto. volumine primo. & conſili. centeſimo quadrageſimoſexto. volumine ſecundo. & Alexand. conſilio quinto. volumine tertio. communem dicunt, & magis communem Alexan. conſil. 69. num. 1. vo. 1.

89 Amplia iſtam communem, et iã

ſi

ſi teſtator præcipiat, quòd tota hęreditas, vel quicquid ad hæredem peruenerit, reſtituatur, etiam ſi non prohibeat, non detrahitur Trebellianica. Bello. conſi. 64. nume. 2. communem dicit ex Alexandri. conſi. 5. volumi. 3. & conſil. 141. volu. 2. & conſi. 133. volu. 5. & Angel. conſil. 135. incipien. Hoc eſt teſtamentum. Sed dictus Bello. conſil. 55. nume. 1. magis communem dicit contrariam, immo quòd detrahitur, ex mente Decij conſil. 495. & idem Bello. conſi. 66. nu. 1. & 2. ex Roma. cõſi. 239. qui dicit communem. & Paul. in auth. cùm teſtator. C. ad leg. falci. & Capra. conſ. 86.

90 Item Trebellianica non detrahitur in fideicommiſſo pio. Couarru. in c. Rainaldus. §. 3. num. 7. de teſta. communem dicit ex Panor. conſ. 59. volu. 1. & Lanfran. in d. c. Rainaldus. & Bal. conſ. 8. volu. 4.

91 Fallit prima communis in filijs primi gradus inſtitutis, quia eſt inefficax prohibitio. Deci. conſil. 81. & 299. & Curti. Iuni. conſil. 70. nume. 16. & Ludoui. de Goza. conſi. 45. num. 21. communem dicunt. Sed Corne. conſil. 22. volumi. 2. dicit communem contrariam. Sed pro concordia vide Deci. conſil. 480. dicentem. Aut ſunt detrahendæ duæ quartæ, & poterit prohiberi: ſi tamen vna, non. Tamen Curti. Iuni. & Couarruui. in cap. Rainutius. §. 11. nume. 7. dicunt indiſtinctè patrem non poſſe prohibere deductionem Trebellianicam. & Go. conſil. 97. nume. 4. dicit communem primam, etiam ſi deducendæ eſſent duę quartæ, quod non poteſt prohibere, & hæc videtur magis communis.

* §. Nota iſtas cõmunes ad intellectũ l. 8. tit. 11. par. 6. & l. vlti. tit. 5. part. ea. & vi. l. 5. eo. tit. 11. vbi diſponitur, quòd non ex eo, quòd filius non detrahit falcidiam, vel Trebellianicam, perditeam. & vi. gloſ. in cap. fi. de dona. inter vi. & vxorem. vbi dicitur, quòd ſi filius non detrahit Trebellianicam, poteſt tamen repetere.

92 Nota, quòd ſi inſtitutus non confecit inuentarium, non poteſt detrahere Trebellianicam, & perdit eam. Bello. conſi. 19. nume. 12. communem dicit ex Deci. conſil. 495. & 236. & dict. Bello. conſil. 64. num. 4. magis communem dicit.

93 Amplia & in filio primi gradus. Idem ibi communem dicit ex Curti. Iuni. conſ. 54.

94 Amplia ad occultantem bona hæreditaria, quia non detrahit Trebellianicam, & punitur in duplo rei omiſſæ. Bello. conſil. 30. nu. 5. communem dicit. ex Alex. & Iaſ. in l. fi. §. licentia. ff. de iu. delibe.

95 Nota, quòd in omnibus caſibus, in quibus Trebellianica eſt detrahenda computãdi ſunt omnes fructus, quos percepit, reſtituens bonæ fideicommiſſario. Bello. conſi. 64. num. 5. communem dicit ex Bart. & Paul. in l. iubemus. §. fi. C. ad Trebelli.

96 Teſtator non poteſt grauare hæredem vel legatarium de adoptãdo aliquem in filium, & ſi non adoptaret, ꝙ priuat eum hęreditate. Iaſ. in l. quidam cùm filium. nu. 8. ff. de verb. obli

 gatio.

gatio. communem dicit, & eſſe intellectum. l. vxorem. §. hæres. ff. de leg.3.ex glo.ibi.

97 Teſtis debet iurare dicere veritatem pro vtraq; parte. Marant. in ſpecu.aure.part.2.num.20.communem dicit de teſtium productione.

98 Teſtis non iuratus, licèt non inducat probationem, inducit tamen præſumptionem. Pomates in addi. ad Bart.in.l.de quibus.nume.21.ff. de legi.communem dicit poſt glo.in cap. nuper.de teſti.

99 Teſtis non poteſt iurare per procuratorem etiam ſpeciale mandatum habens. Curti. in.l. admonendi. nume.221. ff. de iureiuran. communem dicit.

100 Teſtis non debet deponere in ſcriptis, ſed ore proprio pronuntiare debet. Coua.in reſolu. lib.2.cap.13.communem dicit.nu.6.

101 Nec etiam per epiſtolam. Curti.Iuni in dict.l.admonendi.nu.222.communem dicit.

102 Nutriens non poteſt eſſe teſtis, quã diu nutrit, poſtea ſic. Oria.in.c.quoniam contra falſam.de proba.tracta.4.num.79.communem dicit, aliàs in tracta.de teſti.tracta.4.

103 Frater non eſt teſtis pro fratre cum quo in cõmuni viuit, ſiue patre mortuo, ſiue viuo, vel ſi ſit magna cauſa ciuilis, nec in cauſa criminali, niſi ad innocentiam excuſandam, aliàs poteſt eſſe teſtis. Oria.ibi.num.80.communem dicit.& nota diſtinctionem Soci. in de teſti.quæſtio.17. nume. 6. Frater autẽ ſeorſum habitans in cauſis ciuilibus leuioribus teſtis eſt idoneus.Soci.in conſil.130. nu.10.volu.1. communem dicit.

104 Nota, quòd conſanguineus in cauſa criminali omnino repellitur à teſtimonio, in ciuili minùs creditur. Frã. de Are.in cap.cùm oporteat.de accuſa.num.11.communem dicit.Oria.in dict.cap. quoniam contra.cap.8.nume. 58. communem dicit, & patruũ pro nepote, & conſobrinum pro cõſobrino eſſe teſtem idoneum, ex glo. in. c. accedens. vt lite non conteſta. & Hippoly.ſingu.133.quem intellige vt in hac communi.

105 Iudex non poteſt eſſe teſtis in cauſa coram eo agitata, nec in cauſa appellationis quo ad merita cauſæ, licèt ſuper proceſſu ſic, vel ad declarandũ ſuum animum.Curti.Iuni. conſi.126. nu.7.communem dicit.

106 Aduocatus ante præſtitum patrocinium poteſt eſſe teſtis pro clientulo, & vbi veritas aliter haberi non poteſt, & in cauſa, in qua non præſtitit patrocinium contra clientulum, nõ tamen pro eo, nec in cauſa appellationis. Oria. in dict. cap. quoniam contra. capit. 8. nume. 67. communem dicit ex Albe. de teſti. §. 4. verſ. expedita. & Aufre. de reproba. teſti. nume.8.

* §. Vi.de hoc.l.20.tit.16.par.3.

107 Singuli de vniuerſitate non poſſunt eſſe teſtes in cauſa vniuerſitatis, quæ concernit commodum ſingulorum. Secus ſi non concernat. Oria.ibi.num.98.communem dicit. Et vi. Socin. in regul. 408. vbi ponit

pro

pro regula, quòd poſſit indiſtinctè. Et primam dicit communem Deci. in cap. inſuper. num. 6. de teſti. & Couarruuias in quæſtio. practi. cap. 18. num. 4. licèt diminutam ex affectione videantur habere fidem ex Archi. in cap. 14. quæſtio. 2. & Felin. in dict. cap. inſuper. Et ob id Alexand. in conſil. 99. nume. 9. dicit, duos teſtes de vniuerſitate non ſufficere, ſed plures ſic. quem refert Deci. in regul. 2. num. 35. ff. de re. iu. Quam concluſionem extendit ad teſtimonium mulieris in criminalibus, quòd nõ ſufficiant duo ad condemnationem in cauſa criminali. quæ videtur limitare l. 17. tit. 16. part. 3. quæ omnimodam fidem præſtat teſtimonio mulieris. Cogita.

§ Nota iſtam communem ſic intellectam ad l. 18. titul. 16. part. 3. Sed cùm interrogatus quid in hanc quæſtionem ſentirem, reſponſum quod feci, operæpretium duxi hîc inſerere, cùm quotidie de ea verſatur.

108 Vtrùm ſinguli de collegio vel vniuerſitate in teſtes admittantur pro collegio vel vniuerſitate. Doctores diffuſè tractant de hac quæſtione. Canoniſtæ in cap. inſuper. & in cap. cùm nuntius. de teſti. & in cap. & ſi Chriſtus. de iureiuran. & in cap. ſuper prudentiam. 14. quæſtio. 2. & legiſtæ in l. intantum. ff. de re. diui. & in §. vniuerſitatis. Inſtitu. eo. titu. recentiores vt Ori. in cap. quoniam contra. de proba. cap. 8. de teſtib. nume. 74. & Chaſſane. in conſuetudin. Burgund. rubri. 13. §. 5. in. gloſſ. ſi non par. par cours. & Geral. ſingul. 49. Ex quibus elicio quatuor concluſiones. Prima concluſio. Singuli de collegio ſunt idonei teſtes in cauſa ciuili collegij vel vniuerſitatis. Quæ probatur in dict. capit. ſuper prudentiam. & eſt text. in dict. cap. inſuper. & cap. cùm nuntius. de teſti. dum ſimpliciter loquuntur. & cum eis concordat dict. l. 18. titul. 16. part. 3. & hanc concluſionem tenent Innocen. & Abbas, & communiter docto. in dict. cap. cùm nuntius. & in dict. l. intantum. præcipuè Bart. & Bald. & Speculator in tit. de teſti. §. 1. verſ. Sed nunquid in cauſa. nume. 22. & Bald. in dict. capit. cùm nuntius. aſſignat rationem, quia illorum non intereſt, quia illorum dicitur intereſſe, qui proprio nomine poteſt agere vel excipere: vt in l. 1. §. ſed ſi alius. ff. quando appel. ſit. ſed cùm ſinguli de vniuerſitate non poſſint agere vel excipere, ergo & ſi dicatur quòd eis intereſt ratione affectionis, ratio iſta eſt leuis ſuſpicio, quæ ex iuramento purgatur, nam iuramenta ſunt ſuſpicionis purgamenta. Hæc Bald. Nec obſtat text. in dict. cap. & ſi Chriſtus. quia ad illum text. ſuppletur communiter per docto. maximè vt per Specula. in dicto verſ. Sed nunquid. & Panormi. in dict. cap. inſuper. Et quòd cauſa vniuerſitatis non ſit ſingulorum, eſt text. in dict. §. vniuerſitatis. ibi, quæ vniuerſitatis ſunt non ſingulorum. Sed iſtam concluſionem intellige, dummodo cauſa non ſit multùm ardua, vt de maximo honore, vel de vniuerſo ſtatu vniuerſitatis. vt tenet Bald. in dict.

capit. cùm nuntius. & Aretinus ibi. & Speculat. in dicto. §. ſed nunquid. Et ratio eſt, quia cauſa ciuilis ardua æquiparatur criminali. vt in. l. propter litem. §. 1. ff. de excu. tuto. & in cap. frequens. de reſtitu. ſpoli. lib. 6. Limita tamen iſtam concluſionem vt per Iaſ. in. l. in ius vocari. ff. de in ius voc. §. patronum. nume. 7. quia licèt ſint idonei teſtes, tamen non plenè eis creditur. vt tenet prædi. Couarru. in dict. cap. 18. nume. 4. Quod tamen ſublimita, ſi ſint alij teſtes admixti, qui non ſunt de vniuerſitate, quia ſuppletur defectus illorum. vt per Alexand. conſi. 68. volumi. 2. quem refert Bello. conſil. 63. vel ſi ſint plures teſtes vniuerſitatis q̃ duo, vt notat Imol. in dict. cap. cùm nuntius. & Alexand. conſil. 47. vol. 2.

Secunda concluſio. Singuli de collegio vel vniuerſitate non ſunt idonei teſtes in cauſa vniuerſitatis, ſi cauſa tangit illos vt ſingulos. Et in hac concluſione eſt notandum, quod præſupponit Bald. in rubri. ff. de re. diui. colum. 5. verſ. nunc de quinto membro: quòd quædam ſunt vniuerſitatis quo ad honorem & commodum, vt molendina communia, quæ burſæ vniuerſitatis applicantur, & de iſtis ſi quæſtio ventiletur, procedit prima concluſio. Quædam ſunt vniuerſitatis quo ad nomen & honorem, tamen vniuerſitas nihil percipit, vt paſcua, & nemora, ſed ſingulares homines dictæ vniuerſitatis, quia quilibet de villa vel ciuitate poteſt ibi ſcindere, vel pa ſci: & ſi de iſtis cauſa ventiletur, procedit ſecunda hæc concluſio. Ratio tamen eſt, quia eſt propria cauſa vniuſcuiuſq;, & in propria cauſa nullus teſtificatur, l. omnibus. C. de teſti. & in cap. in teſtis. quæſtio. 3. Et hanc concluſionem tenet Gaufre. & Ioan. And. in dict. cap. cùm nuntius. & Bald. in dict. l. in tantum. & Angel. in. §. 1. Inſtitu. de rerum diuiſio. & Speculat. in dict. §. ſed nunquid. nume. 21. & Bald. in eius addi. Et hæc eſt communis opinio, licèt Abbas in dict. c. inſuper. ab ea recedat triplici ratione, quibus omnibus reſpondetur ex mente Areti. in dict. cap. cùm nuntius. Et prima ratio eſt, quòd clerici, qui de reditibus eccleſiæ viuunt, poſſunt teſtificari in cauſa eccleſiæ, vt in dict. cap. cùm nuntius. ergo eadem ratione poteſt teſtificari ille, qui recipit commodum ex paſcuis communibus. Sed ad hoc aſsignatur tale reſponſum: Inter clericum & iſtum eſt duplex differentia: quia clericus recipit reditus propter ſeruitium: vt in cap. cùm ſui. de præben. & in cap. fi. de præſ. lib. 6. & eſt quodammodo locatio ex opere, vt in. l. Mæuia. in princip. ff. de annu. leg. & non recipit reditus immediatè ex re, ſed ex ſuo opere. Et hanc ſolutionem aſsignat etiam Feli. in d. c. inſuper. Secũda, quia clericus recipit fructus de manu alterius, & non poteſt dicere, quòd habeat ius in re de qua contenditur. vt in. l. fundi Trebatiani, & ibi per Bart. ff. de vſufructu. lega. & plenè declarat Bart. in diſputatione, quæ incipit, Publicanus. Alia autem

tem recipiunt fructum propria authoritate, vnde licèt non habeant vſufructum formalem, habent tamen authoritatem percipiendi fructus, quæ eſt ſimilis vſufructu. vt in l. neceſſariò. §. fi. ff. de periculo & commodo rei vendi. Poteſt tamen inferri, quòd ſi ventilatur de re vel poſſeſsione, quæ pertinet ad titulum beneficij, quòd in illa cauſa ille, de cuius poſſeſsione agitur, non eſt idoneus teſtis, vt latè per d. Areti. in dict. c. inſuper. Secunda ratio Abbatis eſt, quòd legatarius nõ repellitur à teſtimonio in cauſa teſtamenti, ex qua ex conſequentia conſequitur legatum. vt in §. legatarijs. Inſti. de teſta. Sed huic. §. reſpondit Bald. in rubri. de re. diui. ff. dicens, quòd quando ex dicto teſtis & ſententia immediatè acquiritur teſtificanti ius, tunc repellitur à teſtimonio, quia æquè principaliter ſua intereſt, & ſic eſt caſus noſter. Sed ex ſententia lata pro teſtamentario immediatè non acquiritur legatario, quia æquè principaliter non agitur de illo. ita Bal. ibi & Speculat. in dict. §. ſed nunquid. Item ad l. 1. ff. de autho. tuto. alleg. per Abba. reſpondetur, negando, quòd teſtificanti quæratur in conſequentiam. Quia in conſequentiam tunc acquiritur, quando ex illo actu non immediatè, ſed mediatè acquiritur. vt in dict. l. 1. quia cauſa immediata, propter quam acquiritur actio tutori contra pupillum, fuit obligatio prima, per quam ille cui ſuccesſit pupillus erat debitor tutoris, cauſa autem mediata fuit adi tio, per quam obligatio illa, quæ erat penes defunctum, applicata eſt hæredi. Et licèt vniuerſitas habeat ius in re principale, non tamen per hoc tollitur, quin habenti vſufructum, vel aliquid ſimile vſufructui, pertineat intereſſe, vt dicatur teſtificari in propria cauſa. & hoc ſentiunt docto. in l. parentes. in fi. C. de teſti. vbi plenè per Bald. & Salicet. pro quibus eſt gloſ. in. l. 2. C. vbi in rem actio. quæ vult notabiliter, quòd ſi agitur rei vẽdicatione contra vſufructuariũ, non poteſt nominare dominum in iudicio reſpectu iuris vſufructus, quia eſt cauſa propria vnde dicitur procurator in rem ſuam. vt in l. 1. in fi. ff. de vſufruct. & quemadmo. & cum hac ſecunda concluſione concludit ſigiſmum. conſil. 25. nume. 7. inter conſi. feuda. Intellige tamen iſtam concluſionem, quando vniuerſitas agit contra extraneum. Secus tamen ſi agatur inter ciuem & vniuerſitatẽ, quia in hoc caſu ſunt idonei teſtes ſinguli de vniuerſitate in quacunq; cauſa. Ioan. Andre. in dict. cap. cùm nuntius. & Panormita. in dict. cap. cùm ſuper & Feli. in 3. limita. & Hippoly. in l. 1. §. ſeruum. ff. de quæſtio. Et de probatione nemorum vel paſcuis, vi. Caſſane. in dict. §. 5. vbi ponit regulam cum limi. nume. 7. & vi. l. 4. tit. 28. par. 3.

Tertia concluſio. Singuli de collegio vel vniuerſitate in cauſa criminali non ſunt idonei teſtes. Hæc concluſio probatur per dict. cap. ſuper prudentiam. & eam tenet Innocen.

Gaufre.Panor. & cæteri ſcribentes in dict. cap.inſuper. & Ang. in dict.§.1. de re.diui.Inſti.

Quarta concluſio. Singuli de vniuerſitate vel collegio in defectū probationis admittuntur in teſtes pro ſingulo illius vniuerſitatis. Hanc concluſionem tenet Specu. in dict.§. ſed nū quid. & ſequi. Arc. in dict. capitu. cùm nuntius. & Deci. in dict. capit. inſuper. & Hippoly. in. l.1.§. ſeruus municipum. ff. de quæſti. quam intellige in parua vniuerſitate, quia præſumitur affectus ex cohabitatione, ſecus tamen ſi eſt tam ampla, quòd nulla ſit ſuſpicio, quia etiam in cauſa criminali ſinguli pro ſingulo admittuntur. Io. An. in dict. capitul. cùm nuntius. & Abb. in dict. cap. inſuper. & Hippo.in dict.§.ſeruus municipum. Quod nota.

109 Infamis infamia iuris non poteſt eſſe teſtis etiam contra infamem, niſi aliter veritas haberi non poſsit, quia tunc cum tormētis admittitur. Oria. in dict.cap.quoniam.cap.8.num.102. communem dicit.

110 Infamis infamia facti in ciuilibus poteſt eſſe teſtis, licèt fides eius ſit diminuta, in criminali nō poteſt. Oria. ibi.nū.103.communem dicit.

111 Nota, quòd relinquitur arbitrio iudicis quantum in fami propter infamiam diminuatur fides. Couarru. in epi.4. par.2. cap. fi.§. fi.num.8. communem dicit.

112 Subditi ſunt idonei teſtes in cauſis dominorum ſuorum regum ac principum. Scheuo.de teſti.num.39.communem dicit poſt Bart. & alios in l. idonei.ff.de teſti.

113 Cedens non poteſt eſſe teſtis in cauſa ceſsionarij. Aufre. de repro. teſti. num.17. & Ori.de teſti.num.88.communem dicit.

114 Venditor, qui non tenetur de euictione, poteſt eſſe teſtis pro emptore ſuper re vendita. Ori.ibi.num. 89. cōmunem dicit.

§.Concordat cum. l.19.tit.16 part.3. Quam intellige, niſi appareat in fraudem venditionem factam vt admittatur in teſtē, vt tenet Floria. & doct. in l.nullus.ff.de teſti.vbi eſt gl.pro cōi.

115 Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis. Ori.ibi.nu.105.commmunē dicit.

116 Prælatus non poteſt eſſe teſtis in cauſa menſę ſuę Aufre.de repro.teſti.nu.1.communem dicit ex Soci.reg.408.

117 Amicitia maxima ex toto repellit teſtem. Aufre.ibi.nu.10 cōmunē dicit.

118 Item, an inimicus olim ſi poteſt teſtificari contra amicum recōciliatum, relinquitur arbitrio iudicis. Alci. de præſ.reg.2.pręſ.21.communem dicit.

118 Item inimicus, cum quo de proximo fuit inita amicitia, repellitur in teſtem. Couatru.in quæſt.prac.c.18.nu.3.communem dicit ex cap.accuſatores.& ibi.glo.3.quæſt.5.& Feli.in cap. per tuas.de ſymo.

119 Nota, quòd exceptio inimicitiæ poteſt opponi cōtra teſtem dum producitur, non expectata repulſa, & antea quam examinetur, debet de inimicitia tractari. Tho.Grāma.deciſ.86.nu.1.communem dicit ex Bar. in auth. ſi dicatur.C.de teſti.

120 Socius poteſt eſſe teſtis in cauſa ſocij, niſi ſit ſocius omnium bonorum, vel ſi ſit maxima amicitia ratione ſocietatis orta. Aufre. de repro. teſti. nu. 89. communem dicit.

§. De iure regio non admittendam iſtam diſtinctionem dicit Pet. Nuni. in Alpha. Hiſpa. in verbo. amigo. ex l.5. tit.3. part.7. & l.21. titu.16. par.3. ſed quòd ſocius extra cauſam ſocietatis poteſt admitti in teſtem indiſtinctè, ſed communis innititur ratione.

121 Teſtis contra clericum in cauſa criminali eſſe non poteſt qui non poteſt promoueri ex impedimento vel vitio corporis. Feli. in cap. 1. de excepti. & Deci. num.3. communem dicunt. & vi. Couarru. in capitu. 18. nume. 2. in quæſt. pract.

122 Teſtis reprobatus in vno, reprobatur in omnibus. Alex. conſi. 27. nu.3. vo.3. & in con.45. nu.6. eo. vo. & Molin. ibi. communem dicunt.

123 Socius criminis non probat. Cur. Iuni. conſil. 170. nume. 4. communem dicit.

124 Domeſticus repellitur à teſtimonio, etiam ſi talis ſit, cui non poteſt imperari. Soci. conſi. 17. num.3. vo.1. cōmunē dicit. & vi. Tira. de ceſſan. cau. part.1. num.101.

125 Cardinali deponenti ſuper aliquo ſpeciali in præiudicium tertij ſibi eſſe commiſſum vel habere poteſtatem non creditur. Cur. in l. admonēdi. nu. 207. ff. de iureiuran. communē dicit.

126 Fideiuſſor, & ſi principalis ſit ſoluēdo, etiam ſi non renuntiauerit beneficio fideiuſſoris, nō poteſt eſſe teſtis pro principali. gloſſ. in l.18. tit.16. par.3. communem dicit.

127 Teſtis vnicus etiam deponens de facto proprio, non probat. Boe. dc.225. nu.17. communem dicit.

128 Limita primò ad ſemiplenam probationem. Cur. Iuni. con.122. num.7. communem dicit.

129 Fallit ſecundò, ſi de conſenſu partium admittitur ad hoc, quòd plenè ei credatur. Iaſ. in l.1. §. vlti. ff. de verb. num. 8. communem dicit. Quod intellige, quando conſenſus præſtatur vni perſonæ, & nominatim quo ad certum negociū, ne detur cauſa fraudi ſecundum Ang. in l. pactum inter heredes. ff. de pact. & Are. in dict. §. vlti. nume. 28. de quo per Couarru. in reſo. li.2. capit.13. & vi. in verbo. Electus. num.13.

130 Amplia iſtam fallentiam in teſtibus ſingularibus in caſibus, qui ex pluribus actibus generaliter deducuntur, vt vſus iuriſdictionis, poſſeſsionis, ac vſurarij manifeſti, & de his ſimilibus. Couar. in reſo. li.3. cap.3. num.5. communem dicit ex gloſſ. in l. ob carmē. ff. de teſti.

131 Teſtis de credulitate nō probat. Addi. Panor. in cap. quotiens. de teſti. ex gloſ. communiter approbata. in l. teſtium. C. de teſti. communem dicit.

132 Fallit in his, quæ conſiſtunt in iudicio intellectus. Cur. Iuni. in Rub. de iniuran. ff. nu.9. communem dicit.

133 Nota, quòd teſti deponenti circa ea quæ ſenſu corporeo non percipiuntur, ſi non aſsignauerit rationem per ſenſum corporeum, etiā non interro-

gatus, non creditur. Curti. Iuni. conſi. 150. nu. 1. cōmunem dicit. Secus in his quæ ſenſu corporeo percipiūtur, quia non tenetur dare rationem niſi interrogatus. Sapia in. l. de ætate. ff. de mino. nu. 52. & Curt. in. l. 1. nu. 29. ff. ſi certum peta. communem dicit.

134 Nota, quòd ſi teſtis bene deponat & interrogatus de ratione ſui dicti, ſi non adducit bonam rationem, non probat. Curti. in. l. vni. C. de ſen. pro eo quod inte. nu. 64. communem dicit poſt gl. in. l. ſolum. ff. de teſti.

135 Teſtis deponens, ſubijciens aliquid ſcire quia fuit præſens, probat. Iaſ. in l. 2. §. voluntatem. nume. 20. ff. ſolut. matrimo.

136 Fallit, ſi deponit de aliena præſentia, quia in hoc caſu debet deponere de intelligentia. Idem Iaſ. ibi. & Alex. nu. 10. & Alci. in. l. 1. nu 2. ff. de verbo. obli. communem dicunt, quia in primo caſu præſentia includit intelligentiam, in ſecundo non. Iaſ. ibi. nu. 21.

137 Teſtis dans rationem ſcientiæ quia eſt vicinus, licèt plenè probat, non tamē eſt vera probatio, ſed præſumpta. Cur. in. l. 1. nu. 43. ff. ſi cer. peta. communem dicit.

138 Nota, ꝙ ex probatione, de qua in cōmuni precedenti, non eſt quis puniēdus pœna capitali, ſed mitiori. Idem ibi. nu. 44. communem dicit.

139 Nota, quòd vicinus ac conſanguineus probat ætatem, & eſt ſufficiens ratio, quia vicinus vel cōſanguineus. Sapi. in l. de ætate. nu. 22. ff. de mino. communem dicit.

140 Teſtis dicens, quòd vidit mutuare Titio centum, & interrogatus quid ſit mutuum non reſpondit, nec eius dictum valet. Cur. in. l. 1. num. 24. ff. ſi cer. peta. communem dicit.

141 Fallit, ſi aliàs declaraſſet dictū ſuū, quia non eſt vlteriùs interrogandus, & ſic non tenetur reſpondere. Idem Iuni. nu. 31. communem dicit.

142 Teſtis deponens per verbum habens duplicem intellectum, non probat. Cur. ibi. nu. 25. communem dicit poſt glo. in. l. 1. C. de vſu.

143 Teſtis ſi in aliquo deponat falſum, totum ſuum dictum vitiatur. Alci. in l. 1. §. ſed & ſi mihi. nu. 43. ff. de verbo. obli. & Cur. in. l. diem functo. ff. de offi. aſſeſſo. cōmunē dicunt. & vi. Carol. Moli. in addi. ad Alex. conſil. 45. vo. 2.

144 Teſtis ita committit falſum tacendo veritatem, ſicut exprimendo mendacium. Curti. Iuni. in. l. ea quæ. ff. de cōtra. empti. nu. 6. communem dicit.

145 Teſtis iurando falſum, quanuis credat dicere verum, punitur de falſo. Senior in. l. fi. §. obſeruari. nu. 3. C. de iureiuran. communem dicit.

146 Clericus falſum deponens coram iudice ſeculari, nec principaliter, nec incidenter poteſt puniri per iudicem ſecularem. glo. in. l. fi. tit. 18 par. 3. & debet ſuo iudici remitti puniendum. cōmunem dicit.

147 Nota, quòd dictum teſtis dicens, & plus, nihil importat. Iaſ. in. l. & ſi poſt tres annos. nume. 7. ff. ſi quis cauti. & Balb. in. l. Celſus. nu. 14. par. 4. de vſuc. ff. communem dicunt.

148 Pupillus maior factus poteſt teſtificari de his quæ vidit in pupillari ætate.

te,Deci.in.l.2.§.1.ff.de re.iu.& Coua. in reg.poſſeſſor.par.2.§.3.nu.8.de reg. iu.li.6.communem dicit.

149 Teſtis ſibi contrarius in eadem depoſitione,tanquam falſus reputatur, nec ſtatur primo, nec ſecundo dicto. Alci.de præſum.reg.2.præſum.29.nu. 5.& Couar. in reſo.li.2.cap.13.num.8. communem dicunt.

150 Teſtis ſibi contrarius in diuerſo iudicio, ſtatur primo dicto, & nõ repellitur. Alci. ibi. nu.7. communẽ dicit.

151 Amplia ad depoſitionem primam factam coram arbitro, etiam ſi contrarium depoſuerit coram ordinario, valet primum.gloſ.in.l.38.ti.16.par.3. communem dicit.

152 Teſtis ſi torqueatur propter eius varietatem,ſtatur dicto in tormentis: ſi verò ſemel bene depoſuerit, & in tormentis reuocauerit,ſtatur primo. Alci.ibi.nu.13.communem dicit.

153 Item ſi extra iudicium ſine iuramento aliquid teſtis dixerit, quod poſtea cum iuramento in iudicio contradicit,ſtatur dicto ſecundo, propter religionem iuramenti, & præſentiam iudicis.Couar.in dict.cap.13.nu.7.communem dicit ex Alex.& Moli.in cõ. 222.li.2.num.13.

154 Teſtis ſi ex interuallo abſq; erroris prolatione & retractatione contraria depoſuerit iuratus, periurus eſt,& falſi pœna erit puniendus. Couar. lib.2. reſolu.cap.13. num. 8.communem dicit, & teſtimonium ſecundum non valet, ſed primum. Idem ibi communem dicit.

155 Teſtis verba ſunt intelligẽda,vt falſitas euitetur. Cur. in.l.1. num.9. ff. ſi quis ius di. nõ obtem. cõmunẽ dicit.

156 Teſtes varij ſunt ad inuicem cõcordandi, necdum ad finem vt probẽt, ſed vt falſum euitetur, & vnus teſtis varius, eſt reducendus ad concordiã, vt euitet pœnam falſi. Caro. Ruinus in.l.1.num.20.in princi. ff.de no. ope. enun.communem dicit ex Alex.cõ. 20.nu.3.vo.4.communem dicit.

157 Teſtis debet iurare dicere veritatẽ pro vtraq; parte. Maran.in ſpecu.aure.par.2.num. 20. communem dicit, de teſtium productione.

158 Teſtis nolens teſtificari, per iudicẽ eccleſiaſticum compellitur per cenſuram,per ſecularem tamen per multas,vel per captionem pignorum,nõ verò per capturam,ſeu detentionem in carcerem. Oria. de teſti. cap. 8. nu. 36.communem dicit.

159 Teſtis poteſt declarare dictum ſuũ antiquum. Iuni.in.l.ſi quis intẽtione. ff.de iudi.& in.l. admonẽdi.nu.16.de iureiuran.C.communem dicit.

160 Cognati vel affines non ſunt cogẽdi,nec in ciuili,nec in criminali teſtificari.Naua.in manuali confeſſo.cap. 25.nu.48.communem dicit. ex gloſſ. in cap.1.14.queſt.2.concor.cum.l.11.ti. 16.par.3.& vi.ibi.Grego. Lopez.& in mea Antinomia iuris.in verb.Teſtificari.nu.          vbi concludo de iure regio etiã in defectum probationis non eſſe compellendos cognatos, ex.l.fi. tit.30.part.7.

161 Nota, quòd teſtes,qui non poſſunt cogi ad teſtificandum ex defectu probationum compelluntur. Idem ibi.

nu.50.communem dicit.

162 Teſtis non compellitur reſpondere, ſi detegatur ſua turpitudo, illa, quę inhabilitat, tenetur reſpõdere, vt paupertatem, vel conſanguinitatem. Aufre. de repro. teſti. num. 46. communem dicit.

163 Item ſi interrogetur de inimicitia, ſi inimicitia ſit orta ſine turpitudine teſtis tenetur declarare. Couar. in capit. 18. in quæſt. practi. nu. 7. communem dicit ex Feli. in cap. inquiſitionis. §. tertiæ. de accuſa.

164 Teſtis non producitur ante litem cõteſtatam, ſed poſt, niſi ad ęternam rei memoriam. Ori. de teſti. num. 41. communem dicit. Fallit prima pars actore contumace. gl. in. l. 9. ti. 22. par. 3. in verb. començado, communem dicit ex legiſtis in auth. Qui ſemel. C. quomodo & quando iu. & gl. in cap. quicunq;. 11. quæſt. 3. & in cap. cauſam que. de teſti. & concordat cum. l. 6. ti. 16. part. 3.

* §. Item de iure regio per. l. 1. tit. 9. li. 3. ordi. reo cõtumace proceditur in cauſa, ſi actor velit, ad receptionẽ teſtiũ, & ad ſententiam contra abſentem.

165 Nota, quòd teſtes ex parte rei poſſunt examinari ad perpetuam rei memoriam, non autem actoris. Sapia in l. de ętate. ff. de mino. nu. 22. & 23. communem dicit.

* §. De iure regio per. l. 2. tit. 16. part. 3. ponitur pro regula in principio communis opinio. de qua in num. 164. & indiſtinctè ſtatuit tàm in reo quàm in actore poſſe examinari ad perpetuam rei memoriam ex cauſis ibi expreſsis, citata parte contra quam producuntur, ſi ſit præſens, & ſi nõ ſit pręſens, cauſa eſt ventilanda infra annũ. Quam vi. cum ſequenti.

166 Teſtes dicuntur concordes, ſi in facto principali concordant, licèt non concordent quo ad corticem verborum. Alex. cõſ. 47. nu. 5. vo. 2. & Caro. ibi. communem dicunt.

167 Amplia ad ſcripturam, quia ſufficit, quòd concordet cum facto principali ad hoc quòd probet. Deci. conſi. 602. nu. 9. communem dicit.

168 Teſtis non præſumitur rogatus. Alber. Bru. in tracta. de for. & ſolen. de probatione & præſumptione formæ. col. 14. & Alexã. in addi. ad Bart. in. l. hac conſultiſsima. in prin. C. de teſta. & Corn. ibi. nu. 3. communẽ dicunt.

169 Fallit, ſi notarius dicit teſtem eſſe rogatum, vel ſi dicit, quòd teſtes fuerunt adhibiti & vocati. Idem Bru. cõclu. 15. communem dicit.

170 Amplia iſtam communem, ſi notarius dicat teſtem iuratum, quia pręſumitur. Alci. de præſ. reg. 3. præſ. 13. nu. 4. communem dicit.

* §. Nota iſtam ampliationem ad intel. l. 23. ti. 16. par. 3. vbi diſponitur teſtimonium non iuratum nullum. & vi. Iaſ. in. l. admonendi. nu. 219. ff. de iu. iuran. & Bar. in. l. Theopompus. nu. 7. de do. præl. ff. & vi. in verbo: Electus num 25. & Couarru. in reſo. li. 2. cap. 13. nume. 2.

171 Nota, quòd in teſtamento ad pias cauſas non eſt neceſſarium, quòd teſtes rogentur. Corne. in auth. quod ſine. nu. 3. C. de teſti. & in dict. l. hac cõſultiſ-

ſima.nu.2.communem dicit.

172 Teſtis in omni caſu debet eſſe omni exceptione maior. Cur.Iuni.conſ. 122.nu.5.communem dicit.

173 Teſtis ſubſcribens ſe inſtrumento non præiudicatur, ſi non potuit prohibere, aliàs ſic.Cur.Iuni.de feu.part. 4.num. 137.& idem in tabellione cõmunem dicit.

174 Exceptio contra teſtes ſpecificè eſt proponenda.Deci.in capit.2.nu.2.de excep.communem dicit.

175 Exceptio criminis probata contra teſtem non repellit, ſi probetur pœnitentiam egiſſe.Deci.in dict.cap.2.nu. 7.communem dicit ex gloſ.in dict.c. 2.in verb.nocentes.

176 Probatio exceptionis, ob quam teſtis repellitur à teſtimonio, de quo antè non fuit accuſatus, non probat ad pœnam imponendam, niſi cauſa de qua teſtificatur tangat.Deci.ibi.num. 4.&.7.communem dicit ex gl.ibi.vi. gl.in.l.29.ti.1.par.7.

177 Nota, quòd producens teſtem pro ſe, non poteſt illum reprobare, quia per productionẽ cẽſetur illum approbare.Mara.in.6.part.de teſti.reprob. nu.10. in Specu. aure. cõmunẽ dicit.

178 Pars ſi proteſtetur oppoſiturum cõtra perſonam teſtis ante didicita teſtificata, poteſt iuuari ſuo dicto ſi vltrà non proceſsit ſi eſt perſona integra & honeſta, aliàs ſi nõ ſit, facit quale quale indiciũ ſeu præſumptionẽ, licèt nõ probet ſemiplenè. Si verò proſequutus eſt vſque ad obtinendum contra eum, nõ poteſt.Ori.de teſti.cap.8.nu. 65.communem dicit.

179 Teſtis inhabilitas tollit taciturnitatẽ partis.Cur.Iuni.in.l.admonendi. nu. 26.de iureiuran.ff. communem dicit.

180 Teſtes producti in vna cauſa impediunt, quòd alij noui in alia cauſa ad eundem effectum tendentes nõ producantur.Cur.in.l.2.nu.110.C.de edẽ. communem dicit.

181 Teſtes in eadem cauſa poſt didicita teſtificata nõ poſſunt produci. Bello. con.25.nu.6. communem dicit ex.§. ſi verò.in auth.de teſti.

182 Amplia, quòd ſi teſtes ſunt publicati in prima inſtantia, impediunt, vt alij teſtes in cauſa appellationis ſuper eadem re nõ admittãtur.Iuni.in dict. l.2.nu.111.communem dicit. quæ de iure canonico clara eſt. vt in cle. 2.de teſti.Sed legiſtæ tenuerũt cõtrarium. Sed cùm de iure canonico habeam' claram determinationẽ per dict. cle. illi ſtandum per tex.& Panor. in cap. 1.de no.ope.enũ.& ſic remanet firma noſtra communis.

183 Fallit primò in cauſa criminali, in qua iudex poteſt etiam publicatis atteſtationibus ſuper eiſdẽ articulis recipere ad defenſam.Fran. de Are. in c.fraternitatis.nu.36.de teſti.communem dicit. vbi etiam dicit poſſe fieri ad petitionem partis.

184 Fallit ſecundò in cauſa matrimoniali, in qua etiam poſt didicita teſtificata, quando agitur de probanda conſanguinitate vel impedimento, poſſunt adduci noui teſtes, etiam de directo contrarij. Iaſ.conſi.15.vol.3.communem dicit.

185 Amplia iſtam fallentiam, cùm producuntur

ducuntur per eum, qui facit pro matrimonio. Iaſ.in d.cõſi. communem dicit. citra tamen impedimentum ſauore animæ, vt in cõſi præcedenti.

186 Fallit tertiò in probatione, quæ fit per peritos in arte, etiam publicatis atteſtationibus admittuntur. Carol. Molin.in addi.ad Alexan. conſi.148. nu.7.vol.2.communem dicit, quam contradicit.

187 Teſti morienti, dicenti falſum depoſuiſſe, non creditur. Alcia.de præſ. reg.3.præſ.7.& Coua.in reſo.lib.2.c. 13.nu.7.communem dicit.

188 Nota, ꝙ condemnatus ex delicto, quod irrogaret infamiam, durante tempore appellationis poteſt in teſtẽ produci. Coua.in.q.pract.c.23.num. 2.communem dicit ex Feli.in cap. ſuper eo. de teſti.

189 Teſtes poſt omnẽ dilationem præſentati, ſunt reijciendi, niſi pars iuret de nouo ad ſuam notitiam perueniſſe. Boe. deciſ.352.nu.2. cõmunẽ dicit.

190 Nota, ꝙ teſtes non productos poteſt iudex examinare pro abſentibus etiam in ciuilibus. Iaſ.in. l. apud. nu. 18.C.de eden.communem dicit.

191 Teſtium habilitas nõ ſolùm requiritur in tempore productionis in teſtem, ſed etiam in tempore, quo adhibetur, vt poſsit probari geſta per eos, cùm alias nõ requiruntur. Iaſ.in l.teſtes. nume.7.C.de teſti. communem dicit.

192 Iudex poteſt, ſi ſibi videbitur, teſtibus plenè probantibus per corticem verborum eis nõ adhibere fidẽ. Curt. Senián l.admonendi.nu.76.ff.de iu. iu.communem dicit. ſed caueat ſyndicatum, ne ſine cauſa faciat. vt notat Bart.in l. Lucius.ff. de his qui notan.infa.

193 Iudex licèt de longinquo poſsit teſtes aduocare, tamen tenetur remiſſionem cõcedere. Deci.in.c. quoniã. de teſti.nu.4.communem dicit.

194 Iudex in cauſa criminali non committit examinationem teſtium, in ciuili ſic. Ori.de teſti.num.19. communem dicit.

* §.De iure regio per.l.27.tit.16.part. 3.in cauſa criminali ardua, vbi imminet periculum mortis, vel mutilationem membri, vel bannimentũ, non eſt remittendum, ſed teſtes debent comparere coram iudice cauſæ.

195 Item in cauſa matrimoniali nõ cõmittit. Panor.in.c. ſiquis teſtium. de teſti.communem dicit.

196 Nota, ꝙ teſtibus deponentibus veriſimiliora magis creditur. Cur.Iuni. conſ.178.nu.3.communem dicit.

197 Nota, quòd in dicto teſtium minor ſumma non ineſt in maiori. Alcia.in l.1.§.ſtipulati.num.4.ff.de verbo.obligatio.& Iaſre.in deciſio.151.communem dicit.

198 Item nec indefinita non æquipollet vniuerſali. Cur.Iuni. conſil.17.nu. 14.communem dicit.

199 Teſtes non ſunt neceſſarij in actis curiæ. Maranta.in ſpecu. aure.part.2. de ordinatione actorum. communẽ dicit.num.23.

200 Teſtes recepti corã arbitro, ad hoc quòd faciant fidem, debent examinari in forma iudicij. gloſ.in l.38.tit.16. par.3.

par.3.communem dicit.

201 Nota, ꝙ conſuetudine vel ſtatuto poteſt introduci, vt ſtetur dicto vnius. Alex.in.§.fi.nu.28.de le.1.ff.de verbo. obli.communem dicit.

202 Amplia ad pactum inter partes. Iaſ. in.l.iuſſu.num.8.ff.de iu iuran. & Couarru.in lib.2.reſo.c.13.nume.1.communem dicit.

203 Nota, ꝙ licèt conſuetudine vel ſtatuto prouideatur, quòd ſtetur dicto vnius, poteſt tamen probari contrarium. Alcia.in.d.l.1.§.fi. de verbo.nu.23.communem dicit.

204 Item nota, quòd poteſt per partes promittere de ſtando dicto alterius ſuper damnis & intereſſe. Cur.in.l.admonendi.nu.109.ff. de iu.iuran.communem dicit.

205 Nota, ꝙ ſi requiritur optimus teſtis ad aliquem actum, debet probari eſſe optimus, aliàs non valet dictũ ſuũ: quia licèt vnuſquiſq; præſumitur bonus, non tamen optimus. Alciat. de præſ. reg.3.præſ.2.nume.9.communem dicit.

206 Item nota, ꝙ qualitas teſtium à lege requiſita non præſumitur, niſi probetur. Couar.in.c.relatum.el.nu.6. de teſta.communem dicit ex Angel. in.l.2.§.diem.ff. quemad.teſta.ape.& Deci.conſ.221.& Alex.conſi.82.vol.1.

207 Titulus obligationis præſumitur in præſtatione annua, ac inducitur probatio obligationis. Bal.in.d.l.præſcri.3.par.prin.q.1.communem dicit.

208 Titulus ex ſola patientia abſq; alia præſtatione in his, quæ ſunt modici præiudicij, vt in inducenda ſeruitute cum longo tempore, & allegatione tituli, licèt ſit ſeruitus diſcontinua, præſumitur. Idem Bal.ibi cõem dicit.

209 Titulum inducit annua, & vniformis præſtatio cuiuſlibet reditus facta ex cauſa expreſſa per decennium continuum, & inducit præſumptionem veræ cauſæ. Coua.in.c.poſſeſſor.de reg.iur.lib.6.par.2.§.4.nu.2.communem dicit ex Bart.in.l.cùm de in rem verſo.ff.de vſu.per.l.litib.C.de agri. & cenſi.lib.11.

210 Amplia iſtam communem, etiam ſi iſta præſtatio annua vniformis ex cauſa ſit facta à ruſtico. Idẽ ibi.in verſi.tertiò probatur. communem dicit ex Bar.in.d.l.litibus.

211 Reſtringe iſtam communem, cùm ius reſiſtit, vt in dominis, qui præſumũtur à vaſſallis per vim extorſiſſe aliàs indebitum, tunc requiritur tempus, de cuius initio non ſit memoria in contrarium. Coua.ibi.nu.5.communẽ dicit ex Fabro in.§.æque ſi agat.Inſti.de acti.& Are.conſ.14.

§. De hac communi vi.l.20.in conuentu Matritio de anno.1548.

212 Theſaurus inuentus in territorio proprio etiam data opera, dummodo non ſit arte magica, eſt inuẽtoris. Ant.Gome.in.l.45.Tau.nu.60.communem dicit ex gloſ.in.l.1.C.de theſ.lib.11.communem dicit.

213 Theſaurus ſi inueniatur in alieno fundo non data opera, cum voluntate domini, vel ſine ea, medietas eſt inuentoris, & medietas eſt domini fundi, ſi tamen data opera, modò dominus præſtiterit conſenſum, modò nõ,

quod

quod inuentum fuerit, pertinet ad dominum fundi. Idem Gome. ibi communem dicit ex glo. in c. ſi quid inuenisti n. 4. q. 5. & in d. l. 1. C. de theſ. lib. 11.

214 Theſaurus inuentus in loco publico, dimidium eſt regis, & dimidium inuentoris. Idem ibi num. 52. communem dicit ex l. 3. & ibi docto. ff. de iur. fiſci.

215 Amplia ad inuenta in loco religioſo caſu. Idem Gome. ibi magis communem dicit ex Iaſ. in §. theſauros. Inſti. de rerum diui. in addi. ad Chriſtophorum Porcam.

* §. De iſtis theſauris vi. l. 45. tit. 28. par. 3. & l. 8. tit. 12. lib. 6. ordi. quæ videntur contrariari, ſed loquuntur in minis. ſed plenè de materia vi. per decē & octo concluſiones per Petrum Raue. in ſingu. poſt compendium iuris ciuilis in verſ. A me fuit quæſitum.

216 Torqueri non debet contra quem eſt legitimè probatū. Hippoly. in d. nu. 11. de quæſti. ff. communem dicit.

217 Nota, quòd ſi ille, contra quem eſt legitimè probatum, torqueatur, & neget, non poterit condemnari, cùm ex tormentis ſint probationes purgatæ. Albe. in l. 1. edictum. ex gloſſ. ibi. C. de quæſti. Contrarium, quòd licèt neget debeat cōdemnari, tenet Bal. in. l. obſeruare. nu. 9. C. quò. appel. nō recipi. & Alex. in addi. ad Bar. in l. vnius. §. rebus. ff. de quæſti. & Thom. Gramma. conſ. 12. nu. 24. & Hippo. ſing. 108. quē refert & ſequitur Coua. in q. practi. c. 23. nu. 5. conclu. 1. ex tex. in l. qui ſententiam. C. de pœnis. cui adhæreo. nam ſi aliud diceretur, eſſet in voluntate iudicis euacuare probationes vt reus nō puniatur, vt aliàs dicit Tho. Gramma. decis. 8. nu. 4. ex Pari. de Pute. in tra. ſyndi. in verb. Tortura. el vlti. Quam intelligit dictus Tho. non adhoc, quòd poſsit pœnam ordinariā in eum exequi, & ſic eſt intelligenda noſtra communis. & vide Thom. qui pulchrè loquitur.

* §. De iure regio per l. 26. tit. 1. par. 7. euacuatur iſta contentio, nam ex illa. l. conſtat, quòd ſi plenè ſit contra reū probatum, ſi reus torqueatur, non tamen probationes purgantur. Sed cogita, an dicta l. intelligatur prout dicit Thomas in d. deci. 8. & velit ob iudicem admonitum, ne in fraudem reum torqueat, quia facit litem ſuam, vt aliàs dicitur de iudice, qui nō imponit pœnam naturalem delicti, vt in l. fi. C. ne ſanctum bap. itere. & l. 7. ti. 4. par. 3.

218 Nota, quòd ex primis indicijs non debet quis reperiri in tormentis. Alex. cōſi. 5. vol. 1. nu. 4. communem dicit.

219 Nota, quòd confeſsio inculpati de aſſaſsinamēto, eſt ſufficiens indicium ad torturam contra mandantem. Iaſ. conſi. 103. vol. 4. communem dicit ex Bar. in l. repeti. §. 1. ff. de quæſti. per tex. in l. qui vltimo. in fi. de pœ. & Pano. in c. 1. de confe.

220 Item ſi indiciū ad hoc quòd reus poſſit torqueri, eſt probandum per duos teſtes. Caro. Moli. in addi. ad Alexan. in d. conſi. 5. in verb. Indicium. communem dicit ex Bar. & Bald. in l. 1. ſi. ff. de quæſti.

221 Tranſactio nō eſt ſufficiens ad torturam in delictis, in quibus imponitur

tur pœna ſanguinis, vel conceſsis à iure, in alijs autem ſic. Mar. Anto. in. l. fi. nu. 306. ff. de quæſti. cōmunē dicit. §. Plus dicit. l. 22. tit. 1. par. 7. & l. 14. ti. 13. lib. 4. fo. ll. quòd in delictis, in quibus non imponitur pœna ſanguinis, tranſactio eſt ſufficiens ad condemnationem, quia habetur pro cōfeſſo. In delictis autem, in quibus pœna ſanguinis irrogatur vel in falſitate, tranſactio ſola ſine probatione non eſt ſufficiens ad condemnationem, nec ad torturam, vt in iſta cōmuni. Et ſic debet intelligi. d. l. 22. quæ concordat cū l. tranſigere. C. de pactis. & recipit omnes limitationes illius. l. tranſigere. Quod nota. & vi. Gandi. in rubri. de trāſa. in. q. incipiēte. Sed pone. quem refert Regi. in pra. crimi. in. §. 6. num. 379. quòd facta trāſactione, iudex poteſt cognoſcere, ne crimina remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aqui. & vi. Ang. in. l. libellorum. §. fi. & in. l. hi tamen. ff. de accuſa. vbi dicit, quòd reo abſoluto ab inſtantia iudicij, ampliùs non admittitur accuſator, ſed iudex ex officio poteſt procedere contra eum, & ſic obſeruatur, vt notat Coua. in reſo. li. 1. c. 1. nu. 8.

222 Tranſactio ſuper alimentis iuramēto vallata, valet. Gigas de penſ. q. 45. & Alcia. in. c. cùm contingat. nume. 192. de iureiurā. communem dicunt. quem rogo videas.

223 Tranſactio ſuper decimis præteritis valet, non tamē ſuper futuris. Cur. Iuni. in. l. de alimentis. C. de tranſact. num. 1. communem dicit ex glo. in. c. vt ſuper. de reb. eccle. non alie.

224 Tranſactio licèt ſit nulla poſt rem iudicatam, tamen ſi renuntiatum ſit ſententiæ, valet. Cur. Iuni. in. l. 2. C. de iuriſ. omni. iudi. nu. 21. ff. communem dicit ex docto. in. l. ſi cauſa cognita. C. de tranſa.

225 Item, ſi tranſactio fiat cum iuramēto, valet in vim pacti. Alcia. in. c. cùm contingat. nu. 184. de iureiuran. communem dicit.

226 Item tranſactio ſuper teſtamento, non cognitis verbis teſtamenti, valet cum iuramento. Alcia. ibi. num. 194. communem dicit.

227 Tranſactio non anullatur ex eo, q̃ partes errarunt in caculo, etiam ſi fuerit tranſactum ex errore calculi. Iaſ. in l. errorem. num. 12. C. de trāſa. communem dicit.

228 Trebellianica non detrahitur de relictis ad pias cauſas. Panor. in. c. Rainutius. de teſta. num. 18. & Couar. §. 3. nu. 7. communem dicunt.

229 Tutor poteſt facere pacem de offenſa illata pupillo, dūmodo pupillus in nullo obligetur. Alex. in. l. pactum curatoris. num. 7. C. de pact. communē dicit ex Bal. ibi.

230 Tutor, procurator, vel adminiſtrator non poteſt prorogare dilationem debitoris minoris, vel domini. Alex. ibi. num. 6. magis communem dicit, ex. l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verbo. obliga.

231 Tutor, curator, prælatus, ac procurator, vel ſimiles, poſſunt in cōtractu præiudicare dominis, ponendo pacta pœnalia, vel reſolutiua. Cur. Iu. in cō. 146. nu. 5. communem dicit.

232 Tutor

232 Tutor poteſt emere palàm & bona fide bona minoris maioris infante. Iaſ. in.l.1.§. fuit quæſitum. nu.19. ff. ad Trebel. & glo. in.l.4.tit.5.par.5. communem dicunt ex Bart. in.l. pupillus. §.fi.ff.de auth.tuto.& Salice.in.l.cum ipſe.C.de contra.empti.

